pleniori intelligẽtia hui⁹.c. ⁊ similiũ querit. ꝑ Utrũ eps simoniacus aliquẽ valeat ordinẽ vẽdere, aut verũ ordinẽ cõferre. Et vr ꝙ nõ ex p̃nti.c. vbi dt Gregori⁹. Quicũq studet pretij datiõe sacrũ ordinẽ accipere, nõ est sacerdos, s3 inaniter tm̃ dici concupiscit. ergo p simoniã verus ordo nõ põt suscipi. ꝗ nec p 9ñs simoniac⁹ eps dare.

Scdm ar.

¶ Scdo idẽ arguit ex.c. precedẽti. vbi dr, ꝙ tales simoniaci non suscipiunt nisi spm mẽdacij. ergo vr ꝙ nõ est verum sacrm qd suscipiũt.

Tertiũ ar.

¶ Tertio sic dona spiritussancti sunt in ptãte dei: non hoĩs ergo nemo pt habere ea nisi spiritu sancto. sed spiritussanct⁹ cũ sit liberalissim⁹ nihil põt vẽdere: nec vẽdit. ergo eius dona nec pecunia pñt vendi: nec ptio cõparari. Si ergo donũ spiritussancti ĩpossibile est ptio vẽdi vel emi sequit ꝙ a nullo simoniaco posset vẽdi vel emi.

Quartũ ar.

¶ Quarto in sacris ordinib⁹. s. diaconatu: ⁊ sacerdotio dat spiritussanct⁹ qd patet p hoc qd dr ibi accipe spiritũ sanctũ. sed spiritussanct⁹ nõ põt vẽdi. ergo nec ordines sacri q in eius datione cõferunt. pbat minor. qd põt emi: põt in seruitutẽ redigi. sed spiritussanct⁹ nõ põt in seruitutẽ redigi ergo ⁊c.

Quintũ ar.

¶ Quinto defect⁹ intẽtionis euacuat sacrm sed ille q pretio intẽdit aliqd acqrere in susceptiõe ordinis nõ intẽdit suscipere qd ecclesia tradit: q2 illud non cadit sub ptio. ergo vr ꝙ talis nõ suscipit ordinẽ.

Opponit i cõtrarium.

¶ In oppositũ arguit. nihil phibet: nisi qd fieri est possibile, alioqui frustra phiberet. sed sacri ordinis venditio prohibet. vt p3 per multa.c. hui⁹ cause. ⁊.q. seq. ergo ⁊c.

Scdm ar.

¶ Scdo sic. qd põt furtiue accipi, põt pecunia emi: sed ordo sacer põt furtiue accipi, sicut p3 extra de eo q furtiue ordines suscepit. ergo ⁊c.

Respõdet. Bonauen. S. Thom.

¶ Rñdeo ad pdictorũ intelligẽtiã est notãdũ iuxta dñm Bonauẽturã ⁊ sanctũ Tho. q2 spirituale dr multiplr vno mõ qd est spũale pure: vt gr̃a ⁊ virtutes: ⁊ dona. de isto spũali ponitur ista cõclo ꝙ tale spũale nec de iure nec de facto vẽdi põt, nec emi. ista cõclo p3 sic. in oĩ venditione res vẽdita põt trãsferri in emẽtẽ de iure vel de facto. sed gr̃a ṽtutes ⁊ dona ⁊ hmõi q̃ sunt pure spũalia nõ pñt trãsferri de vno in alterũ, nec de iure, nec de facto. ergo sup talib⁹ volũtas deliberata emptionis aut vẽditionis cadere nõ põt. ⁊ ita nec in vẽditione taliũ põt cõmitti simonia. ¶ Scdo mõ dr spũale p cãm sicut sacra que l3 sint essentialiter spũalia: tñ sunt accepta in elemento corporali. Et de istis est conclusio. ꝙ ista licet de iure vẽdi nõ possent, sicut in prima q̃one ostensum est ⁊ circa.c. precedens gr̃a de facto. tñ vẽdi possunt inq̃tũ sunt corporalia. Ista cõclusio pbat sic illud qd est in dispensatione humana põt emi ⁊ vendi: sicut ⁊ liberaliter ministrari. Sed ordinũ collatio in humana dispẽsatione cõsistit: ⁊ etiã aliorũ sacrorũ, ergo pñt vendi, vel emi, ⁊ ita simoniace dari. ¶ Scdo sic. character ordinis stat cũ quacunq culpa ⁊ malitia. ergo ⁊ ptãs ordinandi ⁊ ordinẽ suscipiẽdi. ergo quãtũcunq sit in aliquo simoniaca prauitas: nõ vr dationẽ vel susceptionẽ ordinũ vel ẽt aliorũ sacrorũ impedire.

Bonauen.

¶ Ad ordines ergo veniendo de quib⁹ principaliter mota est qd dicit dñs Bonauentura ꝙ in illis aliqd est de primo gñe spũalis. s. gratia sanctificãs, ⁊ aliquid de scdo gñe. s. ptãs siue operatio ministerialis per aliquod signũ exterius dispensata cui inseparabiliter est adiũcta. primã impossibile est pretio cõparare nec vendere. secundã vero possibile est p pretio dari q2 inseparabiliter est adiuncta exteriori sacro. ⁊ cũ illud possit pecunia dari põt et illa ptãs vẽdi. Et sic p3 ꝙ simoniacus simoniace ordines potest dare.

Ad primũ ⁊ scdm arg.

¶ Ad rõnes in oppositũ. ¶ Ad primã ⁊ scdam rñdet iuxta dñm bonauẽturã ꝙ lõquit hic Gregori⁹ ⁊ leo papa d gratia gratũ faciẽte, q̃ nõ põt nisi gratis dari, ⁊ nõ q̃tũ ad potestatem que cõiuncta est rei exteriori posite in hoĩs dispẽsatiõe.

Ad tertiũ.

¶ Ad tertiã rñdet ẽm eundem. ꝙ duplr est loqui de huiusmodi donis gratis aut rõne sui aut rõne annexi. Et scdm h duplicẽ hñt dispẽsatorẽ. q̃tum ad se habent dispensatorem spiritũ sanctũ, qui characterẽ imprimit, vel totã trinitatem. quãtũ vero ad annexũ dispẽsatorẽ hñt hoiem primũ ⁊ prim⁹ nunq vendit. sed secundus vendere põt annexũ illi, quod est quodãmodo spũale: ⁊ ppter illud emit. Et ideo ipsa dona dr vendere, ⁊ potest cũ in eius potestate cõmissa sunt dispensanda.

Ad quartũ

¶ Ad quartã vbi obijcit ꝙ spiritussanct⁹ nõ põt redigi in seruitutẽ rñdetur scdm eundẽ. ꝙ spiritussanctus in seipso vendi non põt: tñ eius effectus vendi pñt pro eo ꝙ sunt i humano dñio 9stituti.

Ad quintũ S. Thom.

¶ Ad quintã rñdet iuxta sanctũ Tho. in. iiij. di. xxv. ꝙ simoniac⁹ nõ intendit emere illud, qd est per se spũale, vt characterẽ, s3 operationẽ ministerij, q̃ est corporalis ⁊ cã sacralis rei spiritualis. Ex quibus patet concedendum esse veros ordines a simoniacis posse dari: quis nõ dẽtur nec recipiantur ad vtilitatem sed potius ad dãnationẽ. vñ bonũ cõuertit eis in malũ.

Exponit literam.

Lege tex. ¶ [Quicunq studet] .i. studiosa voluntate cũ effectu quãuis interiori voluntate fiat quis mentaliter simoniacus. Nam vt supra in principio circa diffinitionem simonie diximus distinguẽtes de simonia, prout erat crimen tantum. Sic enim sicut cetera pctã sola voluntate cõmittitur, ⁊ etiam per voluntariã
2 penitentiam remittebatur ꝑ simonia vero vt est crimẽ ecclesiasticum, ⁊ sequitur illam ecclesiastica pena. nõ cõmittit sola voluntate, sed voluntate effectui ⁊ operi coniuncta, quõ tractatur de ea hic ⁊ hoc est quod importatur cum dicitur. [studet] .i. studiosa volũtate cũ effectu hinc ab isto loco sumpta est illa communis diffinitio simonie supra posita ⁊ exposita. simonia est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquod spirituale, vel annexum spirituali. [Sacrũ ordinẽ] .i. sacerdotalem. vel sacerdos accipit pro quolibet clerico. hu. [Sacerdos non est.] Licet em̃ simoniacus verũ ordinẽ recipiat ⁊ quo ad characterẽ ⁊ ordinẽ verus sacerdos sit, non tñ est sacerdos merito ⁊ gratia cũ non spiritũ sanctũ qui gratis dat suscipiat, sed spiritũ mendacij, vt ait leo papa in superiori.c. Tum etiã non sacerdos dicitur, q2 nõ habet officij executionem cum sit suspensus, ⁊ ab officio deijciendus. Et ideo dicitur inaniter concupiuisse dici sacerdos id est, frustra siue vane cum nec gratiã sanctitatis in eo susceperit, ⁊ ab eo deijciẽdus veniat.

1 ☞ Simoniace dans vel accipiens ordines an ex hoc ipso fiat hereticus.
2 Sacramentum aliquod emere vel vendere per pecuniã graue ⁊ enorme peccatum est.
Et potest esse heresis, ⁊ non esse nu. 3.

Presbyter. Sequit ad idẽ tertia authoritas q̃ est beati Gregorij i registro. in qua ponit duo. in prima pte ponit penã ei⁹, q ecclesiã aut ecclesiasticã administrationẽ simoniace obtinuerit. dicẽs, ꝙ talis nõ solũ ecclesia priuãd⁹ est, s3 ẽt dignitate spoliãd⁹. In scda assignat rõnẽ quare tal3 ita puniẽd⁹ est. scda. ibi, q2 altare.

Diuisio.

¶ Pro pleniori intelligen-
1 tia huius.c. ⁊ similiũ. Querit. ꝑ Utrum sit verũ ꝙ dans vel accipiẽs ordines simoniace ex hoc ipso fiat hereticus.

Questio. Primũ ar.

Et vr ꝙ sic ex presenti.c. vbi Gregorius ait. altare vel decimas et Spiritumsanctum emere vel vendere simoniacam heresim esse nullus dubitet.

Scdm ar

¶ Secundo ad idem est.c. sequens vbi idem Gregorius dicit benedictio illi in maledictionem vertitur, qui ad hoc vt fiat hereticus pmouetur.

Tertiũ ar.

¶ Tertio sic. oĩs q existimat donũ dei pecunia possideri est hereticus iudicandus, sed omnis emens vel vendẽs ordines vel ecclesiasticas administrationes existimat dona dei pecunia possideri. ergo ⁊c.

Quartũ ar.

¶ Quarto. Nullus est maior error circa naturalia quã vni contrario attribuere suum contrarium, vt si qs ponat album nigrum. ⁊ circa mores nullus maior error, quam ponere bonum malum. ergo nec circa diuina est aliqs maior error, quã ponere dei gratiã non esse gratiam. Hoc aũt ponit omnis qui eam emere vel vendere contendit. ergo ⁊c.

Quintũ ar. August.

¶ Quinto sic. Heresis est attribuere deo, quod sibi non conuenit, vt dicit Augustinus primo de tri. Sed volens emere aut vendere spiritũ sanctum attribuit deo quod sibi non cõuenit. sc3 ꝙ sua dona sub ptio ponant ergo ⁊c.

Opponit i cõtrarium.

¶ In oppositũ arguitur primo sic ad Titum vlt. super illud. hereticum hominẽ post primã ⁊c. dicit glos. heretici sunt qui per verba legis legem impugnant. sed tales nõ sunt simoniaci ergo ⁊c.

Scda opp.

¶ Scdo sic. dicit Augu. Et ponitur. xxiiij. questio. iij.c. hereticus. Hereticus est, qui pro alicuius tẽporalis commodi et maxime

maxime glorie pncipatusq sui gratia falsas aut nouas opiniones vel gignit. aut sequit. sed talia non facit simoniacus ergo ipse non est hereticus.

Respõdet. Prima cõclusio. 2

¶ Respõdeo dicẽdũ sub aliquibus cõclusionib⁹. prima. ꝑ Emere aut vendere aliqd sacramentum per pecuniã graue ⁊ enorme peccatũ est. patet ista cõclusio ex superioribus. Tum q2 spirituale quod ex sola liberalitate pro sui dignitate dandũ est: mercat: ⁊ facit illud vile. Tu3 q2 illud quod erat inappretiabile: sub pretio ponit quod nullo modo potest fieri quin fiat contumelia spiritui sancto.

Scda conclusio. 3

¶ Secunda cõclusio. ꝑ Emere vel vendere sacramẽtũ vel ecclesiã vel hmõi põt esse heresis proprie ⁊ stricto modo capta: ⁊ põt nõ esse proprie heresis.

Bonauen. Tertia cõclusio.

Pro quo notandũ iuxta distinctionẽ dñi Bonauenture: ꝙ ille qui emit: vel vendit hmõi spiritualia: aut credit ea pretio posse estimari: ⁊ valori rei terrene equari ⁊ per pecuniam possideri. ⁊ sic est conclusio ꝙ hec est heresis manifesta ⁊ talis emens vel vendens est proprie hereticus. ⁊ sic existimauit Simõ Magus. vnde Petrus hãc heresim ei improperãs ait. qm̃ donũ dei existimasti pecunia possideri. Patet conclusio. qm̃ talis errat in fide: qui credit gratiã non esse gratiã.

Quarta cõclusio.

aut ille qui vendit: ⁊ emit nõ credit quod gratia dei per pecuniam cõparetur. s3 tñ ardens auaritia nititur assequi aliquid vel etiã per pecuniã impetrare: quod humanam spectat dispẽsationẽ. Et tũc est 9clo. ꝙ emere vr vẽdere spũalia nõ est pctm̃ pprie fidei: s3 morũ. qm̃ talis poptime nouit qd male facit, sicut ⁊ ille q fornicatur sciens fornicationem esse peccatũ: non errat in fide. sed in via morum. ⁊ sic simoniacus est auarus ⁊ in pessima specie auaritie: nec est hereticus proprie: s3 tamẽ a sanctis vocatur hereticus. siue q2 ad modum heretici operat: siue q2 vt heretic⁹ proijcitur de seruitio ⁊ cultu ppter enorme scelus.

S. Thom.

Cõcordat sanct⁹ Tho. tã in scda scde. q̃ in. iiij. ita dicens aliqd attribuit alteri duplr, vno modo simplr alio mõ p similitudinẽ sicut dicit phs. vij. Eth. ꝙ incõtinẽtes q̃nq dicũtur intẽperati. q2 faciũt q̃ intẽperata sunt. s3 nõ eodẽ mõ sicut etiã dicit: ꝙ milesij stulti non sunt sed operantur qualia opera operantur stulti: scdm hoc dicendũ est ꝙ simoniaci nõ sunt pprie ⁊ per se loquendo heretici: cũ non habeant aliquã falsam opinionẽ de credibilibus: sed dicũtur heretici ppter similitudinẽ actus. q2 ita operãtur ac si estimarent donũ spiritussancti pecunia possideri: que estimatio esset heretica.

Gregorius

vñ Gregorius in registro dicit. Qis auaritia idolo2 est seruitus. Quisqs hanc in ecclesiasticis dignitatibus dãdis non precauet: infidelitatis perditioni subijcit: etiam si fidẽ quã negligit tenere videatur.

Albertus. Ad argu. Ad tertiũ.

Concordat etiã Alber. ⁊ Alexã. ⁊ Pe. ¶ Uñ ad rationes in oppositũ dicendum est ad primã ⁊ secũdã Responsio p3 ex dictis. ¶ Ad tertiã rñdetur negando minorẽ. dicimus enim ꝙ licet operetur ac si estimaret ita esse, non tñ estimat sic esse: sed vt dicit Alber. vult illud possidere qualiter põt.

Ad quartũ ⁊ quintum.

¶ Ad quartã respondet negando minorẽ. Licet enim se habeat ad modũ ita credentis non tñ ita credit sicut p3 ex dictis. Et similr rñdet ad quintã.

Exponit literam.

Lege [presbyter priuet] iusta pena est vt priuetur eo ꝙ male contra voluntatẽ dñi acquisiuit. sic ꝙ illo priuetur in quo delinquit: q2 iuxta mẽsuram delicti erit plagarum modus. Deutero. xxv. [Sacerdotij ordine spoliet] subintelligitur nisi dispẽsatiue agatur cũ eo. vt. j. ẽ. q. v.c. j. ⁊. ij. in odiũ enim criminis simoniaci recte quis remouetur ab omni ordine: etiã quem canonice ante acq̃sierat. vt. j. ea. q. vij. si quis dẽm Hug. [altare.] pprie vel altare. i. ius percipiendi ea: que offeruntur altario. vel [altare] .i. officiũ: ⁊ administrationẽ altaris vt. j. e. q. iij. altare vel altare. i. ecclesiam [⁊ decimas] .i. ius decimãdi. Hu. [spiritũsanctum] .i. ordines ecclesiasticos, ⁊ cetera officia ecclesiastica que sunt dona spiritussancti. [Emere] q̃tũ in se est. Archi. [Heresim] pprie dictã. si talem estimationẽ habuit: vt dona spiritussancti possent pretio terrene rei equari. ⁊ per pecuniam possideri: vel [heresim] ẽm similitudinẽ actus tantum. vt. s. exposuimus.

1 ☞ Ut coniunctio est consecutiuum.

Benedictio. Sequitur ad idẽ. iiij. authoritas ⁊ est eiudẽ beati Gregorij. in registro. breue.c. est: ⁊ non diuidit. p3 sensus.

Exponit literam.

Lege tex. ¶ [Benedictio] .i. sacramẽtũ ordinis: ꝙ in se sanctũ est: ⁊ benedictũ. vel quod cũ benedictione põtificali confertur. [vertitur in maledictionẽ] .i. illi ad dãnationem, q2 sancta malis obsunt. de conse. di. ij. ⁊ sancta. [Abusio enim benedictionis] .i. ordinis. quo debuit effici dign⁹ benedictione, cõstituit eũ dignũ maledictione: qua dicetur. Ite maledicti in ignẽ eternũ. Mat. xxv. vnde dicitur malach. ij. maledicã benedictionibus vestris. [qui ad hoc promouetur vt fiat he-
1 reticus.] ꝑ Ly vt dicit Hu. ⁊ gl. cõsecutiuũ est ⁊ nõ causatiuũ. Simile est illi vbi dicit Apostol⁹ ad Ro. v. lex subintrauit vt abundaret delictum.

S. Thom.

vbi dicit sanctus Tho. ly vt nõ ponitur causaliter, s3 consecutiue. Nõ enim ad hoc data fuit lex: vt peccatũ abũdaret: qm̃ potius lex, q̃tũ in se fuit peccatũ phibuit ẽm illud p3.

ps. cxviij. b

In corde meo abscondi eloquia tua: vt nõ peccem tibi. Sic hic ly vt tenet cõsecutiue, quasi dicat ex tali ordinatione sequitur ꝙ talis sit hereticus, eo tñ modo sicut in precedẽti c. explanauimus. [Hereticus] .i. sacramẽto2 ⁊ dono2 dei peruersor. Cũ enim sit institutum: vt bñficia ecclesiastica ⁊ ordines gratis cõferantur, hunc ordinẽ peruertũt simoniaci: cũ nõ nisi pretio dato hec largiantur vel accipiant. Hu.

1 ☞ Peccat mortaliter qui crimẽ alterius ꝙ probare potest occultat.

Diuisio.

Quisquis. Sequitur. v. authoritas ad idẽ propositũ. Et est eiusdem beati Greg. in quo duo ponit. ẽm q̃.c. põt diuidi in duas partes. In prima dicit qd in.c. precedenti dicit: qd quisquis per pecuniam ordinat, cõsecutiue sit hereticus. in. ij. ponit: ꝙ tanta labes huius criminis, vt oĩo hõ pro officij sui loco tenetur sub pena damnationis ad eã extirpãdã inardescere. ij. ibi: quisquis. patet.

Exponit literam.

Lege. ¶ [Quisquis. vt fiat] consecutiue. vt. s. quasi diceret sic promouetur. ꝙ hereticus efficit. Hu. [quisquis] .ij. pars. [cõtra neophito2 heresim] neophiti .i. nuper ad fidẽ vel clericatus religionẽ veniẽtes cũ per industriã sciẽtie ⁊ merito perfectionis vite quã nondũ habebãt sacros ordines habere nõ possent: p pecuniã illos impetrabant ⁊ ideo simonia dicta est heresis neophitorũ, ⁊ merito. q2 in nouo testamẽto: ⁊ a nouiter cõuersis: vt a Simone Mago: q nouiter cõuersus erat ⁊ Philippo baptizat⁹: originẽ sumpsit et a nouis fidelibus exercebat. Hu. [Exarserit] odio criminis: ⁊ amore iustitie. lxxxvj. di. odio. ⁊. xxiij. q. v. cũ homo. ⁊ hoc vel iuxta preceptum euãgelicũ denũtiando ecclesie, si põt pbare als nõ nocet ei taciturnitas. ij. qd. vij. plerique. ⁊. ij. q. j. si peccauerit vel si nõ põt pbare faciendo.

August.

ꝙ Augu. dicit. xxij. q. v. hoc videtur vel si pbare põt ⁊ timeat scandalum faciat ꝙ Augu. dicit xxiij. q. iiij. forte vel ammonendo: si aliud facere non potest. vt
1 xxiiij. q. iij. tã sacerdotes. ⁊ est ar. ꝑ illũ peccare mortaliter, qui crimen alterius quod probare põt: occultat. vt. j. q. v. non vos ⁊. xxij. q. j. si quis per capillũ. Hu. [p loco sui officij] .i. ex debito sui officij. iuxta enim qualitatẽ persona2 q̃ alios corrigunt varia est adhibẽda forma correctionis. Aliter enim prelatus debet corrigere delinquentes: quia increpando, ⁊ puniendo. vt xxiiij. q. iij. tam sacerdotes. ⁊ aliter socius q2 admonendo: vel saltem corde reprobando. vt. xxiij. q. iiij. ecce inquiũt recedite. [S3 quilibet] pro modo sui officij tenet ad corrigendũ alios. vt. xxiij. q. iiij. duo ista. Hug. [piaculare] .i. qd piaculo. i. pena sanguinis est puniẽdum. pprie enim piaculare dr: ꝙ pena sanguinis est puniendũ. i. purgãdũ. Nec hoc dicit hic Greg. ꝙ ecclesia pena sanguinis puniat simoniacos, vel alios. s3 dicitur hoc ad detestationẽ criminis. q2 hoc crimen non est minus: s3 maius illis que sanguine puniuntur. Hu.

1 ☞ Argumentum a contrario sensu quando possit sumi efficaciter.

Diuisio. Exponit literam.

Quos. Seqt ad idẽ ppositũ. vj. authoritas et est pape pelagij: vbi penã ponẽs simoniaci emẽtis aut vẽdẽtis dignitatẽ ecclesiasticã dicit. ꝙ talis si fuerit cõuict⁹ deponat. Et diuidit i duas partes. In prima ponit ꝙ dictũ est. In scda assignat cãm. ij. ibi: q2 dantẽ p3. Lege tex. ¶ [Quos indignos meritis] vacat
1 hic ar. a cõtrario sensu. ꝑ tunc enim ar. tale põt sumi efficaciter cũ cõtrarius sensus canonis alij canoni nõ sit cõtrarius. non ergo. h. d. vt ex 9trario det intelligi ꝙ si digni pretio mercant dignitatẽ sacramẽta [nõ debeant arceri] .i. deponi. s3 q2 indigni ⁊ mali cũ alias nõ possunt promoueri frequẽtius hãc mercationẽ faciũt. Hug. [mercatos.] sc3 vẽdendo vel emẽdo. Nã ⁊ q emit ⁊ q vendit mercat. de hoc hic intelligitur: alias nõ congrue sequeret causa sc3 [q2]. secũda pars [lectio] Act. viij. Simoni Mago ait Petrus. pecunia tua tecum sit in perditionẽ tuam: q2 donum Dei ⁊c. vt in.c. seq.

1 ☞ Usus consuetudo vel multitudo non excusat a crimine.
2 Succidi proprie quid dicatur.
3 Simoniacus an sit ipso iure anathematizatus. quod sic. numero. 4.

Reperiuntur. Sequitur ad idem. vij. authoritas que secundū aliquos dicit esse Ambrosij ſm alios Leonis Pape. vbi notandū ſm Hug. q ante tēpus beati Ambrosij crimen simonie multū fuerat vsitatū: et frequēter punitum. sz q repullulauerat. Ideo triplici pena ipsum condemnat. scz excōicationis: depositionis: et in monasteriū detrusionis. vñ. c. hoc diuidit in. iiij. partes. In prima narrat excessum In. ij. punit illos pena excōicationis. In. iij. pena depositionis et intrusionis in monasteriū. In. iiij. adijcit penam contra amicos domesticos et consiliarios ordinatoris: qui eo ignorante accipiunt pecunias ab ordinando. ij. ibi proinde. iij. ibi q si aliquis. iiij. ibi, illi vero. Lege. ¶ [Reperiuntur. velle.] hoc intellige de voluntate ad actū aliquē exteriorē producta: alias non est suspensus ab ingressu ecclesie: et sic intellige. j. e. qui studet. et. s. e. quicunq. et. xxxiiij. di. eps. et extra de simonia tanta. gl. [obliti verborum Petri]. i. obliti damnationis et maledictionis date a Petro contra Simonē. Act. viij. [Proinde]. ij. ps [tantū malū] cuius cōparatione cetera mala pro nihilo repu-
4 tant. vt. j. e. q. vl. [vsitatum]. Ecce † q vsus et consuetudo: siue mos vel multitudo non excusat a crimine. ar. j. e. q. c. nullus. et qō. iij. si quis prebendas. et. xxxiiij. qō. vij. flagitia. licet; q̄nq a pena. vt dist. iiij. deniq. vbi hec melius inueniuntur distincta. Hu. [mucrone]. i. seuera adnimaduersiōe. [succissuz] quasi nō ad plenū eradicatum. vnde semper postea repullulabat: et tractum a plātis et presertim de illis que ita succidunt: q aliquid
2 remanet: vnde postea repullulāt. † Est ergo succidi ita incidi et extirpari: quod aliquid remaneat: qō postea sepe pullulat
a [vulneri canceroso][a]. i. vitio et morbo simonie ad modum cancris serpenti et pullulanti. dicit de morbo canceroso. q nunq̄ curari possit nisi ferro ignito putride carnes exurātur. ergo ignitum ferrū vocat discretam sniam excōicationis: vel depositionis: vel in monasterio detrusionis. Hu. et Arch. [ferrum.] xvj. qō. j. in canonibus. [opprobrio anathematis condēnari.]
3 ¶ Sed hic surgit questio. † Utrum simoniacus sit ipso iure anathematizatus. Et videtur q sic. Tum ex presenti litera. ij. j. e. q. placuit. et. c. quicunq. ¶ In oppositum est q nunq̄ reperitur in iure q sit anathematizatus qui simoniā committeret sicut factum legitur in alijs heresibus. Preterea ante beatuz Ambrosiū et post multi sunt anathematizati pro isto crimine. Itē multi canones etiā post beatū Ambrosiū dicunt simoniacos esse anathematizandos: qō non dicerent: si ipso iure sunt anathematizati. vt. j. e. qui studet. et. q. iij. ex multis. et. qō. vij. si quis omnem. ¶ Respondeo dicendū. licet aliqui doctores dicant q simoniacus ipso iure sit excōicatus nobis ſm Hu. videtur dicendum q non. vnde dicit q anathema non dicit hic separatio a corpore et sanguine Xpi. et ita talis dicit opprobrio condēnatus [anathematis]. i. suspensionis ab officio: et separationis a corpore et sanguine Christi. vnde subdit exponendo. [atq]. i. a participatione corporis et sanguinis Xpi [alienum] i. remotū ipso iure: et hoc in notorio crimine simonie: nō alias: vnde subdit [ex quo constat] per euidentiam facti. Hu. Cōcordant alij doctores. vnde Raymundus loquens de pena simoniaci dicit. q simoniacus in ordine suscepto non recipit executionē: sed est ipso iure suspensus quo ad se: et quo ad alios, siue sit occultuz: siue manifestum, sicut et notorius fornicator. extra de simo. tanta. et. xxxij. dist. §. verum. et sic dicit intelligi. c. hoc. reperiūtur. et hoc q characterē habet furtiuū. Idē dicit Inn. in glo. super dicto. c. tanta. Item punitur depositione et infamia: si de crimine iudici aliquo modo etiā per inquisitionē vel denūtiationem constitit. xv. q. iij. sane. et extra. de accu. inquisitionis. Item non pōt repetere pecuniā quā dedit: nō q alius bene accepit: sed q iste turpiter dedit. xiiij. q. v. non sane. Concordat dominus Ulricbus in summa sua addens qō iste talis sit suspensus ab actibus oīm ordinū: et non solum illius quē simoniace accepit, et dicit, q hoc sit anathema. de quo Ambrosi. loquitur in presenti. c. dicens talē anathematis opprobrio condemnatum. Qualiter autem capitula illa intelligantur q̄ in-
4 ducta sunt pro parte contraria dicemus in suis locis. † sz nūc per extrauagantes Martini et Eugenij sunt excōicati omnes simoniaci. quod nobis ppter multitudinem talium videt graue et periculosum multum in ecclesia, vt nunc hac ratione quasi totus mundus videat innodatus excōicationibus. Utinaz summi pontifices intelligerent et attenderent quāta pericula nascantur ex huiusmodi excommunicationibus. ¶ Sed hic surgit questio alia. cum hoc. c. videatur esse date sententie ſm dicta contra simoniacos quo ad suspensionem ab officio, et separationem a corpore et sanguine Xpi: quomodo potuit per Ambrosium poni siue constitui qui solum mediol. ecclesie erat eps. Rñdeo ſm Hu. q beat⁹ Ambro. potuit hoc instituere in suo archiepiscopatu: et licet generaliter non valuerit: eo q constitutū siue prolatū sit ab Ambrosio. tñ valuit generaliter, vel q authoritate Pape hoc protulit vl q post ab ecclesia et summo pōtifice est approbatū et receptū generaliter. Hu. [accusator eius] sic suspensi et remoti a sacramentis ecclesiasticis. sed in notorijs licet admonitio sit necessaria, vt. j. ea. q. vlt. patet. et xxiiij. q. iij. de illicita. accusatio tamen ibi non est necessaria. vt ij. q. j. manifesta. Hu. [In monasterio] in quo dum vixerit laicā tātūmodo accipiet cōmunionē. vt dist. l. si eps [perenni] scz vsq ad mortem duratura. vt. j. e. q. si qs neq. [Illi vero]. iiij. pars. Loquitur non de ordinatoribus: sed de amicis et domesticis, et cōsiliarijs epi: qui eo ignorante ab ordinādo pecuniaz susceperunt [mulcent] intellige vt le. et no. extra. de simo. c. penul. et dixi. s. dist. xxxij. ad hec. ibi videas. Archi. [anathemate perpetuo] scz quousq emendauerint et satisfecerint. Simile xxvij. q. j. de viduis. et arg. ij. q. v. quanto. vel anathema dr hic separatio a corpore Xpi et tūc exponitur [anathemate perpetuo]. i. perpetua separatione a corpore et sanguine xpi vsq ad finē vite: etiam si ante peniteant: et hoc in odiū criminis. simile ij. qō. iij. si quis epm. et. xxvij. q. j. que Xpo. sed in fine penitenti nulla est deneganda eucharistia. vt di. l. penitentes. Hu.

Diuisio.
Exponit literam.
a ¶ Uulneri. canceroso. Adde Jo. de ana. in. c. accusatū. de simo. Archid.
Questio.
Opponit i cōtrarium.
Rñdet.
Raymūd⁹.
Ulricbus.
Nota.
Questio.
Respō let.

1 ☞ Pena que sit eius qui ordinem vel beneficium contulit simoniaco aut eius qui fuit mediator.

Si quis eps. §. sequit ad idē octaua authoritas q̄ ex concilio calcedonensi sumitur. Cōtinuat aūt ſm glo. sic ad precedentia. Superius magister Gratian⁹ induxit capitula de simonia, que fit a suscipiente. Nunc introducit capitula vsq ad. §. q tā de dante: quaz de suscipiente ordinem vel aliud spirituale. ſm Hu. sic. In premissis capitulis dictum est de pena illorū qui simoniace ordinant. In hoc ca. agit de pena epi ordinātis vel etiā mediatoris. Et diuidit in tres ptes. In pma statuit, q si qs eps aliquē ordinē vel ecclesiasticā dignitatē sine administratione rex ecclesiasticarū alicui p ptiū ꝯtulerit ꝯuict⁹ deponat. In. ij. statuit, q ille qui pretiū dedit: ordinem vel dignitatē sic habitam amittat. In. iij. ponit: q si quis huiusmodi prauitatis simoniace mediator extiterit si clericus fuerit proprio gradu cadat. si laicus anathematizetur. ij. ibi: et qui ordinatus est. iij. ibi, si quis vero. ¶ Pro pleniori intel-
1 ligentia huius. c. queritur † que sit pena eius qui ordinem vel beneficiū cōtulit simoniaco: aut etiam eius qui fuit mediator. Respondeo ſm Ray. q si est occultū crimen: illud tunc talis est suspensus ipso iure quo ad se tm. sicut et quilibet criminosus, non tamen quo ad alios extra. c. et si qōnes. et. c. veniens. et. c. ex tue. Si vero est manifestū: tūc ipso iure suspensus est, etiā quo ad alios. extra. c. accusatū. et. c. quoties. xxxij. di. §. verum. Itē Inno. vbi supra. Itē Ulricbus vbi. s. predictā penam. est pena hic posita q si conuictus fuerit talis deponit: sicut pz ex presenti litera. Lege tex. ¶ [Si quis eps. ordinationē] ordines conferēdo. vnde subdit [sub pretio contulerit gratiā spūssancti]. i. aliquē ordinem ecclesiasticū in quo spūssancti gratia representat et sepe confertur. Hu. et Arch. [que vendi nō pōt] i. non debet. Non enim dicitur posse fieri quod iuste non fit. vt xxij. qō. ij. faciat. Si legat de gratia quā ordo significat. et cum eō sepe confert: sic intelligas. [redegerit]. i. putauerit redigendā [que non pōt vendi]. i. per vēditionē vel emptionē cōferri: vel haberi: sed prima expositio habet preualere. vñ subdit exponendo quid intellexerit noīe gratie: [pmouerit]. i. ordinauerit. Hu. [etiā dispensatorē]. i. economū, vel qnēlibet ecclesiasticarū rerū administratorem [quēlibet regule.] scz ecclesiastice. expositionē horū verborū habes. j. e. q. iij. saluator. vbi de simonia contrahēda vel nō cōtrahenda in emēdo vel vendendo administrationes rerū ecclesiasticarū inuenies distinctū. Hu. [pro sui turpis lucri cōmodo.] Idē esset si pro lucro alterius hoc faceret. sed sepius et potius hoc facit quis pro suo, quā p alieno lucro. Et ideo non est argumentum a contrario sensu. simile. s. ea. q. quos. [Et qui ordinatus est.] scda pars [proficiat] retinendo. [dignitatem] quantum ad ordinem [solicitudinem]. i. administrationem rerum ecclesiasticarum. [Si qs] tertia pars. [Mediator]. iste etiam simoniacus est. Et nota infamie pertollitur. vt. j. e. q. iij. c. vl. [Anathematizetur]. Expone. sicut in fine precedentis. c.

Cōtinuatio.
Diuisio.
Respōdet. Raymūd⁹
Ulricbus.
Exponit literam.

Qui per pecuniam. Ad idem sequitur. ix. authoritas q̄ sumpta est ex septima synodo. breue est et sententia tota continetur in rubro. Lege text.

Qui

¶ [Qui a sacerdotio.] quo noīe qlibet ordo ecclesiasticus intelligit. vt. j. e. q. si quis. et. c. nec. et. c. null⁹ eps. et. q. vij. si qs oēm. et presertim sacri. vt di. lxxxj. si quispiā. et. xxiij. q. iiij. Guillisarius. Hu. cadat ac [sit alien⁹]. i. fiat per depositionē vel sit ipso iure per canonis suspensionem. B. Archi.

Sanctorum. Sequit ad idē. x. authoritas: q̄ est calixti Pape. Et diuidit hoc. c. in duas ptes. In prima statuit: q nemo p pecuniā in ecclesia pmoueat. in scda punit pena puationis tales pmotos. tertia ibi, si qs vero in ecclīa. planū est. Lege. tex. ¶ [Sāctorum innouātes.] illa exēpla Hu. [ordinari.] ad aliquē ordinē promoueri: ad aliquā administrationem prelationem: vel officium. [ecclesiasticū]. i. ad Archidiaconatum vel prepositura m: et huiusmodi. Hu.

Exponit literam.
Diuisio.
Exponit literam.

1 ☞ Dispensatio nulla admittitur in retinendis ordinibus quos quis emit.
2 Filius non potest ministrare in ordinibus a patre emptis eo ignorante: nisi ex magna benignitate ecclesie.
3 Excommunicari quis non dz pro voluntate que extat contenta finibus suis: et nullo vtitur conamine.
4 Medico an sit licitum recipere pecuniam pro conferenda sanitate.
5 Magistro an sit licitum suscipere pecuniam pro sciētia administranda scholaribus.
6 Naaman an peccauerit dando munera Giezi pro domino suo.
7 Judas vendendo Christum an commiserit simoniam.
8 Uendere sacerdotem seruum an sit simoniacum. et nu. 9.
10 Christus quare potius eiecit de templo ementes et vendētes quam alios peccatores.

Qui studet. Sequitur ad idē propositū. xj. authoritas. q̄ est bti Gregorij nazianzeni. Et diuidit hoc. c. in duas partes. in prima statuit: vt qui emit donū spūssancti irreparabiliter ab ordine ecclesiastico deponat et a cōione separet: q emere donū spūssancti est mortale peccatū: et simoniaca heresis. in scda ostēdit q hoc peccatū est grauiter punitū in vtroq testō. et ad hoc inducit quatuor exēpla. scda ibi: qō q̄ detestabiliter. omnia patent ex dictis. Lege tex. ¶ [Qui studet mercari]. i. sic dat operā: q mercat. q vba cū effectu sunt accipiēda. vel [studet]. i. studiū et operā dat ad hoc, lz effectus non sequatur. Ex quo enim quis vult emere spūssanctū: et operaz ad hoc impēdit: et per eū non stat simoniacus iudicat etiā quo ad ecclesiam. Simō enim emere voluit: et nō emit et tñ a Petro cōdemnatus est tanq̄ simoniacus. q eius volūtas nō fuit contēta suis finibus. qō si fuisset quo ad Deū fuisset ille simoniac⁹ et non quo ad ecclesiā ſm Hu. [in sacro.] presertim vel sacro. i. ecclesiastico [ordine.] non dicit beneficio. Hoc autē ideo dicit
1 † q in ordinib⁹ retinēdis: quos qs emit nulla admittit dispen
2 satio. vt. j. ea. erga. et extra de simo. nobis. in fi. † cū etiā in ordinibus a patre emptis filio ignorante nō posset filius ministrare nisi ex maxima benignitate ecclesie. vt. j. e. qō. v. c. vlti. sed in beneficiorum detētione sec⁹. Cum enim empto beneficio quis renuntiauerit: ex misericordia pōt in eodē bñficio vel in alio tolerari: vt. j. e. q. v. c. j. Hu. et glo. [a cōione.] corporis et sanguinis Christi vel etiā fidelium: si cessare et satisfacere noluerit: nec excōicatur pro sola volūtate: sed pro voluntate et actu sequēte vt dictum est. vel pro voluntate et studio: et opera quā adhibuit lz
3 non sit secutus effectus. † Pro volūtate vero que extat contēta finibus suis et nullo vtitur conamine: nō dz quis excōicari. q pro tali volūtate non scandalizat ecclesia. cum non prodeat ad actum: nec etiā lz q latentia pctā non habent vindictā. ar. xxxij. q. v. christiana. Et solus Deus iudex est secretorum cognitor. vt di. xxxij. erubescant. et. xxiiij. q. iij. deus qui. [capitale]. i. mortale: vel dignum depositione et simoniaca heresis eo modo quo explanauimus. s. circa. c. quicūq studet. [quodq̄.]
a scda pars. [Giezi.][a] primū exemplum. Legit eñ. iiij. Re. v. c. q Naamā syr⁹ postq̄ a lepra mūdat⁹ est ab Heliseo ibat. Giezi aūt puer Helisei vidēs: q nihil dñs acceperat: claz cōcurrit post Naamā: vt aliquid acciperet ab eo dicēs. Dñs meus misit me ad te dicens venerunt ad me duo adolescentes de mōte Effraim ex filijs pphetarum: da eis talētum argēti: et vestes mutatorias duplices. At ille duo talenta: et vestes duplices tradidit ei: et etiā pueros q deferrent. Cūq venissent iam vesperi tulit ea de manu eorum: et reposuit in domo et remisit pueros. Cūq vespere staret corā Heliseo: ait ei Helise⁹. vnde venis Giezi qui rñdit non iuit seruus tuus quoquā. At ille ait. Nōne cor meum in psenti erat qñ reuersus est homo de curru suo in occursum tibi. Nunc ergo accepisti argētū: et accepisti vestes vt emas possessiones. sed et lepra Naaman adherebit tibi: et semini tuo vsq in sempiternum. et egressus est ab eo leprosus. Non legitur ad literam Giezi filium fuisse leprosum: nec posteros Certū est de Giezitis: q lepra simonie respersi sunt. [gratiā sanitatis vendidit.] quātū in se fuit ex cupiditate hoc fecit: et eo intuitu: q dñs suus cōtulerat ei sanitatem. Hu. not. hic gl. super ver. vēdidit. Nota inquit q dicit vendidit: et tñ qñ iste exegit munera iam ille gratiā ꝯsecutus. et ita est ar. cōtra illos q non exigunt ante collationem beneficij: sed post. ar. j. eo. in ca. eos. in fi. vbi de hoc. et. q. iij. si qs obiecerit. [gratiā sanitatis.] que nec emi: nec vendi potest. i. per pretiū haberi: vel conferri Hu. ¶ Sed hic surgit duplex questio prout tangit Hugu. et
4 gl. primo est vtrum † licitum sit medico recipere pecuniā p cōferenda sanitate. Et videt q non. q videt simoniam ꝯmittere vendendo sanitatē. ¶ In opposi. arg. q nemo inuitus de suo cogitur facere beneficium. vt habet. x. q. ij. precarie. ¶ Secun
5 da est. † vtrum licitū sit magistro suscipere pecuniā pro sciētia administranda scholaribus. Ad primā rñ. ſm Hu. et gl. q licitum est medico intuitu laboris sui accipere aliqd: nec in hoc cōmittit simoniam. q non sanitatem sz operam suam vendit. Si vero intuitu sanitatis recuperande aliqd accipit: et ex cupiditate simoniacus est inquit Hu. q q̄tum in se est sanitatē vēdit. Eodē modo rñdetur ad. ij. q. de magistro intuitu laboris aliquid accipit a discipulo nō peccat: q operam suam et laborē vēdit: et non scientiā qō lz. q sicut dictū est nemo inuitus de suo cogitur facere beneficium. x. q. ij. precarie. Si vero intuitu sciētie habite per doctrinā eius aliquid accipit: peccat et simo
6 niam committit ſm Hu. ¶ Sed hic surgit qō. † vtrū Naamā peccauit dādo illa munera Giezi pro dño suo. Rñ. q non peccauit in dando. Et rō est q non dedit pro sanitate sibi collata sed pro honore et reuereñ. et benedictione ipsius: et stipendio et eleemosyna. vt. j. e. qō. indices. ſm Hug. [eandē gratiam.] simplex est relatio quasi dicat ille sanitatē quaz habebat perdidit [Judas.] scōm exēplū. [vendidit]. xxx. argēteis. Mat. xxvj. et proiectis illis laqueo se suspēdit. Mat. xxvij. gratiā nō obtinuit: q non vere penituerit: sed desperās laqueo se suspendit q nemo de iure pōt retinere qō vēdidit qn illud det vel aliud pro eo. Res eñ que vendit non remanet in vendente. q ea se denudat per venditionē. ergo qui Xpm et eius gratiā vēdidit gratia Xpi se denudauit: nec sibi eā retinere potuit qua p cul
7 pam indignus fuit. ¶ Sed hic surgit qō. † vtrum Judas vendendo Christum cōmiserit simoniā. dicendū est q sic. qō aperte colligit ex presenti. c. cum enim premittat. q hoc crimen detestabiliter sit vindicatum in vtroq testamento: et subijciatur ad hoc probandū exemplum de Giezi: et Juda: et Simone mago. cōstat Judam simoniam commisisse. Alioqui exempla probationi non congruerent. argu. hic. j. ea. eos qui ergo. vendere Christum vel corpus Christi fuit simoniacum ſm Hu. Idem dicit glo. simoniam quia rem sacram vendidit. ¶ Sz hic sur
8 git illa questio quam tangit etiam glo. † vtrum vendere sacerdotem seruum esset simoniacum. Et inducit gl. opi. dicens primo q lex dicit q dominus non potest vendere seruum iam ordinatum: sed cōmutare poterit vel alio genere cōtractus alienare. Secundo dicit q alij dicunt contrarium: et horū opin. est Hugu. qui ait: q non est simoniacum: lz ordo sit ei adiunctus.
9 ¶ Sz insuper surgit qō. † Quid si eo intuitu emo illum vt ministret in sacerdotio. Rñdetur q nec tūc est simonia: sicut nec tunc cum emo terram vt ibi edificem ecclesiam. ar. dist. liiij. generalis. imo nec debet sacerdos ordinari nisi promittat: quod officium suum bene exercebit. ar. di. xxiiij. q̄q̄. et dist. L. c. in ea. [Simon.] tertium exemplum. [aperto.] Act. viij. [in perditione]. i. cum perditione quasi diceret pecuniam tuam habeas. et pro ea eternam penam luas. et hoc dicit Petrus non ex voluntate vltionis: sed intuitu iustitie. vt. xxiiij. q. iij. cum san. Hug. et Arch. [dñs.] quartum exēplū. Matt. xxj. eiecit vēdentes de
10 templo. et Joā. ij. ¶ Sed hic surgit qō. † quare potius emētes et vendentes de tēplo eiecit q̄ alios pctores. Rñdet q hmōi potest esse multiplex rō. prima est q negotiatio maxime impedit deuotionē orationis: q nemo pōt Deo seruire et Mamone. Luc. xvj. Et hanc rōnem tāgit saluator cū ait scriptum est scz Esa. lvj. domus mea domus orationis vocabit vos aūt fecistis eam speluncā latronū. ¶ Scda est q simoniaci emendo et vendendo spūalia directius peccant in Xpm et ecclesiā p contemptū donorum spūssancti. et ideo tāq̄ cōtemptores ecclesie eiecti ab ecclesia cōtēnunt. ¶ Tertia est: q digna culpe pena est vt simoniaci qui pecunia gradus et officia in ecclesia iniuste vsurpant ab eis iuste priuentur et inde eijciantur. ¶ Quarta ratio accipitur ex textu capituli. Nam qui sunt in templo

Exponit literam.
Historia naamā.
a ¶ Giezi. ad de gl. in ca. sicut p certo. de simo. originalr. iiij. reg. v.
Questio. j.
Scda qō.
Rñdet ad primā qō.
Ad scdam questio.
Questio. Respōdet.
Questio. Respōdet.
Questio. Rñdet.
Questio. Respōdet.
Questio. Respōdet.

debēt esse tēplum spūs sancti.de quibus dicit Apl's.j.ad Cor.vj.templum spūs sancti qd estis vos.Simoniaci aūt a se expellunt spm̄ sanctū eius dona contēnendo:vnde in eis nō manet spūs Dei:sʒ spūs mendacij vt supra dictum est.in.c.gratia.ergo dignū est:vt qui a suo tēplo eijciunt spm̄ Xpi:ꝙ Xps eos expellat a templo sue ecclesie. ¶ Quinta ratio ad significādū ꝙ vēdentes ⁊ emētes gratiā spūs sancti.i.ordines ⁊ dignitates.quos vel quas ꝯcomitaꝛ:vel cōcomitari dʒ grā spūs sancti sint eijciēdi de tēplo quantum ad literā.s.ab ecclia separādi per excōicationē ⁊ beneficij priuationē:vel spūaliter de tēplo qꝛ ab vnitate ecclesie sunt separādi:vel iam separati vel de tēplo sunt eijciendi.s.de celesti Hierl'm:qꝛ in ea nō erūt.ßm Hu.

Quicunqꝫ. Sequiꝛ ad idē ꝓpositū.xij.authoritas.que est beati Grego.

Diuisio.

Et pōt diuidi in duas ptes.In pma ponit:ꝙ emētes ⁊ vēdētes sacros ordines sacerdotes esse nō possunt.i.nō possunt exequi officium ordinis.In scda adducit ꝓbatiōes ad hoc.scda ibi:vñ scriptū est.

Exponit literam.

Lege tex.¶[Quicūqꝫ sacros].Large accepto noīe.sic.j.e.§.quoslibet.Arch.[Sacerdotes esse non possunt]digne ⁊ de merito vite non possunt exercere officiū sacerdotis.vt.s̄.e.q.p̄sbyter.vel non possunt remanere in ordine sacerdotali:quē emerūt.qꝛ in empto ordine tolerari non possunt.vt.s̄.e.qd.qui studet.Hu.[scriptum est] scʒ in Niceno concilio.v.j.e.q.placuit.vt de ordinatione clericorū ⁊c.[Anathema sit danti:anathema accipienti].pōt esse canon date snīe quo ad suspēsionē:⁊ separationem a corpore ⁊ sanguine Xpi:cū notorium est crimē simonie:sicut diximus.s̄.ea.q.reperiuntur.Hu.⁊ Archi.vel[anathema].i.anathematizetur qui.s.dat:⁊ qui accipit aliquid pro ordine:vel alio spirituali.Et expone anathema sicut supra.in fine illius capit.reperiūtur.

Archid.

Hu.[hoc inq̄ tale pctm̄ est simoniaca heresis]vt.s̄.e.q.qui studet.[sanctificare].i.sacra cōferre possunt digne:et de merito vite.Hu.⁊ Arch.Cum enim tales etiā sint suspensi sacramenta ecclie ꝯferre non possunt[⁊ cum in corpore Xpi] scʒ ecclesia que corpus Xpi est[nō sint] merito vite et vinculo charitatis:licet ibi sint corpore:⁊ sacroꝝ participatione.[quo modo corpus Xpi]scʒ verū tradere vel accipere possunt quasi diceret non possunt:scʒ digne.⁊ de vite merito.licet possint ex officij sui ordine.vt.j.ead.q.quid dicam.⁊ de cōsec.di.iiij.quō.[maledictus].i.vltima maledictione dignus.xxiiij.q.j.audiuimus.⁊ not.in eadē.q.in summa.Arch.[Benedicere].i.bene dicta conferre:vel accipere potest digne:⁊ de merito vite.Hu.⁊ Archidiacono.

Cum liqueat. Ad idē seqꝛ authoritas xiij. Et eiusdē Gregorij In qua beat⁹ Grego.detestaꝛ vitiū simonie:⁊ illud cōmittētes ex duob⁹.Primo ex eo ꝙ ipa simonia in sui origine illico fuit ap'lica authoritate dānata.Scdo ex eo.ꝙ ipsa simonia est heresis ⁊c.

Exponit literam.

Lege tex.¶[Cū liqueat hāc heresim].i.simoniā.[ante omnes]scʒ hereses post ascensionē Xpi Hu.Nec valet ꝙ quidam dicūt ante oēs hereses in nouo testamento.qꝛ heresis de manducanda carne Xpi.prima fuit tpe quo ad nouū testamētū.vt de conse.di.ij.prima.Melius ergo dicitur[ante oēs].i.pre omnibus quo ad dilationem ⁊ reputationem.qꝛ plus omnibus alijs dilata est:⁊ ei⁹ respectu alia crimina pro nihilo reputantur.vt.j.e.q.c.vl.c.fin.Patet si litera habet ante omnia.subintelligiꝛ alia crimina.Et est idem sensus.vel dr heresis ante omnes.i.pre alijs surrepsisse ꝯtra ecclesiam.qꝛ frequentius cōmittitur in reb⁹ ⁊ psonis ecclesiasticis: q̄ in alijs.Et qꝛ per eam ordines ⁊ dignitates ecclie vilescūt.satis enim vile est qd emptum cuiuslibet fieri potest.Hu.[Et in ipsa origine.]post ascensionē Xpi.vel q̄tum ad nouū testm̄ quasi in principio ⁊ circa initium noui testamēti.Lʒ enim Iudas antꝫ cōmiserit simoniam:vt dictum est.s̄.e.q.c.qui studet.nō tñ fuit dānata ap'lica authoritate.⁊ vtraqꝫ fuit in nouo testamento.In veteri aūt testamento:non ap'lica sʒ prophetica fuit dānata.[auꝛ.apostolica] Petri apostoli.dum dixit simoni.Pecunia tua tecū sit ī perditionē. Act.viij.[Benedictio.] expone sicut.s̄.e.q.benedictio.[Ut fiat hereticus.]Expone ly vt consecutiue:sicut expositum est in.d.c.benedictio.

Cum ordinaretur. Ad idē sequiꝛ authoritas.xiiij.⁊ est beati Ambro.

Diuisio.

Et pōt diuidi in duas partes scdm duos effect⁹ quos ꝯsequunꝛ ordinatus ⁊ ordinator simoniace.Primus pdit aīam.Scds accipit leprā.scda ibi:cū aliū.

Exponit literam.

Lege tex.¶[Cū ordinareꝛ.] Interuentu muneris a manu.[Aurum]generaliter poniꝛ pro quolibet munere a manu.Hu.⁊ Arch.[Cum alium.]Scda pars.[Ordinaret] subaudi sibi interuentu.[lepra fuit].i.cū lepra.i.cū pctō datū ⁊ acceptū fuit.Ordinator enim ad instar Giezi auꝝ accipiēs leprā ꝯsequiꝛ simonie.iiij.Reg.v.nec ordinatū mūdat:sed polluit ⁊ lepra inficit.vñ iste qꝛ sic dedit:⁊ ille qꝛ sic accepit factus est leprosus.i.macula simonie infectus.Qualiter talis eps puniatur habetur extra de simo.c.j.Archi.

Gratiam. Ad idē est authoritas.xv.⁊ est eiusdē beati Ambro.Breue capitulū est ⁊c.

Exponit literam.

Lege.¶[Gratiā].i.ordinis executionē.Arch.[Cū ordinares]p pecuniā.Arch.[nō suscepisti]sed tm̄ ordinis sacr̄m.qꝛ gratuito eam nō meruisti:vt ex interpretatione nominis apparet.s̄.e.c.j.

1 ☞ Crimē simonie an sit peius aut maius quam crimen idolatrie.quod non.nu.2.

3 Peccatum quodlibet est remissibile in hac vita:⁊ expiari pōt.

Cito. Ad idē seqꝛ ista authoritas:que pro ista parte est vltima:⁊ est beati Ambro.in q̄ beatus Ambro.vr̄ ꝯparare simoniā idolatrie ßm aliq̄s doct.ßm Hu.⁊ Arc.⁊ gl.⁊ quodāmodo eam grauiore ōndere q̄ sit idolatrie crimē.

Archid.

Et hoc ex duobus cap. Primo ex parte subiecti.qꝛ scʒ crimē simonie Giezi corpus ⁊ aīam maculauit.Scdo ex parte diuturnioris pene.qm̄ per heliseum in facto Giezi tota eius posteritas dānata est in perpetuū:sed ad tps legitur.de dānatione istoꝝ duoꝝ populoꝝ ßm vnā trāslationē quam hic sequitur Ambro.scʒ vsqꝫ in tertiā ⁊ quartā gñationē.⁊ ista ꝓsequiꝛ vsqꝫ in fin.c.

Diuisio.

Diuiditur autē hoc.c.in tres partes.In prima comparat pctm̄ Giezi peccato moabitaꝝ:⁊ amonitaꝝ ⁊ argumentaꝛ illud fuisse mai⁹. Scdo dicit pctm̄ Giezi deriuari in posteros imitatores eius.In tertia ꝯcludit:ꝙ auari simoniaci accumulāt sibi thesaurū dānatiōis eterne.scda ibi:p̄sertim.tertia ibi:ergo oēs.¶Pro ple-

1 niori intelligētia huius capi.q̄riꝛ.¶†Utrū hoc sit verū.s.qd crimē simonie sit maius aut peius quā crimē idolatrie.

Questio. Primū ar.

Et vr̄ ꝙ sic.qꝛ cuius pena maior est:illud peccatū maius esse arguiꝛ. Quis em̄ dubitat scelerati⁹ eē cōmissum:ꝙ grauius vindicaꝛ sicut hr̄.xxiiij.q.j.nō afferam⁹.⁊ Deut.xxv.ßm mensurā delicti erit plagaꝝ modus.Sʒ pena simonie grauior est: q̄ pena idolatrie:sicut beatus Ambro.deducit in lr̄a pn̄tis.c.ergo ⁊c.

Scdm arg.

¶Scdo sic.ad grauitatē pctī pertinet ꝙ sit incurabile vnde ⁊ pctm̄ in spm̄ sctm̄ qd est grauissimū dr esse irremissibile,sed vitium simonie vr̄ esse inexpiabile.vt dr in lr̄a pn̄tis.c.ergo ⁊c.

Opponit ī cōtrarium. Rn̄det.

¶In oppositū est:ꝙ Leui.xv.sup illd qd dr de imūdicia mulieris patiētis fluxū sanguinis dicit gl.Omne pctm̄ est imūdi-

2 cia aīe:sed idolatria maxime.¶Rn̄sio dicendū†ꝙ crimen simonie nō est maius crimē q̄ idolatrie:imo multo min⁹. Ista conclusio pʒ qꝛ cū grauitas pncipal'r peccati attendaꝛ ex parte ipsi⁹ pctī:manifestū est pctm̄ idolatrie esse grauissimū peccatorum.

S.Thom̄.

Sicut enim vt inqt sctūs Tho.in scda scde.in terrena re publica grauissimū esse vr̄:ꝙ aliq̄s honorē regiū alteri impēdat:q̄ vero regi.qꝛ q̄tū in se est totū reipublice pturbat ordinē.Ita in pctīs que ꝯ Deū cōmittunꝛ que tñ sunt maxima grauissimū esse vr̄:ꝙ aliq̄s honorē diuinū creature impendat qꝛ quātū in se est:facit aliū Deū in mūdo:minuēs principatū diuinū ꝙ sit p idolatriam.

Cōtra glo. ⁊ sequaces.

¶Pro rn̄sione ad rōnes in oppositum presupponemus duo salua reuereñ.⁊ gl.⁊ expositorum aliorum.Primū est ꝙ beatus Ambro.nō cōparat hic crimen simonie absolute:sed penā Giezi simoniaci:qui cum fuisset famulus Helisei crediꝛ fuisse de numero fideliū:q tunc erāt filij Israel ad penā moabitarū.¶Scdm est ꝙ pena illa que ponitur Deut.xxiij.moabitaꝝ:⁊ amonitaꝝ:nō est pena eis data rōne idolatrie:sed ꝓpter duo q̄ numeranꝛ in eodē.c. Primū est qꝛ noluerūt occurrere filijs Israel exeūtib⁹ de Egypto cū pane ⁊ aqua.Scdm est qꝛ cōduxerūt Balaā filiū Beor vt malediceret filijs Israel.Istis p̄suppositis.Rn̄deꝛ ad rationes.

Ad primū arg. Ad scdm.

¶Ad primā rn̄deꝛ negādo.ꝙ illa pena moabitaꝝ fuit eis imposita rōne pctī idolatrie:sʒ pp ea q̄ iā dicta sunt in scda suppositiōe.¶Ad scdam rn̄deꝛ negādo minorē.Et ad ꝓbationē rn̄deꝛ.ꝙ nō dr in lr̄a ꝙ pctm̄ simonie absolute sit inexpiabile:

3 siue irremissibile.qꝛ in hac vita†quodlibet pctm̄ est remissibile ⁊ expiari pōt.de pe.dist.vij.nemo.⁊ Eze.xviij.sed dicit inexpiabile.i.nō expiatū q̄tum ad Giezi.qui nō legitur penituisse:⁊ ei⁹ successionē spūalem qꝛ ineternū adherebit semini eius ßm precationē Helisei.vt dicit Hu.

Exponit literam.

Lege tex.¶[Cito.]qꝛ eadem die.Hu.[Turpem sequeꝛ lepra mercedē.]quā Giezi accepit a Naaman[male]id est simoniace.[acquisitam]a Giezi.[Corp⁹ cōmaculat]vulnere lepre[aīamqꝫ]labe criminis Giezi dānaꝛ ab Heliseo[successio heredis].i.eius spūalis posteritatis ⁊ oēs ei⁹ heredes spūales.Oēs em̄ q sunt heredes.i.imitatores

tatores Giezi ī hoc vitio dānanꝛ lepra peccati.Agit em̄ hic de filijs p imitationē:nō p prorogationē[culpa venditi ministerij].s.ꝙ Helise⁹ exercuit in sanatiōe lepre Naamā.De⁹ em̄ pncipal'r ⁊ authoritatiue sanauit.Helise⁹ vero ministerio v̄tute Dei.[inexpiabilis].i.nō expiata q̄tū ad Giezi:⁊ q̄tū ad successorē ei⁹ spūalē.vt supra dictū est.[vindicta.]p Heliseū nūtiata.Hu.[Celestis grē].i.sanitatis a Deo collate ipsi Naamā.Hu.[trāsijt in posteros].s.in imitatores Giezi.Hu.vl' iō dr qꝛ(vt sequiꝛ)Helise⁹ semini illius leprā in ppetuū imprecatus est.Arch.[Deniqꝫ moabite ⁊ ceteri].i.amonite.Hu.exierūt de Moab.⁊ Amō:quos genuit de filiab⁹ proprijs Loth. Hu.[In tertiā ⁊ quartā generationē].Alia editio hʒ vsqꝫ ad decimā.quia tūc penitus erat antiqui opprobrij memoria extincta.Hu.[In hoc loco ingressus]cū ceteris in tēplū vl' in atrium mūdoꝝ aque accersebātur quidā in eternū:quidā ad tēpus:scʒ vsqꝫ ad aliquē terminū suoꝝ dieꝝ vel vsqꝫ ad terminū successionū sicut hic.Hu.Sʒ Hebre⁹ verius tradit dicēs ingredi in ecclesiā Dei esse de filiab⁹ vel filijs Israel ducere vxores.vel accipere virum.⁊ sic in se ⁊ in gñe suo fieri de populo Dei.Hu.[vt simplicius].i.simpl'r ad literā.simile.xvj.q.vij.⁊ hec.in prin.Nā mystice pōt esse alia interpretatio sicut tāgitur in gl.sʒ Ambrosius prosequiꝛ simplicē.i.literalē sensum[multiplicis successio[a] generationis].s.vsqꝫ septimā vel decimā generationē.qꝛ tūc sicut dictū est:est extincta memoria antiq opprobrij.[Cū illi].s.moabite ⁊ ammonite.[In quartā ⁊ tertiā] ⁊ nō vltra:qꝛ nō in eternū sicut successores Giezi.[ꝓphetica.] scʒ Helisei.iiij.Reg.v.vñ ex hoc colligit Ambrosi⁹:nō ꝙ peccatū simonie absolute sit graui⁹ crimine idolatrie.sʒ hñ crimē simonie Giezi fuit graui⁹ peccato ꝓpter ꝙ moabite videꝛ puniti.Hu.tñ nō multū cōmēdat argumētationē istā Ambrosij. [Presertim]scda ps.[Per lauacri.]p baptismū em̄ oīa peccata delētur:⁊ oīs culpe sordes abluūtur.[Cur ergo gñis carnalis].culpa em̄ Giezi extēdi intelligēda est ad eos:q ei⁹ culpā imitātur[semē.]illi q hñ agūt filij regni pdestinati heredes dei ⁊ coheredes Xpi.ad Ro.viij.dicūtur bonū semē.Et isti dicūtur filij promissionū:qꝛ ad promissa bona vite eterne pertinēt.Peruersi aūt dicūtur malū semē.Matth.viij.Nōne bonū semē seminasti in agro tuo.vñ ergo hʒ zizania.Rn̄dit inimic⁹ homo.i.diabol⁹ hoc fecit.[ex patre diabolo.]viij.[Non vtiqꝫ carnis successionis sed criminis]vt.xxij.q.ij.§.item opponiꝛ.⁊ de pe.di.j.q̄tūlibet.Hu.[ergo oēs.]tertia ps[cupidi ⁊ auari]isti imitātur Giezi in cupiditate ⁊ turpi acq̄sitione. Hu.Qui ergo sunt filij Giezi p imitationē recipiēt mercedis huius hereditatem[eterno supplicio]quo ad futurum seculū. [⁊ breui]quo ad istum mundum.Arch.

[a] ¶Successio.Successio in hñficio exparaꝛ successiōi in hereditate.Pe.de ancha.in cap.nulla.nu.5.de ꝯces.preben.

Quia ergo. §.est gratiā in quo recapitulat que dicta sunt in pcedētibus.⁊ facile est assignare quodlibet dictū.ad ꝙ.c.respicit ⁊ est suspēsiua constructio vsqꝫ ibi:qd aliud.vbi ipsemet Gratian⁹ seipsum ꝯtinuat: ⁊ semp repete qꝛ vsqꝫ ibi,cū sancti.Et ex inde repetas cū:quasi diceret qꝛ hoc ⁊ hoc est:⁊ cū hoc ⁊ hoc sit.

Archidia.

¶ Ad tertiā rn̄det iuxta dn̄m Albe. ꝙ nec merito psonali nec merito eccl'ie fit sacrm: sed virtute instituētis qui dedit hāc ptātem homini: vt qn̄ seruaret formā ꝛ intētionem eccl'ie efficeret tale sacrm. ¶ Ad quartā rn̄det iuxta magistrū Alexan. de halis in. iiij. ꝙ hereticus licet sit membrum mortuū inq̄tū persona: non tū inquātū minister dn̄i. vn̄ in se est putridus: nō tū vt alijs ministrās. qꝛ virtutē hꝫ ministrandi: vel aliter sicut operator materialis q̄nqꝫ operatur solo mediante membro aliquo: vt manu: vel aliquo alio membro q̄nqꝫ operat mediante instro aliquo: vt baculo: vel securi: vel hmōi. Sic deus opat quidē opa virtutū mediātib⁹ mēbris. sed opa sacrorꝫ mediātib⁹ ministris. De pmis opib⁹ verū est. ꝙ nō habent efficaciā: nisi per influētiā a capite in membra. De scđis nō: vel dicendū ad minorē, ꝙ hereticus est mēbrū mortuū quo ad meritū: sed nō quo ad ministeriū si cōcurrāt in eo ea q̄ sunt de necessitate ministri. ꝛ hoc sufficit ad hoc ꝙ verū cōferat sacramētū.

Ad tertiū.
Albertus.
Ad quartū
Alexander de halis.

¶ Ad quintā rn̄det iuxta Alber. magnū, ꝙ hereticus est canale ɔiunctū eccl'ie per silitudinē forme ꝛ intentionis ꝛ hoc sufficit ad sacrm. vt dictū est. Lege text. ¶ [Sacra q̄ nō mutastis] a forma eccl'ie: in aliā formā. i. que s̄m formā ecclesie datis alijs vel circa vos in eadē retinetis vel nō reiterastis in aliā formā accipiēdo, qd qdā heretici faciūt [approbant a nobis]. i. in recōciliatiōe vr̄a. nō iudicant a nobis debere reiterari. Hu. ꝛ Archid. [ne forte ꝛc. deprauata]. i. in alia forma q̄ ecclesie collata, ꝛ ministrata: nō sunt [iniuriā] q̄ nulli sacro fienda est. fieret aūt si reiterarent. vt. j. e. q. qd quidā. ꝛ de cōse. dist. iiij. ondit. [neqꝫ saul.] scđa pars vbi inducit exēplū ad pbandū, ꝙ apud malos p̄nt eē vera sacra [nec saul] q̄q̄ esset valde malus: dānauerat vnctionē: quā acceperat a samuele. j. Re. x. ꝛ quāuis saul psequeret iniuste dauid: vnctionē tū non pdidit

Ad quintū
Exponit literam.

imo Dauid honorē regiū illi seruauit:siue exhibuit. Nam cū esset saul in spelūca vbi dauid latitabat, ꝛ dauid posset eū interficere deferens vnctioni regali:dixit ꝓpitius sit mihi dn̄s ne mittam manū meam in dn̄m meū xp̄m.i.vnctum dn̄i.j.reg. xxiiij.[Honorē quoqꝫ.] regi vnctiōis detulit dauid ipsi sauli. Nam altera vice cū saul ꝑsequeret̄ ipm̄ dauid in deserto ziph dūqꝫ dauid cū abisai descendisset ad locū vbi saul dormiētem inuenit.ꝛ abisai vellet ipsum saul lancea interficere.ipse dauid prohibuit dicēs.ne interficias eū.Quis enim extēdit manum suam in xp̄m,ꝛ innocēs erit.j.reg.xxvj.Hic adde quod ibi subdit Augu.dicēs.propterea ergo nos nō rebaptizamus:quia radicē nobis reddere cupimus:formam tamen prescissi sacramenti si non mutata est approbamus.que tn̄ quāuis integra: sine radice scꝫ vnitatis ꝛ pacis ecclesie non est fructuosa.

1 ☞ Fictus dicitur quis suscipere sacramēta quadrupliciter.

Sicut ficti. Ad idē sequit̄ hoc.c.qd̄ est eiusdem Augusti.ad donatistas: inducendo sic̄e de ficte suscipiētibus sacr̄m. Uerū in primis nota † ꝙ dupl'r quis fictus dr̄ suscipere sacr̄a. Uno modo qꝛ nō intendit aliqd accipere:nec credit ꝙ sit sacr̄m, ꝛ talis fictus nihil de veritate sacr̄i recipit. Scd̄o modo pōt dici fictus qꝛ ei placet esse in pctō, ꝛ nihilominus intēdit recipere qd̄ ecclesia tradit.ꝛ sic fictus verū sacr̄m recipit licet nō recipiat rē sacr̄i:que est gr̄a.ꝛ de sic ficto loquit̄ hic dicēs[ꝙ sicut ficti]id est ficto corde accedētes.modo iam scd̄o dicto [veraciter ꝛ nō ficte].i.nō false:sed veraciter.scꝫ quātum ad veritatē substantie ipsi⁹ sacr̄i:baptismū recipiūt. Et idē est de alijs sacr̄is.sed sequēs lr̄a loquit̄ de baptismo.Hu.[nec eorū baptisma reprobatur.] vt postea in eis reiteret̄. Hu.verū ꝙ rē sacr̄i nō suscipiunt.vn̄ sacr̄m eis nō valet ad salutē:nisi cū fictio illa de eorū corde recesserit.vt de cōse.di.iiij.valere.sic ꝛ illa sacr̄a. Hu.[nō aliter].i.nō alia forma[agūt].i.administrāt vel ꝯferūt:[ꝙ vera ecclesia].i.catholica ad nos veniūt redeundo ad ecclesiam. [non emendamus] iudicando illa irrita ꝛ debere reiterari. Hug.ꝛ Archid.[Sed approbamus.] quia reconciliant̄ tantum per manus impositionē:siue per innunctionē chrismatis. de conse.di.iiij.ab antiqua.ꝛ.j.e.q.vij.per illicitam.Archid.

Exponit literam.

1 ☞ Sacramenta an quis possit licite suscipere a malis ministris.
2 Puer non peccat suscipiens baptismum a malo ministro, ꝛ quid de offerente.ꝛ nume.3.
4 Baptismū recipiens scienter a ministro quem scit prescissum peccat mortaliter. Sed si minister non est prescissus : sed tantum peccator:non peccat.nume.5.
6 Pecunia nullo modo danda est pro baptismo.
7 Puer in necessitate ab offerente baptizandus est:si sacerdos non vult eum baptizare nisi pro pecunia.ꝛ nume.8.

Neqꝫ. Ad idē subiūgit̄ hoc.c.qd̄ est eiusdē Augusti.ꝯ petilianū:vbi ait.ꝙ nō dꝫ qs fugere malū ministrū in susceptiōe sacr̄i:sed suscipiat̄ a quocūqꝫ ministrat̄. Breue est. ¶ Pro pleniori intelligētia huius.c.ꝛ similiū preter dispēsata.de cōse.di.iiij.circa.c.nō in vobis.qrit̄.† Utrū qs a malis ministris licite possit suscipere sacr̄a. Et vr̄ ꝙ sic. Primū ex p̄nti lr̄a:vbi Augu. dicit,ꝙ nō est fugiendus malus minister in susceptione sacr̄i. ¶ Scd̄o sic,ab excōicato licet petere debitū.vt in.c.intelleximus,de iudi.ergo cū debeat filios parochianos suos baptizare:licet ab eo petere istud debitū. ¶ Tertio sic. Licet alicui pro sua vtilitate non solum in extrema necessitate mutuū accipere:ab vsurario sub vsuris. Et ille quidē fenerādo peccat. Hic aūt malo eius bene vtēdo nō peccat.sicut ꝛ q iuramentū per falsos deos recipit ab idolatra.ergo in ꝓposito licet a malis ministris sacr̄a petere. ¶ Quarto qd si in vna villa nō est nisi vnus solus curatus:nec sit vicarius:vtrum licet eo ipso se vel alium offerre alterius ville curato ad baptismū ꝛ similiter de alijs sacr̄is.ꝛ vr̄ ꝙ sic.sicut qn̄ ep̄s est suspensus a collatione ordinū:eo ipso licet ire ad aliū postquā innotuerit.extra.de temp.ordi.c.eos qui clericos.li.vj. ¶ Sed in oppositū non licet consentire malo qm̄ potius est oīa mala pati.extra de his que vi metus ve causa fiunt.c.sacris.ꝛ.iij.ethi.ꝛ ad Ro.j.non solū qui faciunt:sed etiā qui cōsentiūt.sed malus peccat sacr̄a cōferēdo.ergo ꝛ iste qui cōsentit petēdo vel recipiēdo. ¶ Respondeo dicendū ꝙ.c.p̄ns intelligendū est de sacr̄o baptismi sine quo non est salus.vn̄ est sumendū.etiā ab heretico tp̄e necessitatis:si alium non reperit a quo baptizet̄.ꝛ si formā seruet

Questio. 1 Primū ar. Scd̄m ar. Tertiū ar. Quartū ar. Opponit i contrariū. Respōdet.

ecclie talis baptismus valet.sed alia sacr̄a non dꝫ recipere qs ab eo:quē nouit hereticū: suspensum:vel excōicatū.qꝛ peccaret eis cōicando in re prohibita. Et ideo questio nostra circa sacr̄m baptismi singulariter versat̄.videlicet vtrū licitū sit petere vel accipere baptismū a malo ministro. Ad qd̄ rn̄dendū est distinctione tali iuxta dn̄m Durandū.in.iiij.di.v.ꝙ minister vel est prescissus ab ecclia qꝛ hereticus vel excōicatus aut nō.Si prescissus aut baptizādus est puer vel adultus.Si par-
2 uulus est ꝯclusio † ꝙ nō peccat cū nō habeat vsum liberi arbitrij:sed offerens illum peccat in illo casu:in quo adultus peccat offerendo se ipsum. Et vt dicit dn̄s Petrus de palude inquirēdo de verbis durādi non solū peccat tantū:sed etiā plus qꝛ adultus non pōt baptizare seipsum.vn̄ si alij non potest se ipsum offerre necessitat̄ ipsi prescisso se offerre. Sed si alium offert cum in necessitate possit alium baptizare:nō necesse habet excōmunicato offerre.Si autē sit adult⁹:aut latet eū pro-
3 babiliter talē ministrū esse prescissum,ꝛ tunc est conclusio.† ꝙ non peccat petendo ab eo baptizari.qꝛ talis ignorantia eum
4 excusat.aut non latet eum ꝛ tunc est cōclusio.† ꝙ peccat mortaliter recipiendo ab eo baptismū. Ratio est:qꝛ eodem precepto quo precipitur excōicato vel cuicūqꝫ ab ecclesia prescisso: ne se ingerat diuinis:precipitur cuilibet ne sibi cōmunicet in eisdē.sed prescissus in gerendo se administrationi diuinorum peccat mortaliter faciendo contra preceptū ecclesie.ergo recipiens ab ipso sacramēta peccat mortaliter faciēdo cōtra illud preceptū. Sed hoc intelligendū est nisi in casu extreme necessitatis.qui nō potest ab ecclesia ꝓhiberi.in quo casu pōt qui-
a libet recipere sacr̄m baptismi a iudeo pagano vel heretico.[a] Si autē minister nō est prescissus:sed tn̄ peccator tunc est cō-
5 clusio † ꝙ nō peccat recipiēs ab eo baptismū.qꝛ si aliquo modo peccaret hoc non esset nisi qꝛ videtur eum inducere ad peccandū petendo ab eo sacramentū.qd̄ ille non potest conferre nisi peccando.sed hoc non oportet qꝛ cū malus minister possit in momento penitere de peccato commisso probabiliter ignoratur ab eo qui petit baptismū:an ille penituerit vel non. Et in dubio est melior pars supponēda.et siue penituerit siue nō petens ab eo baptismū non inducit eum ad peccandum cum iste solum petat ius suum. Et ille si vult potest sine peccato ei exhibere. Si vero minister esset adeo malus,ꝙ non vellet sine
6 pecunia baptizare:tunc est cōclusio † ꝙ nullo modo esset pro baptismo pecunia danda.quia hoc esset simoniacū.ꝛ non sunt facienda mala vt bona sequantur.ad Roman.iij. Sed in hoc casu si fit,ꝛ non habet alium qui eum baptizet:sufficit ei contritio ꝛ fides ad salutem nec tamen propter hoc debet baptizare seipsum.quia nullum esset sacramentum.eo ꝙ sicut in generatione corporali alius est generans, ꝛ alius est qui generatur. Sic ꝛ in regeneratione spirituali:q̄ est baptismus. vnde quod dicit Innocētius tertius de quodam iudeo qui baptizauit seipsum.ꝙ si continuo decessisset ꝙ ad patriam euolasset intelligendū est ꝙ hoc non fuisset virtute sacramēti, quod nullum fuit:sed propter fidem ꝛ deuotionem quā habuit maxime cum exposuerit se periculo mortis:quando inter iudeos existens seipsum baptizauit.vt recitat̄ extra.de baptis.ꝛ eius effectu.c.debitum. Si autem sit paruulus quem sacerdos non
7 vult baptizare:nisi pro pecunia tunc est conclusio.† ꝙ puer baptizandus est ab offerente si sit necessitas, alioqui reseruandus est:quousque inueniatur minister qui eum gratis baptizet. Si autem sit necessitas , ꝛ offerens non habeat aquam consecratam nisi emat a sacerdote qui vult ratione consecra-
8 tionis eam plus vendere tunc est conclusio † ꝙ offerens non debet eam plus emere ratione consecrationis.quia hoc esset simonia.sed potest aquam vt aqua est qꝛ talis sufficit ad baptismum ratione sue indigētie quantūcunqꝫ carius emere:qꝛ etiam in quibuscunqꝫ alijs rebus augetur pretiū propter indigentiam rei. ¶ His habitis dicendū est ad rationes in oppositum. Ad primā respondetur iuxta iam dicta,ꝙ intelligitur de sacr̄o baptismi ꝛ in articulo necessitatis. ¶ Ad secundam rn̄detur iuxta dn̄m Pet.de palude ꝙ assumptū est verū de debito corporali ꝛ sp̄ūali qd̄ non est inhibitū soluere.vn̄ tenet̄ horas dicere:sed prohibitū est ei celebrare,ꝛ sacr̄a cōferre vn̄ hoc non est ab eo pro nūc debitū sed indebitū:nec propter hoc reportat ex malo suo cōmodū sed incōmodum. ¶ Ad tertiam rn̄det̄ negando cōsequētiā. Et ratio est ꝑm dn̄m Pet.de palude, ꝙ non est simile qm̄ non est prohibitum cōicare cum vsurario vel pagano.sed prohibitum est cōmunicare cum excōmunicato omnino,ꝛ magis in diuinis quā in alijs.vnde ratio non procedit. ¶ Ad quartā rn̄det̄ iuxta eundē dn̄m Pet. de palude ꝙ cum in isto casu non sit expressum in iure,ꝙ liceat ministrare sacramenta alieno parochiano recursus est habendus ad

Durandus. Petrus de palude.

a ¶ Adde docto.in.c.mulier.de cōse. di.iiij. Car. zaba. in cle. j.de baptis. Pet. de ancha.i.c.j.nu. 1.de baptis.

Innocen. Ad primū arg. Ad scd̄m. Ad tertiū. Ad quartū.

dus ad superiorē ꝛ habenda licentia eius. Lege text. ¶ [Nec in homine malo.] vt.j.e. sicut vrgeri pōt litera ista legi dupliciter. vno mō de malo ministro:fideli tn̄,ꝛ nō prescisso ꝛ respectu oīm sacramētoꝝ,ꝛ tunc intellige si adhuc tolerat̄ ab ecclia. Et si arguat̄ ꝙ qcūqꝫ cōicat alicui in pctō, ꝛ ipse est reus pctī ad ro.j.Sed mali admistrādo sacr̄a peccāt. g̃ ēt suscipiētes ab eis sacr̄a peccāt. Rn̄det̄ iuxta.s.Tho.in.iij. pte ꝙ ille q ad sacramēta accedit suscipit quidem sacr̄m a ministro ecclesie non inquātū est talis ꝑsona: sed inquātū est ecclesie minister.ꝛ ideo quādiu ab ecclesia toleratur in ministerio: ille qui ab eo suscipit sacr̄m nō cōicat peccato eius:sꝫ cōmunicat ecclesie: que eū tanquā ministrū exhibet.Si vero ab ecclesia nō toleretur:puta cū degradat̄:vel excōicat̄:vel suspendit̄ peccat qui ab eo suscipit sacr̄m.qꝛ cōicat peccato ipsius.hec ille. Sic etiā remouetur vt dicit gl.illud cōtrariū di.xxxij.nullus.pōt etiā secundo legi de malo ministro heretico ꝛ prescisso,ꝛ tunc exponitur respectu sacramēti tm̄ baptismi qd̄ in articulo necessitatis est suscipiendū etiā ab heretico: si ab alio haberi nō pōt vt.xxiiij.q. j.si quē. Secus de alijs sacramētis sine quib⁹ potest esse salus. qꝛ illa scienter nullus debet suscipere ab heretico vel excōicato.qꝛ cum talibus non lꝫ etiā cibū sumere.j.ad Corint.v.vnde de sacramento eucharistie expresse ponitur ꝙ etiā in morte de manu heretici sumi nō debet.vt.xxiiij.q.j.c.pe.ꝛ vlti.

Exponit literam. Opponit. Respōdet. S. Thom̄.

1 ☞ Ethnicus vnde dicatur.
2 Judei qualiter dicantur priores ethnicis.

Nonne. Ad idē est hoc.c. qd̄ est eiusdē Augu.in lib.de baptismo : vbi ponit ꝙ ꝓpter malitiā ministri nō fedant̄ in se sacr̄a.ꝛ hoc ꝓbat duob⁹ exēplis.primo exēplo sacramētoꝝ iudeorū:q lꝫ essent peiores sodomitis : vera tn̄ sacramēta erant apud eos. Scd̄m exēplū est de philosophis:qui lꝫ essent pagani gētiles:eoꝝ tn̄ bene dicta nō sunt a sanctis viris reprobata sed cōmendata.scd̄a ibi:nam ꝛ ipsi gentiles. Lege. ¶ [Nonne
1 ethnici.] id est gentiles.† Ethnos[a] dicitur gens inde ethnicus.i.gentilis. Archi.[de quibus.] Matt.vj. Orantes nolite multum loqui sicut ethnici faciūt. Oēs eīm extra cultum veri dei ꝛ extra circūcisionē ꝛ baptismū dicuntur gentiles. qꝛ sicut geniti absqꝫ fide ꝛ sacramentis viuunt de qbus dr̄.ad Ro.ij.
2 gentes que fidem nō habēt.[peiores.]† ideo sunt peiores illis qꝛ habētes notitiā scripturaꝝ de xp̄o eis nō credētes: Christi predicationem nō receperunt : nec eis ꝓmissum prophetā per moysen Deut.xviij. receperunt nec eorū saluatorem veniētem admiserūt.vnde nimia malitia excecati nec scripturis: nec miraculorum operationibus(que ei testimonium perhibebant) crediderūt in quo eorum culpa nimium aggrauat̄. vnde eorū culpam saluator exaggerans. Jo.xv.Si non venissem ait ꝛ loquutus eis non fuissem peccatum non haberent nunc aūt excusationem non habēt de peccato propter qd̄ dn̄s ait Matt. xj. Amen dico vobis. tolerabilius erit scelus terre sodomorū ꝛ gomorreorū in die iudicij quam ꝛc. Item iudei peiores sunt sodomitis qꝛ sodomite peccabant fornicatione carnali : iudei vero sp̄ūali per infidelitatē. Peius aūt peccatum est spiritualis fornicatiōis q̄ carnalis.ꝛ peccatum infidelitatis grauius omni peccato carnis. ꝛ ideo propheta Ezechiel.xvj. dicit ꝙ sodoma minor est in culpa quam iudas. qui malitias sodome ꝛ samarie superauit sceleribus suis . vnde ibi concludit propheta Ezechie.xvj.ergo tu confundere. ꝛ porta ignominiam tuam:que iustificasti sorores tuas.s.sodomam ꝛ samariā grauius peccando:quā sodoma ꝛ hoc est ꝙ dicit quibus propheta.[iusta].i.minus mala simile.viij.q.j.vereor. Hug.[nunquid ideo ipsa sacramēta diuina talia].i.mala quasi diceret nō erāt mala:licet ipsi essent mali. Hugu.ista expositio est ad mentem Aug.ꝛ non quā glo.aut Archi.ponit qm̄ ꝓpter iudeorū iniquitatem dei sacramenta in se non sunt polluta . quod probat ex eo. Tum primo:qꝛ christus illa suscepit ꝛ ad ea celebranda alios vt leprosos mūdando induxit non obstante ergo eorum nequitia christus sanctus sanctoꝝ Dan̄.xij.accipere dignat⁹ est eorum sacramenta. nam circuncisus est Luce.ij. in templo est presentatus cum muneribus Matth.ij. vt ea celebranda monstraret. Tum scd̄o quia ad ea obseruanda pro tunc leprosos mundatos per eum ire iussit dicēs.ite ostendite vos sacerdotibus. Luc.xvij.ꝛ Matth.viij. Leproso mundatos deu dixit vade ostēde te sacerdotibus, ꝛ offer munus:quod precepit moyses in testimonium illis preceperat enim moyses Leuitici xiiij.ꝙ leprosus mundandus adduceretur ad sacerdotem:qui purificatus offerret duos passeres viuos ꝛ lignū cedrinū ꝛc. Tum tertio. qꝛ angelum suum dn̄s misit qui zacharie stanti

Exponit literam.

a ¶ Ethnos. a Adde pulchre Hieronymū ꝯ Jouinianū.nec dr̄ ab ethna vt qdā falso putant.

Cōtra glossatores. Archid.

in templo,ꝛ sacrificanti astitit.ꝛ sibi nasci filium nomine ioannem pronuntiauit. Luc.j. Que predicta deus non fecit:nec illa sacramenta sic honorasset: si mala fuissent . vnde non obstante malitia iudeorum peiorū ethnicis bona erant,ꝛ veneranda:siue a bonis siue a malis ministrata existerēt seruata forma. [nā ꝛ ipsi.] secunda pars.vbi ait ꝙ veritas doctrine etiam a gentilibus dicta(vt aristotele:platone:socrate:sibilla alijsqꝫ pluribus)non improbatur a sanctis viris imo approbatur,et suis scriptis interseruerunt.vnde Augu.ij.lib.de doctri.xp̄iana.c. viij.dicit philosophi qui dicūtur si forte vera ꝛ fidei nostre accommoda dixerunt:dixerim non solum formidanda non sunt sed etiā ab eis tanꝙ ab iniustis possessoribus sunt nostro vsui vendicanda.Sic enim apl's dicta phoꝝ inuenit̄ suis ep̄lis ꝛ dictis interseruisse.act̄.xvij. deus est in quo viuimus mouemur ꝛ sumus.vt quidā nostrorū poetarū dixerunt ꝛ tit.j.dictum illius assumpsit qui ait.cretenses semp male bestie ꝛc. ꝛ Hiero. scribens ad magnum oratorē vrbis rome hoc diffuse ostendit ꝙ sancti vt moyses : salomon dicta philosophorū gentiliū nō abiecerūt : quāuis illi per suas superstitiones ꝛ idolatrias ꝛc. ergo malitia hominum non damnat veritatem : nec maculat sancta dei sacramenta.

August. Arat⁹ poe. Hierony.

1 ☞ Prophetia etiam in malis hominibus fieri solet.

Multe autem. Ad idem subiungit̄ hoc.c.eiusdē Aug.super epistolam ad Corin.vbi ostendit ꝙ vera sacr̄a sicut ꝛ prophetia possunt esse in malis: vt puta hereticis ꝛ prescitis:nō tn̄ charitas:nec alie virtutes que sine charitate esse nō possunt. Et pōt diuidi in duas partes. In prima premittit multas esse operatiōes siue dona spiritussancti in scd̄a ꝯcludit aliqua cōia esse bonis ꝛ malis quedā vero sicut charitas solis bonis ꝯuenire.scd̄a ibi:quodlibet horū ꝛc. Lege tex. ¶ [Multe apl's].j.ad Corin.xij.vnus atqꝫ idē sp̄s : qui est actor oīm gratiarū.ad Ephe.iiij.vnū corpus,ꝛ vnus spiritus ꝛ Sapien.iij.dr̄ ꝙ est sp̄s vnus ꝛ multiplex.vnus in substantia multiplex in gratia.[diuidēs ꝓpria vnicuiqꝫ].i. singulis. Sicut eīm nullū membrū est in corpore:qd̄ non participet aliquo modo sensum ꝛ motū a capite.ita nullus est in ecclesia : q nō aliquid de gratijs spiritussancti participet.ꝑm illud matt. xxv.dedit vnicuiqꝫ ꝑm propriam virtutē.ꝛ ad Ephes.iiij.vnicuiqꝫ vestrū data est gratia. Cū ergo aliud sit sacr̄m.s. baptismū simō habere potuit.qꝛ baptizatus est a philippo diacono.
1 Act̄.viij.† Aliud ꝓphetia que in malis hoībus fieri solet ista eīm dona que ibi enumerat apl's sunt gr̄e gratis date: q̄ p̄nt eē in malis hoīb⁹ ēt existētib⁹ extra charitatē: vt supponit apl's vt in saule de q̄.j.reg.x.vt.j.e.q.ꝓphetauit.ꝛ in balaā, ꝛ in caipha.q fuerūt mali ptꝫ.[aliud operatio].i.donū.[nisi boni.] vt xxiiij.q.j.vbi sana charitas eīm solū bonis ꝯuenit que.vt dicit Aug.xv.de trini.c.xix.diuidit inter filios regni ꝛ ꝑditiōis[qd̄libet horū.]ad alia respicit:nō ad charitatē:siue sacr̄m:siue ꝓphetiā:siue aliqd̄ aliud donū aliud a charitate:qd̄ sine charitate possit haberi.[opit.] Jaco.v.ꝛ.j.pet.iiij.ꝛ.xxij.q.iiij.q sacro ꝛ de conse.dist.iiij.ecclesie.ꝛ.xxiij.q.vij.quemadmodum. Hug.

Diuisio. Exponit literam. August.

1 ☞ Sacerdotes auari raptores ꝛ similes dispensatione sacramentorū an conferant suscipiētibus remissionem peccatorum ꝙ non vite merito.ꝛ nu.3.ꝛ nu.6. bene tamē vsu clauium si sint ab ecclesia tolerati.nu.4.
2 Ministro ecclesie tripliciter potest attribui dare remissionem peccatorum:aut ab eo negari.
5 Ministri mali ab ecclesia precisi ministerio dispensationis sacramentorum que in sola ordinis potestate fundantur conferunt digne sumentibus remissionem peccatorum.
7 Spiritussanctus quare dicatur columba.

Remissionem. Ad idē subiungit magi. Gratia.hoc.c.qd̄ est eiusdē Aug. Quia enim dixerat.s.in precedenti.c. ꝙ aliqua erant dona sp̄ūsancti cōia bonis ꝛ malis inter q̄ posuit collationē:siue dispēsationē sacroꝝ, ꝛ aliqua ꝓpria solis bonis:vt charitas ꝛ ea q̄ sine charitate esse non p̄nt: vt idoneitas ministrādi sacr̄m,ꝛ dignitas suscipiēdi effectū sacramēti.ideo mag. Grati.inducit hoc.c.in quo ostēdit ꝙ mali nec remissionē peccatoꝝ dāt merito vite:nec digni ministerio dispēsationis.sed solum boni. Itē ꝙ effectū sacramentorū nō suscipiunt: nisi qui digne accedunt. Et sic pōt diuidi hoc.c.in duas ptes. In pma facit ꝙ dictū est.in scd̄a declarat.ij.ibi foris qdē. ¶ Quia hoc.c.est obscurū. ꝛ i quo heretici receperūt

Diuisio.

ex mala eius intelligentia errorem perniciosum dicẽtes sacer⸗
dotes malos non habere vsum clauium. Pro pleniori intelli⸗
Questio.
1 gentia huius queritur.† Utrum auari ⁊ raptores ⁊ siles mali
sacerdotes dispensatione sacramentorum conferãt suscipien⸗
Primũ ar.
tibus remissionem peccatorum. ⁊ videtur ꝙ nõ. primo ex pre⸗
senti. c. vbi Augu. dicit ꝙ auari remissionem peccatorum non
Scdm arg.
dant. ¶ Secundo dicit ꝙ raptoribus ⁊ feneratoribus domi⸗
nus nõ dicit. s. illud Numi. xviij. Si cui dimiseritis pctã ⁊c. er⸗
go videtur, ꝙ si illis dñs non concessit potestatem dimittendi
Tertiũ ar.
peccata, ꝙ tales non dant remissionem peccatorum. ¶ Ter⸗
tio sic dicit. idem Augu. contra donatistas. Remissionem per
se ipsum facit deus: vel per colũbe mẽbra. sed existẽtes in pec⸗
cato mortali non sunt mẽbra columbe. ergo tales nõ cõferunt
suscipientibus ab eis sacramenta remissionem peccatorum.
Quartũ ar.
¶ Quarto sic. Jo. xx. vbi date suat claues dictum est. Accipi
te spiritũ sanctum, ⁊ quorũ remiseritis peccata ⁊c. ergo si ante
donationem potestatis dedit spiritũ sanctum: videtur ꝙ qui
non habent spm̃ sanctũ non habeant claues: nec per cõsequẽs
Quintũ ar.
dant remissionem peccatorum. ¶ Quinto sic. dicit Aug. cha⸗
ritas ecclesie pctã dimittit. ergo ministri qui sunt sine chari⸗
Sextũ ar.
tate nõ dimittunt pctã. ¶ Sexto sic. bonus distributor nulli
dat aliquã potẽtiã distribuẽdi: q est oĩo ĩdign⁹ sꝫ pctõr q est in
pctõ est oĩo ĩdign⁹ tã nobili ptãte. s. soluẽdi ⁊ ligãdi. hoc aptũ
est ⁊ deus scit, ⁊ ipse q hãc potestatẽ tribuit. ergo aut male di⸗
Septimũ arg.
stribuit dona sua aut ille talem suã ptãtem non hꝫ. ¶ Septi⸗
mo sic. contra totam naturam esse videt̃ hoc patet quia nihil
in natura inferiori monet operatione alicuius forme: quã non
habet per se: sed per accidens erit si sic mouet. verbi grã. cali⸗
dum calefacit. ⁊ nõ calidum non potest calefacere. ⁊ sic de alijs
ergo cum gratia sit perfectio nature: sequitur ꝙ in gratia etiã
aliter esse non potest. ergo peccator cum sit extra gratiam non
potest conferre remissionem peccatorum: que fit mediãte gra⸗
Opponit i cõtrarium.
tia. ¶ In oppositum videtur esse primo. c. s. eo. ꝙ nec in hoĩe
scdo dicit̃ Matt. xxiij. Sup cathedrã Moysi sederũt ⁊c. ergo
obediẽdũ est in sacrorũ ⁊ doctrine dispẽsatione etiã malis. sed
Respõdet.
hoc nõ esset nisi claues haberent ⁊ vsum clauiũ ergo ⁊c. ¶ Re
sponsio. qꝛ responsio ad questionẽ propositã dependet ex intel
ligentia dictorũ sanctorum doctorum circa hãc materiã ⁊ ma
xime Aug.† Est notandum ꝙ tripliciter potest attribui ali⸗
cui ministro ecclesie dare remissionem peccatorũ: aut ab eo ne
gari. primo quidem merito vite: sicut dicimus ꝙ sancti viri ꝑ
charitatem suã merentur alijs primã gratiã: per quam est re⸗
S. Thom.
missio peccatorũ. ⁊ hoc san. Tho. in. iiij. di. xix. rñdendo autho
ritatibus Aug. de ista materia dicit. ꝙ Augu. loquitur de re⸗
missione peccatorũ: sm̃ ꝙ sancti hoĩes cooperantur ad ipsam
non ex vi clauium: sed ex merito congrui. ⁊ ideo dicit ꝙ etiam
per malos sacramẽta ministrat, ⁊ inter alia sacra etiam abso⸗
lutio que est vsus clauiũ cõputari dꝫ. sed per membra colum⸗
be. i. per sanctos hoĩes facit remissionẽ pctõrum: inquãtũ eorũ
Alexander de balis.
intercessionibus pctã dimittit. ⁊ eodem modo dicit Alexã. de
balis. de ista solutione pctõrũ q̃ sanctis cõpetit. dicit Ambro.
Ambro.
in homil. i. aduentus de euangelio cum appropinquaret Je⸗
sus hierosolymis: ligatus erat pullus cum asina: nec poterat
solui: nisi iussu dñi. Soluit enim manus aplica talis actus: ta⸗
lis vita: talis gratia ⁊ esto talis: vt tu possis ligatos soluere.
3 Secundum istam expositionem est ista conclusio.† Mali non
dant remissionẽ pctõrum. s. vite merito cooperando ad ipsam
ista conclusio est apertissima in isto. c. vbi ait Aug. ꝙ auari ⁊c.
Secundo potest dici aliquis minister ecclesie dare remissionẽ
peccatorũ ministerio. Et iuxta hunc modũ sunt due cõclusio⸗
Prima cõclusio.
4 nes.† Prima ꝙ mali sacerdotes ab ecclesia tolerati dispensa⸗
tione vel administratione sacrorum ⁊ vsu clauium dant remis
sionẽ peccatorũ nisi sit obex ex parte accedẽtis ad sacrm̃. Ista
cõclusio ꝓbatur multipliciter ꝑ multa iam posita. s. patet qꝺ
potestas baptizandi ⁊ administrandi sacra est data ministris
bonis ⁊ malis sed per sacra datur remissio pctõrũ cũ in eis di⸗
Hu. de sancto victore.
uina virtus dicat̃ salutẽ secretius operari. vt dicit Aug. ⁊ Hu
go de sanc. victo. ergo mali ministri tam administratione sa⸗
cramentorũ q̃ vsu clauiũ remissionẽ dant pctõꝝ. ¶ Secundo
S. Thom.
sic iuxta sanc. Tho. sicut participatio forme q̃ est inducẽda in
effectum non facit instr̃m: ita nec subtractio talis forme tollit
vsus talis instrumẽti. ergo cum homo sit tm̃ instrumentaliter
agẽs in vsu clauiũ quãtũcũqꝫ per peccatũ sit gratia priuatus
per quã fit remissio pctõꝝ: nullo mõ priuat̃ vsu clauiũ: quãdiu
ab ecclesia tolerat̃. ¶ Tertio sic. iniqtas ministri nõ aufert li⸗
beralitatẽ dñi: sed sacerdos est solũ minister: ergo non põt sua
malitia donũ a deo trãsmissum ꝑ eũ in sacramẽtis a nobis au
ferre. ¶ Quarto sic. habẽs bonũ oculũ ꝓportionatũ nihil mi
nus videt ꝑ hoc qꝺ patit̃ ĩ pede: sic hñs bonã artẽ nihil peius
operatur per hoc ꝙ hꝫ malitiam in voluntate. sic videt̃ vt ar⸗
Petrus de palude.
guit Pet. de palude in ꝓposito de potẽtia characteris ⁊ iuris
dictionis, ꝙ ista habens ⁊ materiã debitã in nullo impeditur
ꝑpter malitiã volũtatis. ¶ Quinto sic. iuxta san. Tho. et do.
S. Thom. Bonauent.
Bonauen. si non haberet vsum clauiũ nisi iustus: cũ nemo nec
de se nec de alio sciat vtrũ sit iustus: nemo sciret vtrum soluat
vel liget, ⁊ vtrũ si quis absolut⁹: vel ligatus, ⁊ vtrũ esset in sta⸗
tu salutis vel nõ qꝺ est incõueniens. Nã perplexitas ⁊ dubita⸗
tio in ecclesia relinquerẽtur: qꝺ est cõtra bonã institutionẽ ec⸗
clesie q̃ dꝫ esse fundata in fundamẽto veritatis eterne. ¶ Sex⸗
to. si potestas clauiũ sequeret̃ sanctitatẽ cũ tota die fiat trans⸗
mutatio in sanctitate. qꝛ ille qui est minus sanctus fit magis
sanctus ⁊ ecõuerso. Et q modo subditus est fit prelatus, ⁊ mõ
prelatus subditus ergo nulla stabilitas esset in ecclesia qꝺ ab⸗
Secũda cõclusio.
5 horret fides recta. ¶ Secũda cõclusio.† Mali ministri ab ec⸗
clesia prescissi ministerio dispẽsationis sacramentorũ que in so
la ordinis ptãte fundant̃ cõferunt digne sumẽtibus remissio⸗
nem peccatorũ. ista ꝯclu. ptꝫ ex disputatis. s. e. in. c. q perfectio
Tertia cõclusio.
nem. ⁊ in. c. sacra. ¶ Tertia ꝯclu. Mali sacerdotes ab ecclesia
prescissi lꝫ ptãtem clauiũ habeant quãtũ ad essentiam insepa⸗
rabiliter: nõ tñ habẽt vsum clauiũ, ⁊ ꝑ ꝯñs ministerio suo non
tribuunt remissionẽ pctõꝝ. ista cõclu. quo ad primã ptꝫ. qm̃ vt
catholica doctrina hꝫ clauis ipsa q̃ est habitualis ptãs cũ cõ⸗
sequatur ordinẽ sacerdotij, ⁊ non confert̃ persone rõne qua est
bona vel mala. sed rõne qua dotata est dignitate ordinis sacer
dotalis semper manet in ministris quãtũcũqꝫ mutetur circa
mores. ¶ Scda pars ꝯclusiõis: in qua dꝛ, ꝙ tales prescissi nõ
habẽt vsum clauiũ patet. tum primo ex ꝑsenti. c. qꝛ ecclie cha⸗
ritas dimittit pctã. Charitas aũt est que facit vniõnẽ ecclesie
ergo ab ecclesia ꝑscissi nõ vident̃ habere vsum clauiũ ĩ remittẽ
S. Thom.
dis peccatis. ¶ Tum scdo iuxta san. Tho. clarissime ptꝫ sic
vsus clauiũ prelationẽ in vtente requirit respectu eius: in quẽ
vtitur ꝓpria authoritate materia in qua exercet̃ vsus clauiũ
est homo subditus, ⁊ qꝛ per ordinationem subditur vnus alij:
ideo etiam per ecclesie prelatos põt subtrahi alicui ille: q erat
ei subiectus. vnde cum ecclesia hereticos: schismaticos, ⁊ alios
hmõi prescissos priuet subtrahẽdo eis subditos: vel simplr̃ vt̃
quãtũ ad aliquid quãtũ ad hoc. ergo qui priuati sunt nõ pos⸗
sunt vsum clauiũ habere. ¶ Tertio mõ potest intelligi ꝙ ma⸗
li sacerdotes nõ dent remissionẽ pctõꝝ etiã ministerio dispen
sationis sacramentorũ. s. qꝛ non decẽter: nec digne: siue idonee
S. Thom. Bonauen.
siue non debite. Pro quo notãdum iuxta san. Tho. ⁊ dominũ
Bonauen. ⁊ alios doctores aliquid nõ requirit̃ de necessitate
ad vsum clauis, ⁊ aliqd quãtũ ad congruitatẽ ⁊ idoneitatem.
Quãtum vero ad necessitatẽ requirit̃ ordo ⁊ iurisdictio. ⁊ hoc
donum gratis datũ est tã in bonis q̃ in malis verum, ꝙ q̃tũ
ad iurisdictionem hoc est intelligẽdum de malis ab ecclesia to
leratis. Quãtum vero ad idoneitatem requirit̃ ꝙ authoritas
prelationis debeat esse cũ sanctitate. ptꝫ. qꝛ officiũ illud est of⸗
ficiũ mediatoris ⁊ reconciliatoris ⁊ authoritas ista est iudicia
rie ptãtis. Nullus aũt est bonus mediator: qui est inimic⁹ nul
lusque est bonus iudex in quo est reus in cã. ergo opꝫ ipsum
ministrũ esse mũdũ ⁊ sanctũ. Alioqui ⁊ si sit minister nõ tñ est
6 idoneus vel dignus. Et sm̃ hoc ponit̃ ista ꝯclusio.† Auari et
mali sacerdotes hoc modo. s. idonee siue digne siue decẽter nõ
dãt remissionẽ pctõꝝ. ista ꝯclu. ptꝫ ex pñti lr̃a sm̃ gl. q̃ sup ver.
nõ dãt. exponit. i. indigni sunt dare. de ꝯse. dist. iiij. quõ. Item
Grego.
ptꝫ ex eo qꝺ dicit Grego. in dialogo. petri vicẽ in ligãdo ⁊ sol⸗
uẽdo obtinẽt q locũ scti regiminis vita ⁊ morib⁹ tenẽt. qꝺ in⸗
Alexander de balis.
telligẽdũ est: vt dicit mag. Alex. de ba. quãtũ ad dignitatẽ me
August.
riti. Eodẽ mõ intelligit̃ qꝺ dicit Aug. sup illud Jo. me aũt nõ
semp habebitis ⁊c. dictũ est petro. tibi dabo claues sm̃ ꝙ ge⸗
rit typũ bonoꝝ. pro cui⁹ ꝯclusionis ⁊ ẽt supioris pleniori noti
Durãdus.
tia est notãdũ iuxta dñm Duran. in. iiij. dist. xix. ꝙ aliud est q̃
qs aliqd põt, ⁊ q̃ bñ põt. ⁊ sm̃ presupponit primũ lꝫ nõ ecõuer
so sicut bñ posse ꝑsupponit posse. lꝫ ptãs clauiũ est ad posse ab
soluere ĩ foro pnie. grã aũt nõ reqrit̃ ad aliquẽ actũ nisi ꝑpter
bñ. ergo ptãs clauiũ nõ ꝑsupponit grãm: nec quo ad acqsitio⸗
nẽ: nec q̃ ad vsum. lꝫ reqrat eã quo ad debitũ vsum ex pte vtẽ⸗
tis. vñ ptꝫ ꝙ ministri mali in pctõ mortali existẽtes cũ nõ ha
beãt debitũ vsum clauiũ vere dicunt̃ nõ dare remissionẽ pecca
torũ digne: debite: siue decenter. lꝫ simplr̃ dẽt. ¶ His habitis
Ad primũ argu.
dicẽdũ est ad rõnes in oppositũ. Ad primã ptꝫ rñsio ex dictis
hoc em̃ qꝺ ꝑmo dicit Aug. ꝙ auari remissionẽ pctõꝝ nõ dãt:
põt exponi vno triũ modoꝝ de qb⁹ dixim⁹. vel ꝙ nõ dãt. s. vi⸗
te merito. vel scdo nõ dãt digne. vel tertio nõ dãt loquendo de
Ad scdm.
ꝑscissis, ⁊ ꝑ vsum clauiũ. ¶ Silr̃ rñ. ad sm̃ vbi dicit ꝙ raptori
bus ⁊ feneratorib⁹ nõ dicit dñs ⁊c. itelligit̃ de ꝑscissis ab eccle⸗
Ad tertiũ.
sia. ¶ Ad tertiã rñsio etiã patet ex dictis. dicimus enim iuxta
sanctum

S. Thom. Alexander de balis.
sanctum Tho. ⁊ Alex. de balis. ꝙ verbum Aug. sic intelligi⸗
tur de remissione: que fit nõ vsu clauium: sed vite merito sicut
melius patet. j. ea. q. sicut vrgeri. qꝛ viri sancti cooperant̃ ad re
missionem peccatorũ. vt. s. explanauimus. scdo intelligitur de
illis qui digne vtuntur clauibus. tertio vt dicit san. Tho. au⸗
gusti. mẽbra columbe nominat oẽs ab ecclesia non prescissos:
qui em̃ ab eis sacra suscipiunt gratiã cõsequũtur: non aũt qui
recipiunt ab illis sciẽter: qui sunt ab ecclesia prescissi. qꝛ ex hoc
ipso peccant excepto baptismo quẽ in casu necessitatis: lꝫ etiã
Albertus magnus.
ab excõicato recipere. concor. Alber. mag. dicens ꝙ membra
columbe sunt duplicia. s. quãtum ad motũ ⁊ quãtũ ad sensum
Mali vero ministri ab ecclesia tolerati sunt mẽbra colũbe q̃⸗
tum ad motum tantũ. qꝛ mouet tm̃ ad vtilitatem aliorũ: sꝫ nõ
sentiunt per experimẽtũ gratiã columbe viuificantis in spũ.
Ad quartũ S. Thom.
¶ Ad quartam rñ. negando cõsequẽtiã. qm̃: vt dicit sanctus
Tho. recipere spm̃ sanctum precedit remissionẽ peccatorũ nõ
ꝙ necessario exigatur sic ad vsum clauium, ꝙ sine dono spiri⸗
tussancti gratie gratum facientis fieri non posset. sed quia sine
eo incõgrue fit ex parte vtẽtis: quãuis subijciens se clauibus
Richar. de media villa
effectus clauium consequatur. Ad idem est Richar. de media
villa dicẽs. ꝙ in illis verbis determinãtur ea: que requirũtur
non tm̃ ad ptãtem. sed etiam ad vsum. qꝛ intentio conferentis
ordinem est: vt ille cui cõferũtur claues earũ vsum idonee exe⸗
Bonauen.
quatur. ad idem dñs Bonauen. dicens ꝙ loquuntur omnes
hmõi authoritates quãtum ad idoneitatẽ nõ quãtũ ad necessi
tatem: vel vt mag. Alex. de balis. ꝙ accipere spm̃ sanctũ prece
dit remissionem peccatorũ qꝛ spũssanctus dat virtutẽ clauiũ.
Ad quintũ
¶ Ad quintã rñ. sicut ad tertiã. Eodẽ em̃ mõ intelligit̃ hoc ꝙ
Alexander de balis.
dꝛ Aug. ꝙ charitas dimittit pctã ⁊ ꝙ ꝑ mẽbra colũbe dimit⸗
tit pctã. vel dicẽdũ: vt dicit Alex. de ba. ꝙ qdã dicunt, ꝙ illud
sit itelligẽdũ ex parte recipiẽtiũ. vnde ideo dicit̃ charitas peni
tere: qꝛ nulli remittuntur pctã: nisi recipiat̃ intra ecclesiasticã
vnitatẽ. Non em̃ dimittit̃ hereticis, ⁊ schismaticis. Et iste sen⸗
sus videtur cõsonus presenti litere Aug. vbi ait soluit̃ qui cũ
Ad sextũ. Bonauen.
columba fecerit pacem ⁊c. ¶ Ad sextã rñ. negãdo cõsequentiã
⁊ ratio est sm̃ dominũ Bonauen. qm̃ deus non dat potestatem
soluendi ⁊ ligandi indigno ꝑpter se: sed ꝑpter cõem vtilitatẽ
⁊ ideo quãuis malus nõ sit dignus: potest tñ esse vtilis. ⁊ ideo
ei cõfert. vel dicendum ꝙ deus hoc facit ad ostẽdendum abũ⸗
dantiam largitatis sue qua solem suum oriri facit sup bonos
Ad septimũ S. Thom.
⁊ malos. ¶ Ad septimam rñ. iuxta san. Tho. negando assum
ptum. Et ad ꝓbationem cũ dꝛ ꝙ nihil in natura inferiori ⁊c.
Rñdetur ꝙ hoc est verũ de eo qꝺ operatur per se, ⁊ vt princi⸗
pale agens. tale quidẽ in operando inducit similitudinẽ suam
non est aũt verum de agente instrumentaliter. hmõi enim non
est inducere effectum in similitudinẽ suã: sed principalis agen
tis. Cum aũt minister ecclesie sit sicut agens instrumentaliter
vt sepius fuit repetitum. patet ꝙ ratio illa non procedit: vel re
Albertus.
spondendum est iuxta dñm Alber. ꝙ lꝫ in inferiori natura pu
ta in elemẽtis vel elemẽtatis sit verum: qꝺ dꝛ nõ tñ in superio
ribus est verum. qm̃ vt inquit omnia excellentia in natura ope
rantia faciunt actum forme: qua nõ disponũtur: vt iupiter ca⸗
lefacit ⁊ humefacit, ⁊ tñ non est calidus nec humidus. ⁊ mars
immoderate calefacit, ⁊ exsiccat ⁊ tñ nec calidus nec siccus est
⁊ sic de alijs. Cum ergo principia gratie nõ sunt minus effica
cia principijs nature: potest quis operari ad peccatorũ remis⸗
Exponit literam.
sionem: cui pctã non sunt dimissa. Lege tex. ¶ [Remissionem
auari]. i. quilibet mali presertim ab ecclesia non tolerati. [non
dant]. s. vel merito vite. j. eo. q. sicut vrgeri. vel idonee ⁊ si sunt
prescisse non dant vsum clauiũ [que per colũbe]. i. per spiritũ
sanctum qui dicit̃ gemere. qꝛ nos gemere facit. ad Rom. viij.
quid oremus nescimus: sed ipse spũs postulat ꝓ nobis gemi⸗
tibus inenarrabilibus. glo. Augu. [ipse spũs postulat]. i. po⸗
stulare nos facit, ⁊ facit nos gemere plusquã dici põt pro pec⸗
catis proprijs, ⁊ aliorũ pro desiderio celestis patrie. vt. xxiiij. q.
7 j. §. si autem.† Et dicitur spũs columba. primo qꝛ spũssanctus
in baptismo xpi in specie columbe descendit Matth. iij. Luce
iij. Jo. j. ⁊ de conse. iiij. baptismus. secũdo qꝛ columba gemit, et
spiritussanctus nos gemere facit. tertio qꝛ spũsancto fecundã
tur mẽtes deuote virtutib⁹. Quicũqꝫ siue bonus siue mal⁹ ba
ptizet ad illi⁹ pacẽ. i. ad pacẽ ⁊ ad vnitatẽ spũsscti ptinẽt qbus
datur grã spũsscti. Ad pacẽ enim ⁊ vnitatẽ spũssancti nõ per⸗
tinet nec remissionem peccatorum recipere potest: qui gratiã
spiritussancti non recipit: quam extra vnitatem ⁊ pacem eccle
August.
sie nemo recipere potest: dicente Augu. ꝙ extra ecclesiam non
est salus. xj. q. iij. illud. ⁊ de consecra. distinct. iiij. ecclesie. [Non
enim raptoribus.] tex. iste obscurus est. Et ideo eget clara ex⸗
positione: ne sit aliquibus fouea erroris: sicut fuit quibusdam
hereticis. vnde exponi potest iuxta superius explanata tripli
citer. vno modo de omnibus peccatoribus siue toleratis: siue
non, ⁊ tunc hoc quod dicitur ꝙ raptoribus nõn dicit dñs ⁊c.
Matth. xviij. intelligendum est: nõ quantum ad substantiam
potestatis ligandi ⁊ soluendi: qꝛ illa sacerdotibus omnib⁹ bo⸗
nis ⁊ malis est communis: sed quantum ad idoneitatem vsus:
non enim talibus. sed apostolis ⁊ sacerdotibus illorum imita⸗
toribus dominus dixit. [Si cui ⁊c.] isti enim habentes spiri⸗
tum sanctum digne ligant, ⁊ soluunt. Qui autem sunt pecca⸗
tores: quãdiu ab ecclesia tolerãtur in suis officijs: possunt ab⸗
soluere ⁊ ligare. sed indigne, ⁊ indebite: qꝛ in peccato exercent
⁊ irreuerenter officium sacerdotale. Cũ enim sine peccato esse
debeat qui alium de peccato iudicat: dicente domino Jo. viij.
qui sine peccato est primus in eam lapidem iaciat. ⁊ apostolus
ad Roma. ij. in quo alium indicas: teipsum cõdemnas: eadem
enim facis. Clarissimum est ꝙ tales peccatores nõ sunt idonei
ministri. Secundo potest exponi de remissione: que fit merito
vite: siue dignitate meriti. Tertio potest intelligi de prescissis
tantum, ⁊ ita exponit Hug. ⁊ Archi. dicens per hos intelligũ
tur omnes mali ab ecclesia prescissi. ⁊ tunc text. est magis cla⸗
rus. [foris.] secunda pars. i. extra ecclesiam. extra enim eccle⸗
siam nullus potest solui vel ligari. quia extra ecclesiã non sunt
claues. vnde dominus Petro Matth. xvj. dixit. super hanc
petram edificabo ecclesiam meam. ⁊ sequitur. ⁊ tibi dabo cla⸗
ues. Primo edificanda promittitur ecclesia. deinde dande cla
ues: vt intelligatur, ꝙ in ecclesia sunt claues, ⁊ potestas ligan⸗
August.
di, ⁊ soluendi. vnde August. de agone christiano. c. xvj. dicit. ꝙ
Petrus in acceptione clauium personam ecclesie catholice su
stinuit. Hinc enim ecclesie claues regni celorum date sunt cum
petro date sunt. Patet ergo ꝙ ab his qui foris sunt per here
sim: per infidelitatem: per sententiam ecclesie nullus ligari po⸗
test: vel solui. Hoc enim ministerium ligandi ⁊ soluendi nemi⸗
nem prescissorum sequitur solũmodo in ecclesia est, ⁊ nõ extra.
Speciale quidem est in vnitate columbe permanentium. vt.
xxiiij. q. j. audiuimus. §. si autem. ⁊. c. manet. ⁊. c. quodcũqꝫ. [sol
uitur qui cum columba] per gratiam spiritussancti habet pa
cem. fructus enim spiritus pax est. ad Galat. v. vere talis est
absolutus. quia habet charitatem. Charitas autẽ operit mul
titudinem peccatorum. [ligatur.] qui pacem ⁊ vnitatem eccle⸗
sie per gratiam spiritussancti nõ habet siue sit aperte. [foris]
i. extra ecclesiam. siue intus esse videatur: qꝛ adhuc ab ecclesia
toleratur. Hu. manet ligatus funibus peccatorum. ps. cxviij.
funes peccatorum circumplexi sunt me.

1 ☞ Sacramenta multipliciter sumuntur.

Si ergo. §. est. in quo magister Gratia. ex premissis capitulis concludit eorum summã perstrin
gens ⁊ se continuans quasi diceret: si hoc ⁊ hoc. ergo patet ⁊c.
Exponit literam.
Lege tex. ¶ [Sacramentum vnctionis.] vnctionis sacramẽ
tum appellat sacramentum ordinis episcopalis: vel presbyte⸗
ralis: vel confirmationis. quia quodlibet eorum confertur per
vnctionem chrismatis: vel olei sancti. Hug. [Quãtum ad effe
ctum.] in casu verũ. s. cum aliquis ignorãter suscipit sacramẽ
1 ta ab hereticis: vel simoniacis.† vbi not. ꝙ multipliciter susci
a piuntur sacramenta[a] vno modo quo ad veritatẽ, ⁊ integrita⸗
a ¶ Sacramẽta. sacrorũ q sint effectus. vide Pet. de ancha. in. c. vestra. nu. 5. de coha. cler. ⁊ mul.
tem sacramenti, ⁊ sm̃ hoc nulla est differentia inter sacramẽta
hereticorum, ⁊ sacramenta catholicorũ. Alio modo quo ad li⸗
citam executionem administrandi, ⁊ quo ad rem sacramenti, ⁊
quo ad salutem ministrantis, ⁊ mysterium suscipiẽtis. ⁊ hec in
sacramentis hereticorũ non cõferuntur. qꝛ heretici hec nõ ha⸗
bent. Et ideo ea conferre non possunt. Si tamen quis igno⸗
ranter suscipit sacramentum ab heretico: vel scienter sacramẽ
tum baptismi in morte cum ab alio nõ potest suscipere: si alias
dignus est. hec consequitur: non quia ab heretico: sed ex vi sa⸗
cramenti quo casu competenter intelliguntur predicta. c. pre⸗
cedentia. immediate sic magister. j. eo. q. §. nemo. ⁊. c. spiritus.
Sed vt competentius ad solutionem accedat, et vt habeat oc⸗
casionem interserendi capitula tria sequentia facit distinctio⸗
nem dicens.

1 ☞ Sacramentorũ ꝙ quedam sunt generalia siue necessaria:
alia spãlia siue volũtaria. ⁊ q̃ dicant̃ gñalia. Que spãlia nu. 2.
3 Sacramẽtum dignitatis quare dicatur sacramẽta in plurali.
4 Ordo quid sit.

Sed notandum. §. est in quo iuxta Archi. incipit. vj. pars qõnis: in
qua facit differentiã inter sacramenta necessaria ⁊ voluntaria
1 Circa hoc not. Hug. ⁊ glo. ⁊ etiã tãgit Archi.† ꝙ sacramen⸗

torum alia sunt generalia siue necessaria: ⁊ alia spālia siue voluntaria. Generalia dicuntur que oēs ꝯtingunt: ⁊ oībus conueniunt. Necessaria dicuntur que sine eis vix aut nunꝙ salus esse potest, ⁊ sunt. v. scʒ baptismus confirmatio eucharistia penitentia: ⁊ extrema vnctio. Horum aliud est introeuntium vt baptismus. vnde ianua ⁊ introitus oīm sacramētorū dicitur vt dist. xxxiij. §. verū. Aliud pugnantiū vt confirmatio. vnde ad robur datur. vt de conse. di. v. spūssanctus. aliud ꝓgredientium. vt eucharistia. vnde ⁊ viaticū appellaꝛ. vt. xxvi. qō. vj. si quis de corpore. ⁊. c. qui recedunt. ⁊ de conse. distin. ij. iteratur. Aliud est redeūtium. vt pnīa: que redeūtibus datur. vñ scđa tabula post naufragium appellatur. vt de pe. di. j. c. scđa. aliud exeuntium vt extrema vnctio: que tm̄ exeuntibus de hac vita confertur, concor. istis san. Tho. in. iiij. di. ij. assignans nume-

S. Thom.

2 rum sacramentorum. † Specialia sacramenta sunt que nō oībus: sed quibusdā cōueniunt. ⁊ dicuntur voluntaria. qa ad ea nullus cōpellitur ea rōne qꝛ sine eis non sit salus: ⁊ sunt duo scʒ ordo: ⁊ cōiugium, istorū quedā dicuntur dignitatis: vt sacramēta ordinū, ⁊ hoc vel qꝛ a dignioribꝰ psonis in ecclesia cōferuntur, vel qꝛ ad ipsos non promouentur: nisi qui sint sine crimine: ⁊ sine infamia; ⁊ sine irregularitate, cū ad alia omnes indifferenter admittantur nisi qñꝙ rōne criminis repellanꝛ. Hu. ¶ Sed nunc surgunt hic tria dubia circa ista dicta iuristarum.

Primū dubium.

Primum est circa numerū sacramentorū necessitatis que ponunꝛ. v. scđm vero theologos tm̄ duo. s. baptismꝰ qui est ad emundationē originalis peccati: ⁊ pnīa que est contra actuale pctm̄. De baptismi necessitate dicit xp̄s Joan. iij. nisi quis renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ spūsancto: nō pōt introire in regnum dei. ⁊ de pnīa dꝛ luce. xiij. Si pnīam non egeritis oēs simul peribitis.

Rñdet.

¶ Respon. vtrūꝙ dictū ⁊ iuristarum ⁊ theologorum bene intellectū est verū distinguendo de necessario prout distinguit sanc. Tho. in. iiij. di. vij. vbi querēs vtrum sacramentum confirmationis sit necessitatis: dicit ꝙ necessariū est duplex.

S. Thom.

vno mō dꝛ necessarium sine quo aliquis non potest conseruari in esse sicut nutrimētum. Alio modo sine quo non potest habere qđ pertinet ad bene esse: sicut equus est necessarius ambulare volenti: ⁊ medicina ad hoc ꝙ homo sane viuat. primo mō necessitatis sunt necessaria baptismus ⁊ pnīa sine quibus homo in spūali vita viuere nō pōt. Et hoc modo loquuntur theologi assignātes tm̄ duo illa sacramenta necessitatis. ¶ Scđo modo necessitatis sunt alia sacrā necessaria: vt pote sine quibus nō potest quis cōsequi effectum: qui est ad bene esse spiritualis vite. ⁊ hoc modo possunt intelligi iuriste: si eorum opinionē volumus saluare dicētes. v. sacrā esse necessitatis.

Alexander de balis.

concor. mag. Alex. de balis qui ait. ꝙ sacrm̄ confirmationis non sit sacramentū necessitatis proprie sumēdo necessarium eo mō quo dꝛ necessariū sine quo nō potest esse salus. sed bene extenso noīe necessitatis: eo modo quo vtile dꝛ etiam necessarium ad salutē.

Secūdum dubium.

3 ¶ Scđm dubium est, † quomodo in plurali sacramenta dignitatis dicantur cum tm̄ sacramētum ordinis qđ dꝛ sacramentū dignitatis sit vnū tm̄ sacramentū ⁊ nō plura.

Rñdet.

Ad hoc potest rñderi iuxta Alber. in. iiij. distin. xxv. ꝙ sacramentū ordinis simpliciter est vnū. fm̄ quid vero est plura: fm̄ eñ imperfectas potestates est plura, sed fm̄ perfectionem potestatis est vnum. ⁊ hoc modo loquiꝛ hic gratianus cū de eo loquens dicit sacrā.

Tertiū dubium.

¶ Tertiū dubium est; quare sacrm̄ ordinis dꝛ sacrm̄ dignitatis: cum non ideo; vt videtur vt dicit Hu. qꝛ detur a dignioribus personis, qꝛ hoc mō sacrm̄ confirmatiōis qđ solus pōtifex tribuit. vt in. c. manus, de cōse. di. v. dicendum esset sacrm̄ dignitatis. Preterea etiam ad aliorū susceptionem sacramentoꝝ requiriꝛ tam dignitas dispensantis quā suscipiētis.

Rñdet.

¶ Rñdetur ꝙ ideo sacrm̄ ordinis diciꝛ sacramentum dignitatis. qꝛ per eū homo adipiscitur spūalem ali-

4 quam ptātem: ⁊ collocaꝛ in gradu sublimi. † vnde ordo diffinitur sic apud mag. Senten. in. iiij. dist. xxiiij. ꝙ sit signaculum quoddā: p qđ spūalis ptās tradiꝛ ordinato. Assignans ergo Gratia. dr̄iam inter sacrā necessitatis: ⁊ dignitatis: dicit ꝙ sacramēta necessitatis ab hereticis etiā tradita post recōciliationem suo nō carent effectu. Sacrā vero dignitatis carēt. qꝛ non habent executionē etiā si peniteat. Cessant eñ ab officio administratiōis fm̄ locū: fm̄ tp̄s: fm̄ ꝓmotionē. Scđm locū vt tm̄ ibi ministret vbi est ꝓmotus nō alibi ꝑpter scandalū. fm̄ tp̄s vt ꝙdiu est necesse tm̄. i. vt vbi nō est necesse ñ mistret. fʒ ꝓmotionē: vt post heresim vlterius nō ꝓmoueaꝛ: lʒ ī eodē ordine in quo inueniꝛ ex mīa qñꝙ permaneat. Hug.

Exponit literam.

Litera. ¶ [Necessitas nō hʒ legē]. i. in necessitate positꝰ non subest legi. i. nō dꝛ legis trāsgressor. i. reus trāsgressionis: lʒ aliter faciat ꝙ pcipiat lex. vt de ꝯse. dist. j. sicut. ⁊ ex de ꝯsue. ꝙto. Hu. ⁊ Archi. [auferri vel amitti nō debent.] nec pñt. idem est ⁊ de omnibus alijs sacramentis: sʒ intelligiꝛ quo ad effectū. Hug. [rata]. i. suo effectu nō priuata: que sunt dignitatis vt ordines [dignitates esse desinūt] quo ad licitam executionē: ⁊ rem sacramenti etiam post pnīam quo ad executionem: nisi de mīa dispensetur veritas sacramēti. verū eñ remanet sacrm̄ sʒ executio administrādi interdiciꝛ post pnīam etiā. Hu. [loco ⁊c.] scʒ vt non ministret: nisi vbi est ꝓmotus tpe. s. ꝙdiu est necesse. [ꝓmotione] vt vltra non promoueatur. Archi.

1 ☞ Pseudo episcopi qui dicantur.

SI qui a pseudo.

Subiungit mag. Grati. hoc. c. leonis ad ꝓbandū: ꝙ de mīa aliqñ pro vno solo loco rata habeꝛ ordinatio ab hereticis, ⁊ est breue Lege

Exponit literam.

1 text. ¶ [Si qui a pseudo epīs.] † pseudoepiscopos vocat non canonice electos, ⁊ ordinatos in ecclesia catholicos tamē, ⁊ tolleratos ab ecclesia. vide distin. lxxiij. c. j. ⁊ inuenies quid hic appellentur pseudoepī. Hu. [rata] etiā quo ad executionem. ⁊ ita nō solum ordinatio facta a catholico potest rata haberi. vt. ix. q. ij. Lugd. sed etiam ab hereticis. vt hic Jo. de fan, ⁊ Archid.

Jo. de fan.

[in ipsis ecclesijs] in quibus fuerūt ordinati. Hu. Aliter si ibi non possunt esse. [vana.] qꝛ nō in alia ecclesia fm̄. B. Archid.

Archidia.
Opponit

quo ad executionē. j. e. q. v. c. j. Hug. sed cōtra ibi dꝛ ꝙ qui emerūt ecclesias ex misericordia pmittanꝛ administrare ī alijs ecclesijs: etiā in maioribus ordinibus siue in alijs possunt etiam esse in illis: quas emerūt, ⁊ tm̄ in minoribus ordinibus ministrare de mīa possunt.

Rñdet.

¶ Respon. Hug. quod etiā glos. tangere videꝛ vera solutio. ꝙ hec diuersitas nō fit nisi propter scandalum vitandū: si scandalum est ex translatione, ⁊ nō ex administratione in eisdem ecclesijs maneat nō transferaꝛ. vt. j. eo. q. v. c. j. Si ecōuerso transferaꝛ vt hic dꝛ.

Questio.
Rñdet.

¶ Sed surgit qđ. quid si vtrobiꝙ est scandalum. Respō. cesset vtrobiꝙ dispensatio: vel si fiat vbi est minus scandalū. scilicet si est minus in transmissione trāsferatur: vt hic dicitur. si minus in administratione in eisdem ecclesijs maneat: non transferatur vt ibi dicitur fm̄ Hug. [Ecce. §. est patet de se.

QUod pro necessitate.

Hoc. c. est Innoc. pape introducitur ad probandū. ꝙ de mīa dispensatur tm̄ pro aliquo tpe. s. necessitatis. ⁊ ita tēpore cessat ordinatio: qꝛ multa permittuntur tpe necessitatis ad vitandū peiora: que nō pmittuntur cessante necessitate propter quā permittebanꝛ. sed qꝛ habetur. j. eo. q. vij. ibi exponeꝛ. [Ergo]. §. est. ⁊ patet conclusio sua.

SI quis.

Sequitur. c. hoc qđ est leonis ad probationē ꝙ etiā cessat ꝓmotio. ita ꝙ si quādoꝙ de mīa dispensatur cum aliquo, ꝙ in ordine suo remaneat sic tñ vt vlterius non promoueaꝛ ptʒ. Lege tex.

Exponit literam.

¶ [Si quis heretice ꝓmotus maculauerit] pmittendo se ordinari ab hereticis. Hu. ⁊ Archi. [maneat.] excipit hic Hug. sex casus vcʒ nisi sit iterata vnctione maculatus. j. e. qđ. vij. saluberrimum. vel nisi simoniace vel a simoniaco sit ordinatus vt. ix. q. j. ab excōicatis. vel nisi fecerit iniuriam vnici lauacri. i. nisi fuerit rebaptizatus: vt de cōse. di. iiij. eos quos. vel nisi ad subuersionē fidei adheserit hr̄ticis: vel cū possit ordinari a catholicis in ꝯtēptū ecclie elegit ordiari ab hereticis. vt. j. q. vij. ꝯuenientibꝰ. In his eñ sex casibꝰ nō dispēsaꝛ cū talibꝰ etiā in proprijs ordinibꝰ. vt hr̄ ex palle. c. in alijs v͛o casibꝰ redeuntes ab hr̄ticis ex mīa bñficiū ordinis ⁊ honoris promereri valent. Not. ꝙ non inhibetur in hoc. c. ꝙ ex maiori dispēsatione ꝓmoueri nō possit ad vlteriorem gradum: imo potest. vt. j. e. q. vij. conuenientibus. Hug. Jo. de fan. ⁊ Arch.

Ecce.

Exponit literam.

§. est. [Nō eñ de hoc sacramēto]. s. ordinis singulare est in sacramēto ordinis, ꝙ nō solum culpa: sʒ infamia prohibet ⁊ interdicit multis dari hoc sacramentum. vt bigamis: viris illiteratis corpore vitiatis: infamibus, ⁊ huiusmodi: quibus tamen alia sacramenta nō denegantur. [Cōceditur.] di. l. penitentes. ⁊. xxxiij. q. ij. admonere. Hug. ⁊ Archi. [hoc]. s. sacramentum ordinis. Hug. ⁊c.

1 ☞ Puniendus aliquis est in eo in quo peccauit.
2 Episcopus sciēter ordinans indignum an peccet mortaliter.

SI qui epi.

13 Prelatus si dicat ego pro salario tuo dabo tibi centum, ⁊ tu exerceas iurisdictionem hanc,⁊ dabis mihi totum lucrum li/citum est.
14 Laicus an possit licite recipere pecuniam pro pulsando cam/panas.
15 Clericus vel laicus licite pro officio pulsandi campanas ha/bendo potest dare pretium.
16 Juris idem est in vno coherentium, quod in altero.
17 Ostia claudere dicitur dupliciter.
18 Laicus licite pōt accipere pretiū pro claudendo ostio ecclesie.

Sed obijcitur. Sicut dictū est hic tractatur .iij.q.que est an ingressum mo/nasterij vel prebēdas ecclesie emere sit simoniacū.prima pars huius.q.scilicet de ingressu monasterij expedita est in prece. qōne:vbi determinatū est, ꝙ dare aliquid pro ingressu eccle/sie siue monasterij vel emere ingressum qd̄ idem est: sit simo/niacum. Nunc videndum est de alia parte.s.an prebendas ec/clesie emere sit simoniacum. Disputabimus ergo nūc in prin/
1 cipio pro intelligentia pleniori oīm dicendorū.querit̄.† Utrū prebendas ecclesie emere sit simoniacū.⁊ videtur ꝙ sic primo ex presenti.c.vbi inducit̄ authoritas malachie ꝓphete. ¶ Se/cundo arguit̄ sic.ꝑbende sunt cōiuncte sacris officijs ecclesie. vnde qui ꝑbendas emit eoipso videt̄ officia ecclesiastica emere sed emere officia ecclesiastica est simoniacum ergo emere pre/bendas ecclesie simoniacum est. ¶ Tertio arguitur ex.c.quo/niam.extra ne prela.vices suas ⁊c.vbi prohibetur ecclesiā sub annuo censu cōcedi. ¶ Quarto arguit̄ ex.c.j.⁊.si quis obiece/rit.vbi manifeste habetur, ꝙ nullus emat ecclesiā:vel preben/dam:vel aliqd̄ ecclesiasticū:nec pastellum:nec pastum ante vel postea. ¶ In oppositum est.c.vlti.extra ne prela.vices suas. ¶ Respon.not.dicendum iuxta Hu.ꝙ in prebēdis vel bene/ficijs ecclesie duo sunt.s.ius prebendarū ⁊ bñficiorū,⁊ fructus ex ꝑbēdis pcepti vel pcipiēdi:ius ꝑbēdarū intelligitur esse ad iunctum sacro officio:qꝛ sine eo non habetur:vnde ⁊ laici:quia non possunt habere ius prebendarum qd̄ solis clericis conne/nit ratione officij clericalis:ipsi quoqȝ clerici si sua culpa pri/uentur omni sacro officio priuati etiam intelligunt̄ ecclesie sti/pendio, vt dist.xxviij.decernimus, nisi ex mīa beneficium qn̄qȝ

Questio.
Primū ar.
Scd̄m arg.
Tertiū ar.
Quartū ar.
Opponit ⁊ Rn̄det.

tribuatur ablato officio:sicut colligitur dist.l.studeat.⁊ qꝛ ius prebende sic est adiunctum sacro officio.ideo si quis ius pre/bende emit:ipsum quoqȝ sacrū officium intelligitur emere, ⁊ sic simoniam cōmitteret fructus autē percepti vel percipien/di non sunt sacris officijs adiuncti:qꝛ etiam a laicis pn̄t habe/ri.⁊ ideo possunt vendi ⁊ emi sine simonia. Secūdo nota quod etiam tangit glo.in presenti.c.ꝙ prebēda quādoqȝ dicitur ius quoddam spirituale percipiendi ecclesiam,⁊ ipsam prebēdam Et hoc mō capiēdo prebēdā est cōclusio, ꝙ emere ꝑbendā est illicitū ⁊ simoniacū.ista cōclusio ptȝ ex rōnib⁹ inductis in pn. qōis. Qn̄qȝ vo dr̄ ipsi fruct⁹ prebēda,⁊ hoc mō capiēdo pre/bendā non est simoniacū emere prebendā.ista conclu.ptȝ ex.c. vlti.extra ne prela.vices suas. Sed ista conclu.deficit in vno casu ꝑm Hu.vt si quis cum intrat ecclesiam dat pecuniam in/tuitu fructuū dicens. Ego nō do pro ecclesia:vel prebēda.sed pro fructibus:qui sunt ibi pcepti ⁊ collecti:vel pro his q sunt percipiendi. In hoc casu simonia cōmittitur.qꝛ intelligit̄ iste emere ecclesiam vel ingressum ecclesie:vel ius prebende.quod proculdubio simoniacū est. Sed cum gratis quis iam ingres/sus est ecclesiam:vel adeptus prebēdam, ⁊ fructus ex preben/da vel ecclesia percipit poterit iste sine simonia fructus perce/ptos vel percipiendos vendere ⁊ alij ab eo possunt licite eme/re,⁊ hoc exemplo summi pontificis qui fructus oblationū al/taris sancti petri infeudat:vēdit,⁊ impignorat. Omnis ergo huiusmodi questionis authoritates vt subiūgit. Hug.que de non emendis vel vendendis prebendis vel beneficijs ecclesie loquuntur intelligende sunt de iure prebendarum vel benefi/ciorum:vel de fructibus non emendis ab ingressuris:nec ven/dendis ingressuris:tunc enim videtur ingressum ecclesiarum ⁊ iura ipsa emere prebendarum, qd̄ vtrūqȝ simoniacū est.ergo nec in ingressu ecclesie nec in adeptione prebēde:licet dare pe/cuniam intuitu fructuum propter hoc.cum gloss.dicit ꝙ fru/ctus emere non esset simoniacū subiungit:nisi quis forte fru/ctus ipsos ab initio sue ordinationis vel institutionis in eccle/sia emeret.vt habeat dum vixerit.vt.j.e.si quis obiecerit.⁊.c. saluator. Tunc enim ita sunt annexa vt qui priuatur officio,⁊ beneficio.vt dist.lxxi.si quis sacerdotum.hec glo. ¶ His habi/tis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primā de c.presenti.respōdetur ꝙ ex.c.presenti non habetur, ꝙ fructus prebende modo assignate vendi nō possint aut emi sicut etiam licet officium ostiarij non possit vendi: nec emi sine simonia ipsa tamen executio eius.s.ipse actus excludendi ostia ecclesie potest bene committi laico.⁊ laicus si non habet salarium cer/tum constitutum pro isto actu potest recipere pecuniam:qꝛ li/cite potest locare opas suas:vt dicit Hug. ¶ Ad scd̄am rn̄/detur.ꝙ prebenda prout dicit ius spirituale est coniuncta di/uino officio:vt dictum est.⁊ sic capiendo prebendam vendi nec emi potest sine simonia. ¶ Ad tertiam respondet̄ iuxta gloss. vlti.c.e.tit.que soluit per distinctionē de ecclesia:vbi inter alia dicit.ꝙ aliquādo ecclesia dicitur ipse obuentiones ecclesiasti/ce prouenientes ecclesie: vt hic ⁊ in hac significatione ecclesia conceditur ad firmam sub annuo censu reddendo, quod licet quia nullū spirituale loquatur.⁊ ideo non contradicit capitu/lum proxi.hec glo. ¶ Ad quartam respōdetur iuxta dominū Ulrichum in summa sua.vbi ita dicit. Hoc intelligendum est secundum ꝙ prebenda dicitur ius quoddam spirituale perci/
2 piendi prouentus in ecclesia ex canonia descendens.† Nam canonia est ius spirituale in choro in capitulo ⁊ in alijs quorū est vsus communis quod ex receptione vel ex electione in ca/nonicum, ⁊ in fratrē oritur:vel de nouo creatur, quod nullus debet habere sine prebenda. Si vero prebenda vocetur ipsi fructus:tunc inquantum annexi sunt officio:ita ꝙ qui priua/tur officio priuatur ⁊ ipsis: non possunt vendi sine simonia: simpliciter autem ⁊ per se ⁊ nō vt annexi spirituali:sed vt res temporalis emi ⁊ vendi possunt:vt in.c.allegato.extra ne pre/la.vices suas.hec ille. Et isto modo conclusiones suprapositę intelliguntur.sed hic surgunt aliqua dubia siue q̄stiones.pri/
3 ma est.† vtrum prelatus vel clericus posset vendere fructus beneficiorum suorum ad totum tempus quo venditor tenet beneficium. Ad hanc questionem respondetur sub istis cōclu/sionibus.prima est, ꝙ licitum est vēdere fructus perditos ad modicum tempus.ista conclu.est Raymundi.extra ne prela. vices suas.c.querelam.⁊ patet ex precedentibus. ¶ Secunda cōclusio.ad totum tempus quo venditor tenet beneficiū ven/dere predictos fructus non est simoniacū: nec legitur probi/bitum non tamē est honestum.⁊ hoc ita intellige, ꝙ nihil spi/rituale interueniat.extra de re.permu.ad questiones. ¶ Alia
4 questio est.† vtrum liceat clerico locare ecclesiam suam in to/tum.ad quam respondetur ꝙ sic. Nam si loco tibi ecclesiā cum sis presbyter, ⁊ tu per consequens locas operas tuas: vt ibi officies non habiturus alias ibi aliquam iurisdictionem non

Ad primū arg.
Ad scd̄m.
Ad tertiū.
Adquartū
Questio.
Rn̄det.
Questio. Respōdet.

committis simoniam:nec als peccas.ar.xij.q.ij.charitatē.Tñ nota, ꝙ sicut dicit Guil.non habet in talibus locum locatio, ⁊ conductio : sed presbyter debet gratis facere officium, ⁊ ille
Questio. Rñdet. 5 gratis debet expensas prouidere. ℭ Item alia qstio.† vtrum beneficium possit vendi vel locari vltra tps vite locātis. Respōdetur ad hoc ſm Gof.ꝙ non potest.⁊ ratio est qꝛ clericus in beneficio vsufructuario comparatur:qui non est nisi ad vi
Questio. Respōdet. 6 tam.xvj.q.vj.illud. ℭ Item est alia qstio.† si prelatus locauit ad tempus ⁊ ante tempus decessit:vtrū successor eius teneat stare contractui locationis. Ad hoc rñdetur iuxta Inno.aut locatio est facta nomine ecclesie aut nomine proprio illius prelati,si nomine ecclesie.Aut in vtilitatem ecclesie:aut nō. Si in vtilitatem ecclesie est cōclusio.ꝙ successor tenetur.extra de solu.c.j.⁊.x.q.ij.hoc ius.⁊.xij.q.ij.quicunque suffragio. Si vero non in vtilitatem ecclesie : aut seruata fuit forma in alienationibus rerum ecclesiasticarum seruanda:aut non.si sic tunc est conclusio.ꝙ ecclesia tenetur stare cōtractui. Si vero lesa fuisset ecclesia restituitur.extra de in inte.restit.c.j.si vero non fuerit seruata est cōclusio.ꝙ ecclesia non tenetur stare contractui. Si vero nomine proprio prelati non intendentis obligare ecclesiam tunc est cōclusio.ꝙ non tenet successor : nec heres eius tñ si conductor vel emptor aliquid soluerit:tunc ſm Hosti.tenetur successor eius habere ratum:inquantum pecunia versa est in vtilitatem ecclesie.⁊ hoc verum est:vt dicit Inno.in habente administrationē siue in prelato ecclesie.s.ꝙ successor tenetur habere ratum quod factum est a predecessore. Item no. ꝙ lȝ rector ecclesie possit ipsam ecclesiā locare vltra tēpus vite:nunquā tñ canonicus vltra vitā suam potest locare:licet de illa possit agere,⁊ conueniri pro prebenda sua:sicut legitimus
Questio. Rñdet. 7 administrator. ℭ Item est alia questio.† pono ꝙ aliquis prelatus vel rector vendit oēs obuentiōes ecclesie:querit qd erit de eo qd prouenit ex iurisdictione. Rñdetur ſm Hosti.ꝙ cōmodum iurisdictionis transit cū alijs : nisi fuerit excepta iurisdictio per secum iurisdictio vendi non possit : nec debeat.
Questio. Rñdet. 8 ℭ Itē est alia questio.† vtrū rector ecclesie presbyteris quos ipse cōducit:vel illi cui locat fructus ad tēpus curā animarū possit cōmittere per idem tempus. Rñdetur ſm Hosti.puto ꝙ sic.dum tñ gratis ⁊ sine pactione, ⁊ authoritate dñi episcopi interueniēte.extra de offi.vica.c.ad hoc.etiā videtur ꝙ hoc possit ad modicū tempus cōmittere sine epi authoritate profectione necessaria imminente.s.per vnum : duos:vel paucos dies:sed diu nō.x.q.j.per totum.qꝛ nec peregrinari potest rector ecclesie sine licentia epi.de conse.di.v.non opȝ. ℭ Item est
Questio. Rñdet. 9 alia questio.† vtrū prelatus possit sub annuo cēsu vices suas concedere. Ad hoc rñdetur sub istis conclusionibus. Prima
Prima cō clusio. 10 est.† ꝙ nec eps nec archieps nec alius prelatus potest sub pretio annuo:vel censu concedere alicui vices suas.i.prelationem vel iurisdictionem.ista cōclu.habet extra ne prela.vices suas c.j.ij.⁊.iij. Est etiam Raymundi in summa.eo.tit.ptȝ ratione qꝛ cum tale ius sit spūale:non est dubium pro eo dare vel acci
Scda con clusio. 11 pere pecuniam simoniam esse. ℭ Secunda conclu.† ꝙ vbi aliquid datur vel retinetur non pro iurisdictione sed in signum subiectionis antique:non est simonia.vt extra de reli.do.con
Tertia cō clusio. 12 stitutus. ℭ Tertia conclu.† si prelatus pure ⁊ simpliciter cōmittat alicui vices suas,⁊ tali vicario constituat salariū:non est peccatum:sed potius ad hoc tenetur.xij.q.ij.charitatem.⁊
Quarta cō clusio. 13 c.quicūqȝ. ℭ Quarta conclu.si dicat prelatus sic.† Ego ꝓ salario tuo dabo tibi centū,⁊ tu exerceas iurisdictionem hanc ⁊ dabis mihi totum lucrū licitū est.ptȝ.xij.q.ij.charitatē. Concor.his Gof.⁊ Hosti.qui dicit.ꝙ sicut pro iurisdictionis commissione non lȝ certam pecunie quātitatem:ita minus lȝ recipere quotam vel partē prouentus.cōcor.etiam Archi.in hoc
Questio. Rñdet. 14 c. ℭ Ultima qō.† vtrum licite possit laicus recipere pecuniā pro pulsando campanas. Respōdetur ꝙ sic.ſm Hug.⁊ ratio est:qꝛ pulsare campanas non est proprium officium alicuius ordinis,quod no.xv.q.ij.c.j.in glos.⁊ ideo sine simonia,⁊ clericus ⁊ laicus potest accipere pecuniam pro pulsatione campanarum.Et de consuetudine ecclesie est,ꝙ inde accipiatur aliquid.vnde videtur iam quasi debitū posse exigi : sicut dicitur de procuratione episcopi in consecratione ecclesiarū si tamen hoc officium est deputatū clerico vel laico ⁊ certum salarium est ei ob hoc constitutum non potest ille pretium inde accipe
Questio. Rñdet. 15 re sine simonia. Hu. ℭ Sed hic surgit alia questio.† Utrum clericus vel laicus potest licite pro tali officio habendo dare pretium. Respondetur ſm Hu.ꝙ non. Et ratio est:quia tale officium in ecclesia non potest vendi vel emi sine simonia.ſm Hug.Lege. ℭ [Multorum.sed adhuc obijcitur his itaqȝ re
16 spondetur annexa.] ar.† ꝙ idem iuris est in vno coherētium quod est in altero.vnde qui priuatur officio:priuatur ⁊ beneficio.ar.dist.xxviij.⁊ di.lxxxi.si quis amodo.⁊.c.si quis facer. ⁊.c.eos etiam. Contra di.l.studeat. Hug.ad hoc facit qd not.

s.e.q.j.sicut Christus.⁊.iij.q.vj.hoc quippe. Archidi.[malachias]malachie primo[in vobis].i.inter vos.[gratuito]quasi diceret nullus[non est]supple.⁊ ideo.Archi.ostia claudere non est officium sacri muneris.[officium] intransitiue.i.sacrū munus.s.ordo:qui confertur ostiario qui quandoque dicitur
17 munus vel officium. Hu.vel dicendum.† ꝙ ostia claudere dicitur dupliciter.s.officium vel ius claudendi ostia. Et hoc officium ordinis est adiunctum ordini:qui cōfertur ostiarijs.vnde in ordinatione eorum traduntur eis claues,⁊ Archidi.dicit eos ad claudendum ⁊ aperiendum ianuas ecclesie : ⁊ pulsandum campanas : cum ab episcopo ordinantur,⁊ hoc non potest emi : vel vendi:vel per pecuniam exerceri sine simonia. Item dicitur ostia claudere ipse effectus illius officij:vel ipsa executio eius.s.ipse actus claudendi ostia.Et hoc non est predictum officium:sed ei adiunctum:vt dicit magis. Gratianus nec hoc similiter ostiarius potest pretio exercere : vel emere:
18 vel vendere sine simonia. ℭ Sed surgit hic questio.† Quid de laico. Respondetur ꝙ licite potest accipere pretium : scilicet vt ostia claudat. Hoc tamen intelligo si laico non est certum salarium ob hoc cōstitutum.tunc enim licite potest locare operas suas,⁊ sui laboris iustum pretium exigere,⁊ accipere.sed si laicus est deputatus ad tale officium ⁊ certum salarium ob hoc est cōstitutum:non potest inde accipere pretium sine simonia:sicut.s.diximus. — Questio. Respōdet.

1 ☞ Papa debet audire que sunt periculosa ⁊ damnosa animabus fidelium:vt per eius prouidentiam succurratur.
2 Simonia quare dicatur sacrilegium.
3 Constitutio quare trahatur ad preterita.

Adiuuimus. Ad propositum principale videlicet,ꝙ ecclesie prebende vel beneficia non sint pretio danda:vel accipienda.sequitur hoc.c.quod est Gregor.ad episcopos hispanie:in quo Gratianus duo genera simoniarum notat.s.illos qui dant pecuniam pro habenda ecclesia,⁊ illos qui accipiunt pecuniam pro ecclesia adeunda. Et in vtroque casu dicit simoniam ⁊ quasi sacrilegium committi. Et potest diuidi in tres partes. In prima narrat factum detestabile. In secunda parte admiratur illud non fuisse per eos correctū duabus rationibus. In tertia illud corrigi precipit.secunda ibi: quod quidem. Et prima ratio admirationis ibi iuste. secunda ibi:a sacrilegio. tertia principalis pars ibi : quare fratres — Diuisio.
1 charissimi.Lege tex. ℭ [Audiuim⁹ oportuit.]† oportet enim summum pontificem que ecclesie sunt damnosa ⁊ animabus fidelium periculosa audire:vt per eius prouidentiam succurratur.qꝛ vt idem Gregori.dicit. Jacula que preuidentur minus feriunt.⁊ ideo dicitur Sapien.j.Auris zeli audit omnia. qꝛ audire debet zelum dei habens ⁊ ecclesie,quod verum est:si posset, ⁊ maioribus non fuerit impeditus.⁊ ideo se excusans Gregorius ait.[Audisse oportuit:sed audisse profecto nō libuit.] vt cum apostolo diceret. Non enim quod volo bonum hoc facio.Guido.[quod quidem.]secunda pars.[iuste.] prima ratio admiratiōis.[vterqȝ].s.⁊ qui largitur:vt ecclesiam habeat, ⁊ qui presumit accipere.s.eadem questione secunda quam pie.Hugo.⁊ Archidiac.[iste].s.qui largitur. [hic autem].s.qui presumit accipere.[donum dei.]Et ꝙ sit illud do — Exponit literam. Gui.eluen.
2 num habetur.s.e.q.ij.quam pie. [a sacrilegio.]† Et bene sacrilegium dicitur simonia:qꝛ de sacro altari pecuniam accipit velut iudas ⁊ sacrilegus de loculis dñi furabatur. Jo.xiij.vt inducit Augu.super Joā.homil.xlviij.[gratis.] vt qui gratis in episcopū est ordinatus gratis debet alijs conferre.[sic enim saluator ait.] Matth.x.gratis accepistis:gratis date. [Causabatur].i.damnabiliter fiebat.[Quare fratres.]tertia
3 pars. [facta sunt.] hic videtur † ꝙ constitutio trahatur ad preterita.sed hoc ideo:quia cōstitutio iuris naturalis ⁊ vtriusque testamenti pagina cōdemnatur.argu.extra de vsuris. quia in omnibus.⁊.c.cum tu.Joan.de san.Archi.[reffellite], id est irritare.Archidiac.

Si quis. Ad idem sequitur hoc.c.eiusdē Gregorij in registro Rothomageñ.episcopo.vbi inuehit contra ecclesiasticorum beneficiorū emptores ⁊ venditores.Et diuiditur in duas partes. In prima tales dicit esse simoniacos,⁊ ita nō excludi a pditiōe simonis magi. In secūda parte statuit tales nisi restituerint, quod simoniace acceperunt : anathematizandos esse.secunda ibi,⁊ si etiam perseuerauerint.Lege tex. ℭ [Si quis ⁊c.] Congrue intelligitur hoc.c.de illis de quibus dictum est in proxi.c.precedenti videlicet de illo qui dat pecuniā : vt habeat ecclesiam vel ecclesiasticum beneficium,⁊ de illo qui a clerico alicuius ecclesie accipit pecuniam:vt ad illam tantū ecclesiam veniat seruiturus — Diuisio. Exponit literam.

niturus.[dator vel acceptor] pecunie[que prebendas vocāt] vt.j.e.q.si quis.[susceperit.] Et determinat de vtraqȝ subdēs [siue in dando] pecuniā. [siue accipiendo] pecuniam. [vendiderit].s.donum dei.s.e.q.c.proxi.[a simonis].s.e.quest.j.quisquis.de quo simone habetur Actu.viij.qꝛ donum dei estimasti pecunia possideri.[si etiam.] secunda pars.[perseuerans] vt non resipiscat:vt non renuntiet,qd male acquisiuit [multetur].i.anathematizetur. [⁊ meritum perdit.] qꝛ simonia damnabilis culpa aufert meritum vite eterne, ⁊ indignum reddit suscepto beneficio.[cogitur.]acceptor. [iniuste].i.simoniace.[restituere.] non emptori : vel venditori in detestationem culpe eorum : sed aut ecclesie in cuius ignominiam data est ⁊ accepta:vel authoritate superiorū eroganda est pauperibus. Si enim pecunia data inde a iudeis nec iudei retinuerunt:nec iude remansit:sed data est in cemiterium pauperum peregrinorum:vt patet Matth.xxvj.de hac pecunia disputationem fecimus.s.e.q.j.non est putanda.ibi vide.

1 ☞ Quod iuris est in toto,⁊ in tota parte.

Si quis episcopus. Ad idem subiungitur hoc.c. qd est Gregor.vij.pape. In quo statuit vt episcopus beneficia ecclesiastica vēdens deponatur. Et potest diuidi capitulum hoc in duas partes. In prima ponit qd dictum est. In secunda assignat rationem, propter quam dignus sit tali pena.secunda ibi : dignum est. Lege. ℭ [Si quis episcopus vel aliter.]puta ibi instituendo indignos,⁊ non idoneas personas.vt di.lix.si officia.⁊.s.e.q.j.hi quoscunqȝ. Hu. ⁊ Archi. [Suspendatur].i.deponatur :⁊ deijciatur.vt dist.lxxviij.c.j.⁊ sic etiam sumitur.xxvj.q.v.si quis episcopus.instū est enim vt qui turpiter itrauit, turpiter eijciat:sicut ille qui ad nuptias intrauit non habens vestem nuptialem. Mat.xxij. [gratis] — Diuisio. Exponit literam.
1 Mar.x.gratis accepistis ⁊c.[Membra.]ar.† qd iuris est in toto ⁊ in tota parte.sicut enim totum sic ⁊ pars eiusdem iuris censetur.ar.xij.q.ij.cognouimus.⁊ dist.lxiij.in synodo.iij.q.ix. pura. [distribuat].xvj.q.vij.c.nullus omnino.⁊ extra de instı.cum venissent in prin.nota de hoc Archid.

1 ☞ Census quid dicatur secūdum ius canonicum. Quid secundum ius ciuile.num.2.
3 Simonia an dicatur si aliquis laico nullum ius habēti in electione:sed malitiose impedienti det aliquid vt cesset a tali impedimento.

Quesitum. Ad idē sequit hoc.c.qd sumptum est ex cōcilio vrbani pape habito in aluernia.qd potest diuidi in tres partes. In prima ponitur questio de quibusdā excessibus quorundā episcoporū:qui iura monasteriorum pecunia redimi compellebant.in secunda prohibet ne vlterius fiat. In tertia moderatur,ꝙ quecūqȝ hmōi.xxx.annorū prescriptione monachi possederunt sine molestia vlterius possideant:saluo tamē iure episcoporū.secunda ibi:nos autem.tertia ibi porro. Lege tex. ℭ [Quesitum.] Casus est iste:vt tangit gl.⁊ Hug. Quidā episcopi cōtulerant quasdā ecclesias cū omnibus iuribus suis quibusdam monasterijs:in quibus ecclesijs monasteria ipsa constituebant rectores:quibus autem mortuis vel mutatis cum monasteria ibidem alios vellent rectores constituere:episcopi nolebāt dare assensum sine pecunia. Monasteria vero potius ꝙ ius suū amitterent:munus pecunie vel aliquid aliud dabant.qd vt pote simoniacam prauitatem detestatur hic vrbanus papa decernens ipsa monasteria ad quorum iura spectabāt ecclias illas regere:nihil deinceps sub tali auaritia eporum.i.sub obtentu iuris epalis persoluere nisi annuū censum nō obstante longeui tēporis prolixitate quā episcopi allegabant:licet enim episcopi vltra centū vel vltra annorum spatia ab ipsis monasterijs vel eorū ecclesijs tali obtentu pecuniam extorsissent. Nullum tñ ius per simoniam sibi acquirere potuerunt. Monasteria tamē crimen simonie non incurrebant:qꝛ compulsi ius suum redimebant.[quesitum] in concilio. Hu.[altaria].i.ecclesias:vel decimas. Hu.que ideo sic dicuntur qꝛ ratione sacramentorum que in altari pro salute nostra ministrantur decime cōferuntur. Jo.de san.Archi. [date]canonice ab ipsis epis:vel antecessoribus:vel clericis alijs pro redemptione animarum suarum. Hu.⁊ glo.[Simoniace prauitatis vsus]ex parte episcoporū non monachorum.quia ius nouum non acquirebant:sed suū redimebant.[palliata.] quasi sub obtentu iuris sue ecclesie ⁊ defendendo ius sue ecclesie.xvj.q.ij.c.j.ad fin.[nos autem] secunda pars. [ex ministerijs].i.officijs.Hug. [sic etiam venundandas] vt.xij.q.ij. — Diuisio. Exponit literam. Casus.

alienationes. [interdicimus].j.ea.si quis obiecerit.[porro.] tertia pars. [supra hmōi redemptione.] etiam a.xxx.annis.⁊ s.per qd forte videtur aliquod ius esse acquisitum epo.qꝛ per xxx.annos ⁊ vltra accepit hmōi redemptionē a monasterijs: quasi diceret quāuis monachi per.xxx.annos ⁊ vltra sic dederint epis:tamē deinceps non tenentur inde dare epo:qꝛ nullū ius inde est sibi acquisitum. Non enī iure prescriptionis hanc redemptionem eps sibi potest acquirere.nā qꝛ simoniace possedit:non prescripsit cū vbi simonia:ibi furtum. ⁊ res furtiua prescribi non potest iure canonum. [saluo censu annuo.] vide qd no. xvj.q.ij.c.ij.in gloss.si queras. [quem ex eisdem:] quod non est contra ius.vt.x.qd.iij.relatum. ⁊.xvj.q.ij.statuendum.
1 Gu. Ex hac litera consueuit elici diffinitio census.vñ dic † qd census est annua pensio:que epo de prouentibus ecclesie debetur:vel hic ſm Goff.⁊ Hosti.qui Hosti. dicit ꝙ quicquid annuatim prestatur in quantitate:vel summa vocari potest cen
a sus.[a] ff.de censi.etatem. cum duabus legibus sequen. ad hoc
2 extra eo.tit.olim causam.⁊.c.cum canonicis.ſm Host.† Census vero in iure ciuili sic diffiniri potest.census est quedā prestatio que a persona seu predijs percipitur.vt dicit Jo.s.bene
3 Archi.mouet hic qōnem super ver.vexationē. in glo.† Quid si aliquis laico nullū ius habenti in electione sed malitiose impedienti det aliquid vt cesset a tali impedimento:vtrum sit simonia.⁊ videtur ꝙ sic.extra eo.titu.de hoc.Item quia vterqȝ habuit voluntatem studiosam laicus vēdendi:⁊ clericus emēdi.s.ea.q.j.qui studet.⁊.j.e.saluator.In oppositum videtur ꝙ non sit simonia.qꝛ talis dedit vt redimeret vexationem suam qd est licitū vt hic dr.⁊ habetur extra eo.tit:dilectus. Respondetur in hac questione dicit Raymundus ꝙ dubitari potest. Credit tñ simoniam cōmissam:quia nōdum erat eis ius quesitum:postꝙ enim esset ius quesitum secus diceret:in quo casu loquitur qd vltimo allegatum est pro parte contraria : ſm Ray.Archi.de ista questione.s.determinauimus quasi idem ex sententia sancti Tho.sub distinctione illa. Aut erat ius acquisitum:aut non ibi videas.

Eaque. Ad idē subiūgitur.c.hoc qd est beati Greg.vbi statuit siue declarat:qd quicquid data vel pmissa pecunia in ordinibus sacris acquiritur irritū habeatur. Et pōt diuidi in duas partes. In prima cōfirmat aplica authoritate:ea que a sanctis patribus in simoniacis statuta sunt.in scda statuit vt quicqd in sacris ordinib⁹ vel ecclesiasticis rebus vel data vel promissa pecunia acquisitū est:irritum esse habendū:scda ibi: quicqd igitur planum est:⁊ litera patet.gl.autē multa loqtur de transactionibus:⁊ Archi.prosequitur.sed quia hic ad tex. presentis litere beati Gregorij non videtur pertinere : ideo transimus vsqȝ ad alium locum magis ad propositum.

[a] ℭ Uocari census. adde ꝙ cēsus est signum subiectiōis ⁊ exēptiōis Inn. in.c.ꝓterea.d trās act. gl.xj.q. j.magnum. xxij. q. viij. tributū:baldū i marg. ṽ.cēsus. angel. in.l.iij. de nat. libe. abb. i.c.ij.d cēsi.⁊ ibi panor.i ṽ.subiectiōis. ange.cōsil.xxiiij.iiij. vol. Bal.i.l.data.C.q acc. nō pos.et in aut.quibus mo. na. effi. sui.§.si qs.

1 ☞ Pecunia vocatur quicquid possidetur.
2 Pecunia dicta est a pecudibus.

Totum. Quia sepe dictū est, ꝙ pecunia pro spūalibus data vel pmissa simoniā inducit:iō magr Grati.iducit hoc.c.qd est btī August.sup Geñ.⁊ in lib.de doctri.xpiana:in quo do
1 cet quid noie pecunie accipiat.† Et dicit ꝙ quidquid possidetur pecunia vocat.ff.de ver.sig.l.pecunie.⁊ pecunia dicit quid quid pro pecunia accipitur.ff.de calū.l.j.§.vlti.⁊.l.vlti. Est autem hoc.c.cōuenientissime introductū ad remouēdas excusationes eorum qui excusabant se dicentes,ꝙ pro beneficijs:nec accipiebant nec dabant pecuniam:sed alias res:puta seruos agros:vasa,⁊c.hmōi:que pecunia sunt appretiabilia.qꝛ etiam id his cōmittitur simonia.cum ſm Augu.hec oīa nomine pecunie intelligant:qꝛ ſm phm.iiij.ethi.pecunia intelligit omne qd pecunia est appretiabile.Sic enī dicit pecunia est quidquid
2 numismate appretiatur.[pecunia.] † a pecudibus dicta est:qꝛ antiqui diuitias in pecudibus habebāt:vt Abraā:loth:geñ. xviij.⁊ geñ.xxvj.Jacob etiam geñ.xxxj.Et sic ptȝ tota litera.

1 ☞ Regula posita hic in litera an sit vera.
2 Ecclesia quare dicatur corporalis.
3 Spirituale sine corporali perpetuo consistere non potest.
4 Beneficium ecclesiasticum emere vel vendere est simoniacum quia malum.

Si quis obiecerit. Ad propositū principale subsequitur.c.hoc,quod est Pascalis pape.vbi ostendit, ꝙ annexa spūalibus sine quib⁹ spiritualia esse non possunt : non possunt vendi : nec emi sine spiritualibus, ⁊ per cōsequens sicut cōmittit simonia in emptione ordinis:vel

beneficij:ita cõmittit in emptione iuris percipiendi res pro-
Diuisio. uenientes ex ordine:vel beneficio. Et diuidit in tres partes.
In prima ponit quãdam obiectionem seu magis excusationẽ
quorũdam.in scða improbãdo illam dicit qð dictum est assi-
gnando rationem eius.in tertia elicit cõclusionem:prohiben-
do ꝙ nullus emat ecclesiã vel prebendã ⁊c.scða ibi:nam cum
Exponit literam. corporalis:tertia ibi:nullꝰ ergo.Lege.¶[Si quis obiecerit]
Circa hãc regulã gñalẽ ꝙ ponit pascalis papa cũ ait.Quisqs
horũ alterũ vẽdiderit sine quo nec alterũ puenit neutrũ inuẽ-
Questio. 1 ditum reliquit.Queritꝛ † vtrũ hec regula sit vera.Et videtur
Primũ ar. ꝙ non.qꝛ ius patronatus est adiunctum fundo inseparabili-
ter.ergo si ista regula est vera:cũ ius patronatus sit spiritua-
le,non possit vendi sine villa:impossibile erit, ꝙ fundus ven-
Scðm ar. datur sine simonia.qð est falsum. ¶Scðo potest argui de eo
quod determinatũ est.s.e.q.iij.in prin.circa.§.qð obijcitur ꝙ
Opponit ⁊ fructus prebende vendi possunt. ¶In oppositum est litera
Respõdet. presentis.c.¶Respon.dicendũ ꝙ hec regula intelligitur:aut
de iure rerum corporalium:aut de ipsis corporalibus rebus.si
de iure corporaliũ.i.percipiendi res corporales: puta de iure
prebende intelligatꝛ:ptꝫ esse simoniã vendendi vel emendi. Si
de ipsis rebus corporalibus qñqꝫ est simonia:qñqꝫ non est au-
tem tũc simonia:qñ quis promouendus ad ecclesiam vel ordi-
nem fructus prouenientes ecclesie vel ordinis iure perceptos
vel percipiẽdos emit:presumitur enim ecclesiam vel ordinem
emere:alꝭ fructus percepti vel percipiendi licite emi,⁊ vendi
possunt:sicut in prin.huius qõnis distinximus, ⁊ disputaui-
mus:potest etiã regula intelligi de rebus ecclesie sacratis:que
laicis non possunt vendi in sua forma simonia.ar.j.ca.proxi.⁊
xvij.q.iiij.si forte. ¶Ad rõnes in oppositum dicendũ est.qð
Ad primũ arg. regula intellecta sicut dictum est bene est cõueniẽs. ¶Ad pri
Bonauen. mam rationem respon.iuxta dñm Bonauen.in.iiij.dist.xxv.
in expositione litere.ꝙ nõ loquitur hic papa de temporalibus
quibus annexa sunt spũalia:sed ecõtra de spũalibus qbus an
nexa sunt tẽporalia:sicut est prebẽda. Et in talibus hꝫ locum
regula illa:non in primis.fundus eñ non est annexus iuri pa-
tronatus:sed magis ecõuerso.⁊ ideo ratio nõ procedit vel di-
S.Thom. cendũ iuxta.s.Tho.in eodẽ loco.ꝙ regula illa est intelligenda
de illis quorũ vnum quod venditur ordinatꝛ ad alterum:quod
sub pretio cadere non põt: sicut beneficia ecclesiastica sunt ad
ministrorum ecclesie sustentationem.⁊ ita non procedit instan
tia de iure patronatus,qð per se nõ venditur:quãuis trãseat
cũ venditione ville:qꝛ dñium ville non est ordinatũ ad ius pa-
Ad scðm. tronatus.¶Ad secundã rationem rñdetur ꝙ ratio nõ est ad
propositũ:qꝛ fructus prebende non sunt ita annexi sacro offi-
cio,ꝙ sine eo haberi non possent sicut in prin.huius qõnis ha
bitũ est.qð etiam hic cõmemorat Archid.ꝙ in prebendis vel
beneficijs ecclesie duo sunt.s.ipsum ius prebendarũ, ⁊ benefi-
ciorum,⁊ fructus ex prebendis capti vel percipiendi ius pre-
bendarum intelligitur esse adiunctum sacro officio:qꝛ sine eo
non habetꝛ.⁊ ideo vt hic dicitur in litera:non potest vnũ vendi
qñ aliud intelligatur venditum fructus autẽ prebendarũ nõ
sic sunt sacro officio adiuncti.⁊ ideo de eis litera non procedit
Litera. sequitur tex. ¶[Si qs cõsecrationes].i.ordines:dignitates,
⁊ officia ecclesiastica.Hu.[sed res] corporales Hu.[ex ꝯsecra-
tione].i.ex ordinibus:dignitatibꝰ.⁊ officijs ecclesiasticis.Hu.
[cum corporalis ecclesia.]secunda pars.i.domus in honorem
dei ab episcopo edificata:vel designata:siue sit sacrata:siue nõ.
2 †Et dicitur corporalis ad differẽtiam spũalis:que est fideliũ
congregatio.vt de cõse.di.j.ecclesia.[eps].i.epalis dignitas.
[abbas].i.dignitas abbatis.[Aliquid tale] vt archidiacona
tus,⁊ decanatus,⁊ huiõi.Hug.[in nullo proficiat.] ad hoc vt
3 exerceatur sine illis.Hug.† verum est ꝙ spũale sine corporali
consistere non potest.s.perpetuo.sed ad tẽpus bene posset.C.
dist.optatum.fm Gof.qui ita not.extra de preben.dilecto.in
fi.Arch.[sicut aĩa corporaliter.]bene quippe ait corporaliter
Nam aĩa rationalis cum separatur a corpore per mortẽ hoĩs
viuit sine corpore:cum sit spũs spũaliter,⁊ nõ corporaliter:qꝛ
vt saluator ait Luce.xxiiij.Spiritus carnem ⁊ ossa nõ habet.
[vendit]quisquis horum intelligitur sicut dictum est de spi-
ritualibus:qbus annexa sunt corporalia.siue vt dicit.s.Tho.
de illis quorum vnum quod venditur ordinatur ad aliud:qð
sub pretio cadere non potest: sicut sunt beneficia ecclesiastica
que sunt ordinata ad sustentationem ministrorũ ecclesie.[nul-
lus ergo.]tertia pars.⁊ est conclusio ex dictis. Et etiam est ex
positio prefate regule:de quibus intelligatur. [nec pastellũ.]
est diminutiuum de pastu.ante vel post.] vt.s.e.q.j.eos.Hug.
[soluat]ex pacto vel ea intentione:nec etiam obtentu consue-
4 tu dinis.vt.j.e.q.c.vlti.Hu.† Ex his manifestum est ꝙ aperte
errent qui dicunt ꝙ emere vel vendere ecclesiasticum benefi-
cium non sit simoniacum:nisi qꝛ prohibitum.hoc enim falsum
est: imo est prohibitum.qꝛ malum in se, ⁊ simoniacum. Cum
enim beneficium sit propter officium:nulli persone potest esse
debitum qui non sit ad officiandum obligatus.vt.j.c.proxi.⁊
distinc.lxx.sanctorum.

1 ¶Pseudo grece latine decipiens.
2 Vitia:peccata:schismata,⁊ hereses quare dicantꝛ porte iferni.
3 Necessarium nomen dicitur multipliciter.
4 Vtilitas que elicitur ex heresibus est multiplex.
5 Vendere res ecclesiasticas an sit simoniacum.
6 Laicus an peccet plus quam clericus in peccato simonie.
7 Clerici plus peccant quam laici per se ⁊ simpliciter in pecca-
to simonie.
8 Vicedominus ⁊ economus sunt eiusdem officij.
9 Laicus potest esse defensor ecclesie.
10 Syndicus quis dicatur.
11 Castaldus quis dicatur.
12 Consuetudo facit licitum quod alias esset illicitum, ⁊ ecõtra.
13 Simonia committatur si aliquis dat pecuniam: vt fiat mo-
nachus.
14 Monachus si aliquis factus fuerit per pretiũ in aliquo mo-
nasterio an debeat habitu spoliari vel priuari monachatu.
15 Vniuersalis colligitur ex indefinita.

SAluator. Ad idẽ sequitꝛ hoc.c.qð est vr-
bani pape.⁊ est notãdũ in prin. Contra rubrum.
ꝙ rubrica istius.c.falsa est.vt dicit Hug.qꝛ nõ cõ-
gruit ipsi.c.si qꝛ non respõdet continẽtie ipsius ca-
pituli forte.respõdet sequẽti huius.c.que hic nõ est.Casus ca- Casus.
pituli est iste.Prepositus sancti vincentij talem questionẽ sibi
obiectã a quibusdã fecit vrbano pape. An scꝫ vendere rẽ ec-
clesiasticam sit simonia. Nunc vrbanus super hac questiõe re-
scribit ei:respondendo ꝙ est simonia.Et diuidit hoc.c.in qua Diuisio.
tuor partes.In prima premittit tam ex verbis dñi:quã apo-
stoli ꝙ circa finem mundi multe debent esse hereses in ecclesia:
non camẽ preualiture:quibus boni prelati se debẽt opponere
murum pro domo israel.In secunda ꝙ vendere rem ecclesia-
sticam sit simonia probat multiplici authoritate.Tum ex ver
bo petri ad simonem. Tum secũdo authoritate concilij calce-
doñ.Tum tertio authoritate paschalis pape.In tertia par-
te probat authoritate beati Aug.ꝙ omnes simoniaci vendũt
vel emunt spiritumsanctũ:non re vera sed quãtum in se est.in
quarta parte probat simoniacos grauiter puniendos exem-
plo Christi:qui de tẽplo eiecit ⁊ grauiter increpauit illos:qui
vendebant ⁊ emebant offerenda in templo.secunda ibi igitur
quia metuisti.tertia ibi,quod vero.quarta ibi:pensandum est
qꝛ omnia que tanguntur hic pro magna parte sunt disputa-
ta supra transiuimus ad explanationem litere. Lege textum. Exponit literam.
¶[Saluator in euangelio.] Matth.xxiiij.[circa fi.seculi] di
cit tamen Chrysostomus super Matth.Homo in morte fan- Chrysosto.
tasias multas aspicit:sic ⁊ mundus in exitu suo multos patie
tur errores.dicitur enim Matth.xxiiij.Surgent multi pseu-
do prophete,⁊ seducent multos. Pseudo eñ est falsus ⁊ sub-
1 dolus.† quia pseudo grece latine dicitur decipiens: siue fal-
sus: qui nomine verorum surgit, ⁊ se transfert ac si esset ve-
rus ⁊ bonus cum sit malus,⁊ imitator sathane:qui transfigu-
rat se in angelum lucis.de quibus apostolus.j.ad Corinthi.
xj.[pressuras.]hoc sumptũ est ex verbis Christi qui discipu-
lis dixit. Jo.xvj.in mũdo pressuram habebitis.[portas] hoc
sumptum est ex verbis Christi(qui discipulis dixit Joã.xvj.)
Loquentis de stabilitate ecclesie.⁊ fidelium in ea vbi dicit su-
per hanc petram.hoc est per seipsum qui firma petra est.j.ad
Cor.xj.petra autem erat Christus.Edificauit ecclesiam suam
⁊ porte inferi non preualebũt aduersus eam:videlicet nec ty-
rannice potestates: nec heretice prauitates contra ecclesiam
preualebunt.imo finaliter succumbent.qꝛ firmum stat funda-
mentum veritatis.Prouerbi.xij. Labium veritatis firmum
erit in perpetuum.⁊.ij.ad tit.ij.Firmum fundamentũ dei stat
2 †Dicũtur autẽ vitia, ⁊ peccata schismata,⁊ hereses: porte:qꝛ
per eas ad inferos intratur:que non preualẽt ecclesie:qꝛ sem-
per aliqui boni sunt in ecclesia.ar.xxiiij.q.j.a recta.⁊.c.puden-
da.[apostolus].j.ad Corint.xj. Oportet hereses esse. ¶Sed Questio.
hic surgit questio. Vtrum hoc sit verum. Quod non.primo Primũ ar.
quia alꝭ heretici venirent commendabiles, ⁊ non extirpandi
vel fugiendi contra apostolum ad Ti.iij. ¶Secundo sic.non Scðm arg.
dicimus de alijs peccatis ꝙ oporteat aut necesse sit ea esse vt
furtum aut fornicationem vel superbiam ⁊c.ergo nec oportet
esse hereses.¶Tertio hereses sunt maximi nocumẽti.sic ha- Tertiũ ar.
betur.ij.ad tit.ij.⁊ prophana ⁊ vaniloquia deuita. Multum
enim proficiunt ad impietatem, ⁊ sermo eorum vt cancer ser-
pit.ergo non est necesse hereses esse.¶In oppositum est text. Opponit ⁊
apostoli.⁊.c.presentis.¶Respondeo dicendum iuxta magi- Rñdet.
strum

5 strum Alexã.de halis in.ij.† ꝙ nomen necessarium dicitꝛ mul-
tipliciter. ¶Vno modo dicitur necessarium qð impossibile
est aliter se habere, ⁊ hoc modo necessitatis non oportet nec
necesse est hereses esse. ¶Alio modo dicitur necessariũ quod
secundũ se est expediẽs,⁊ hoc modo necessitatis etiã nõ opor-
tet aut necesse est hereses esse.¶Tertio modo dicitꝛ necessariũ
qð scðm accidẽs est vtile.⁊ hoc modo necessitatis dicitꝛ Mat.
xviij.necesse est vt veniãt scandala.veruntamẽ:ve homini illi
per quẽ scandalũ venit.⁊ hoc modo dicit hic apostolus opor-
tet hereses esse:vt qui probati sunt manifesti fiant.deus enim
sua pia ⁊ sancta volũtate pmittit mala fieri:que fieri non per-
August. mitteret nisi inde eliceret bona:vt dicit Aug.in enchiridion.
4 c.xj. † Vtilitas autẽ que elicitur ex heresibus:est multiplex.
prima faciũt enim ad maiorem declarationem veritatis fidei
catholice.vñ dicit Aug.in glo.ab aduersario mota questio di-
cendi extitit occasio. Multa quippe ad fidem catholicam per
tinentia dum hereticorum callida inquietudine exagitãtur, ⁊
considerantur diligentius,⁊ intelliguntur clarius, ⁊ predican
tur instantius. Vnde Prouerb.xxvij.dicitur. Ferrum ferro
acuitur,⁊ homo exacuit faciem amici sui.¶Secunda vtilitas
est: Valent eñ ad excutiendam pigritiã doctorũ ecclesie, ⁊ vt
inuigilent,⁊ insistant contra versutias hereticorum. Vnde in
gloss.ibi:apostoli,dicitꝛ. Vtamur hereticis, nõ vt eorũ appro-
bemus errores:sed vt catholicã doctrinã aduersus eorum in-
sidias asserentes,vigilantiores,⁊ cautiores simus.Prosint er
go heretici nobis, nõ verũ docendo, qð nesciunt: sed ad verũ
querendũ,⁊ aperiendum catholicos excitãdo. permittat ergo
deus hereses:vt pigritiam excutiamus,⁊ diuinã scripturam
noscere cupiamus.¶Tertia vtilitas est:valent enim ad ma-
nifestandã firmitatem in his qui recte credũt.cum ait vt qui
probati sunt manifesti fiãt in vobis.i.inter vos probati enim
qui in Christi fide feruent:habẽtes eloquia dñi casta:argentũ
doctrine charitatis igne examinatũ ⁊ probatum septuplum:
vt dicit ps.xj.per hereticorũ malitiam clarius manifestãtur.
¶Quarta vtilitas est:qꝛ prosunt doctoribus catholicis eccle
sie ad meritum.qꝛ dum doctores circa conuersionem hereti-
corum ⁊ expugnationem eorum errorum laudabili studio la-
borare satagunt, ⁊ de sibi creditis talentis conantur lucrũ do
mino reportare:accrescunt eis merita quibus ad beatitudinẽ
perducantur. Dañ.xij.qui ad iustitiam erudiunt plurimos
quasi stelle in perpetuas eternitates. ¶His habitis dicendũ
Ad primũ argu. est ad rationes in oppositum. ¶Ad primam respon.ꝙ ratio
procederet si aliquo duorum primorum modorũ necessitatis
Ad scðm. necesse esset hereses esse:sed sic non est:vt visum est. ¶Ad se-
cundam respon.negando consequentiam,⁊ ratio est fm Alex.
de halis.quia non est simile omnino in alijs peccatis,⁊ in isto.
Alia enim peccata ⁊ si in se mala sint, ⁊ ex illis aliqð bonũ eli-
ciat deus:non tñ tantũ quãtum ex isto. Occasione enim istius
peccati acquiritur exercitiũ ecclesie sicut ex persecutione que
August. a tyranno infertur.vnde Aug. Omnes inimici ecclesie vel er-
rore excecati vel malitia deprauati prosunt:qꝛ si accipiunt po
testatem corporaliter affligendi exercent eius patientiam.si
vero malefaciendo aduersentur: exercent eius sapientiam.
Ad tertiũ. ¶Ad tertiã rñ.ꝙ procedit de primo ⁊ secundo modo necessi-
tatis:non autem de tertio.vnde ratio nõ procedit.sequitur in
Litera. litera.[Oportet nos cum propheta ex aduerso ⁊c.] Ezechie.
xiij.dñs p prophetã increpat senes prelatos:qui se non oppo-
nunt contra hereticos dicens ve prophetis insipientibus ⁊c.
Non contenditis ex aduerso.nec opposuistis vos murum do-
mus Israel,⁊ dist.xliij.c.j.⁊.vij.q.j.cum vero.⁊ cum apostolo
Act.xiiij.[passiones.] ad Ro.viij.[ad futuram gloriam].s.
promouendam.Hu.[ergo quia.] secunda pars.Hic post pre-
5 missa vrbanus papa descendit ad propositã questionẽ † scili-
cet vtrum vendere res ecclesiasticas sit simoniacum.⁊ respon-
det ꝙ sic.Et pbat hoc primo authoritate apostoli petri Act.
viij.qui ait simoni mago.pecunia tua ⁊c.donũ dei est spiritus-
sanctus.Luc.xj.dabit spiritũ bonũ petentibus se.per hoc do-
num ineffabile dantur omnia bona.j.ad Corin.xj.vbi enume-
ratis multis donis.ait apostolus.Hec omnia operatur vnus
spiritus: diuidens vnicuique: prout vult.donum dei est ipsa
res oblata ecclesie.ad Hebre.v. Omnis nãqꝫ pontifex ex ho-
minibus assumptus pro hominibus constituitur in his que
sunt ad deum.vt offerat dona.s.oblata a fidelibus deo pro pec
catis.ita ꝙ dona dei sunt res deo ⁊ ecclesie oblate que non de-
bent pecunia possideri.[vel donum spiritussancti].i.officium
faciendi miracula. vt.s.e.q.j.quisquis. [ad fidem accessit.] hã
baptismum accepit ficte tamen.vt.xxvij.q.ij.qð interrogasti
in palea.Archidi.[scriptum est.] Sapien.j.[effugiet].s.e.q.j.
per Esaiam.⁊ de conse.dist.iiij.ostenditur.[fieri non posse] vt
s.e.q.j.quisquis. [idolorum.] ad Colo.iij.⁊.s.e.questio.j.cum
omnis.[pculit].i.percussit.Archid.[quisquis ergo res eccle-
siasticas que].i.quia.Hu.[dona dei sunt.] hic dicit Hu.ꝙ si-
cut in prece.c.distinctũ est potest hoc intelligi de iure pcipien-
di res ipsas:vel de ipsis rebus corporalibus in casu supra assi-
gnato.s.in ingressu ecclesie:vel promotione ad aliquem ordi-
nem:vel ad aliquod officium ecclesiasticum: tunc enim simo-
nia committitur:si ille qui ingreditur ecclesiam:vel promoue-
tur ad ordinem vel officium ecclesiasticũ emit res ecclesiasti-
cas ad illam ecclesiam ordinem vel officium pertinentes po-
test etiam hoc secundo intelligi de rebus ecclesie consecratis
que si vendantur laicis in eadem forma simonia committitur
vt.xvij.q.iiij.si forte.vrbanus tamen videtur dicere ꝙ quicũqꝫ
res ecclesiasticas contra iuris authoritatẽ alienat: simoniam
incurrat dicens non est mirũ si iuris prohibitio illum consti-
tuat simoniacum.qꝛ etiam sacrilegum,⁊ furem:vt.xvij.q.iiij.
omnes.⁊.xxiij.q.iiij.quid ergo.sed Hug.non credit.qui dicit
ꝙ litera ista qsquis res ecclesiasticas ⁊c.potest intelligi de re-
bus ecclesie consecratis:que si vendantur laicis in eadem for-
ma simonia committitur.vt in predicto.c.si forte.fm Hugu.
Pro isto intellectu facit.j.eo.c.in fi.vbi videtur loqui contra
alienatores rerum sacrarũ.item pro Hug.facit.j.e.non solum
ibi in ecclesiam spiritualẽ.Archi.[quicunqꝫ.]potest esse expo-
sitio precedentium:vel hoc dicit de ordinibus,⁊ dignitatibus
officijs,⁊ sacramentis ecclesiasticis.Hug.⁊ Archi.[propria.]
idem esset ⁊ si propter aliena.Hugu.[lucra.]idem esset,⁊ si ob
aliud sed sepius ⁊ potius quis facit hoc propter lucrũ quam
propter aliud,⁊ potius propter suum quam propter alienum.
Et vacat hic ar.a contrario sensu.vt.s.e.q.j.quos si quis epi-
scopus.[lingue].i.precibus quas pro se nõ potest quis offer-
re.fm Hu.vt no.j.q.j.sunt nonnulli.[indebiti obsequij.]vt.s.
ea.q.j.sunt nonnulli.[alioqui.]secundo probat hoc authorita-
te Calcedoneñ.concilij.alioqui.i.si illi qui emunt vel vendunt
res ecclesiasticas non sunt simoniaci.[cur synodus].s.e.q.c.
vlti.[milites ecclesie].i.clerici isti deo militant in ecclesia qui
intelliguntur per hoc qð premisit ꝙꝙ regule subiectum.Hu.
⁊ Archi.[precelluntur] puniuntur ⁊ damnãtur.[non milites
ecclesie].i.laicos qui sunt milites seculi:non ecclesie qui intel-
liguntur nomine procuratoris ⁊ defensoris.Hug.[damnabi-
6 lius.] Sed hic surgit questio. † vtrum in peccato simonie plus Questio.
peccet laicus quam clericus.Et videtur ꝙ clericus:quoniam
magis tenetur clericus vitare hoc delictũ.Tum ratione ordi-
nis: vel officij, ⁊ dignitatis, ⁊ gradus altioris.⁊ qꝛ a clericis
plus exigitꝛ,qꝛ plus eis committitꝛ. In oppositum videtur ex
presenti litera.¶ Respondeo dicendũ sub duabus conclusio- Rñdet.
7 nibus.prima† ꝙ per se ⁊ simpliciter clerici plus peccãt ꝑ quã
to maioris sciẽtie ⁊ maioris status sunt ⁊ ad diuina honoran-
da magis obligati que per simoniam contemnunt que cõclu-
sio satis colligitur distin.xix.nulli fas.⁊.vij.q.j.illud.⁊.xxxij.
q.v.qui viderit.⁊.xl.di.homo.⁊.xj.q.iij.precipue. ¶Secunda
conclusio est.ꝙ laici extensiue plus peccant:qꝛ in pluribus sci-
licet in duobus clerici vero in vno. Laici emendo spiritualia
vel vendendo peccant:qꝛ presumunt ⁊ tractant ea que sibi ha-
bere vel tractare non licet.⁊ in hoc ꝙ simoniam committunt.
Clerici vero in hoc tantũ delinquunt:qꝛ simoniam cõmittunt
Simile.xxij.q.j.monet.Hug. Alij exponunt. [damnabilius]
i.damnabiliter.simile.xxvij.q.ij.coniuges.vt tangitur in glo.
[sed beatus.]tertio hoc probat per dictũ predecessoris sui pa-
schalis.[de consecratione.] supple loquens in superiori.capi.
Hu.[peruenit].i.non debet peruenire:qꝛ nec ordo sine bene-
ficio debet conferri.lxx.distin.c.j.⁊.ij.nec canonia sine preben-
da.extra de prebend.relatum.nec beneficium ecclesiasticũ sine
ordine.qꝛ non cadit in laicum.extra de trans.ex literis.Archi.
[prepositum.]hic in quibusdam ecclesijs administrat tempo-
ralia canonicorum:in quibusdam etiam spiritualia.Hu.[eco-
8 nomum vicedñm.] † vicedñs ⁊ economus sunt eiusdem offi-
a cij.sed vicedñs est in rebus episcopalibus [a].s.qui res episco- a ¶In rebꝰ epalibꝰ.ad- de hal.s.ad- di.Spec.de his q alic. no. in iudi. inter ꝟ.eco- nomꝰ.⁊ qͥli- ter cõstitua tur idẽ in.l. oẽs ppli.C. de episco.et cleri.
pales disponit ⁊ ministrat.lxxxix.dist.volumus.economus in
rebus canonicorum, ⁊ tamen sepe vnum ponitur pro alio fm
9 Hugu.[defensorem.] † hic potest etiam esse laicus.vt.lxxvij.
dist.in singulis.Hug.[aduocatum].i.patronum in causis.vel
10 aduocatum.i.procuratorem siue syndicum † syndicus dicitur
11 actor vniuersitatis siue defensor.Hu.[Castaldum.] † Castal-
dus in ecclesia dicitur procurator siue dispensator ecclesiasti-
carum rerum temporalium. Forte castaldia dicitur illa procu
ratio que potest concedi ⁊ clerico ⁊ laico.sed potius laico con-
sueuit cõcedi. Hic circa istam materiam queritur.vtrum ista
officia hic assignata possint pretio vendi siue concedi sine si-
monia. ¶Respondeo dicendum.quod vt recitat hic Hugu.
quidam dicunt.ꝙ clerico non debet concedi pretio.sed laico
licite venditur.⁊ hoc dicunt de omnibus istis ministerijs: si-
ue procurationibus:siue administrationibus rerũ ecclesiasti-
carum temporalium:que per laicos exerceri possunt. Ego au-

tem dico dicit.Hu.cum vrbano ꝛ calcedoñ.concilio ꝙ hec mi-
nisteria nec laico nec clerico debent vendi.i.per pretium con-
cedi.ꝛ si sic conceditur clerico: vel laico simonia committitur
ꝛ huius opinionis est etiam Bart.ꝛ hoc vt dicunt est simonia
Raymūdꝰ — cum:qꝛ prohibitum.Aliorum vero vt Raymun.ꝛ sequacium
est opinio.qui consuetudini adherentes:vt tangitur in glos.ꝛ
Joan.tangit in summa cōfessorum probabilius dicunt ꝙ tūc
tantum est simonia in empta administratione vel dignitate
huiusmodi si talis est que habeat spirituale aliquod sibi an-
12 nexum:alias non.† Sepe enim cōsuetudo facit licitum:quod
alias esset illicitum ꝛ econuerso.extra de cog.spirituali super
Ulrichus. — eo.ꝛ.ix.q.iij.conquestus.ꝛ his concord. Ulrichus.ꝛ addit ꝙ
tria predictorū.s.aduocatus:castaldus:iudex potest esse lai-
cus,ꝛ tunc nihil spiritualitatis habet annexum.his etiā con-
Archid. — cordat Archi.in.j.c.huius questionis:ita dicens.Officia autē
temporalia vt castaldaria si pro pecunia cōcedatur:licꝫ alias
sit turpe lucrum: vel turpis questus: non tamen est simonia:
nisi habeat spirituale annexum.ꝛ sic intelligitur.c.saluator.se-
Innocen. — cundum Inno.qui ita notat extra ne prela.vices suas.c.j.hec
Archi.concor. Guil.glo.Raymundi dicens semper est illicitū
talia vendere:qꝛ prohibitum,ꝛ cōsuetudo talis corruptela est
dicit autem Hu.ꝙ si episcopus vel aliqua persona ecclesiasti-
ca pro labore vitando vellet concedere laico vel clerico totum
vnum redditum alicuius loci pro tanto annuatim:non est si-
monia.verbi gratia:dicit episcopus tantum redditū annua-
tim debeo habere de hac villa concedo tibi castaldiam illius:
si tantum mihi vis reddere singulis annis.si ille sic accipit:
non est simonia in clerico: vel laico: sed si vltra aliquid datur
simonia est. qđ nos credimus. licet sit turpe lucrum:cum ni-
hil spiritualiter habeat annexum.[iudicem.]quem debet ha-
bere quilibet prelatus ecclesie si potest vt causas quarum ipse
est iudex ex delegatione eius ꝛ mādato tractet.ar.xj.quest.j.te
quidē.ꝛ.xij.q.j.duo. Et hic potest esse clericus,ꝛ laicus.Hug.
[in subiecto vero regule archiepiscopum ꝛc.]prefati ministri
non dicūtur subiecti regule.qꝛ circa negotia secularia eorum
consistit administratio.vnde ab illa regula eximuntur ꝛ non
ea ligantur. Nemo enim militans deo ꝛc.vt dist.lxxxviij.[de-
creuit] horum autē administratio circa spiritualia versatur
vnde illi regule sunt subiecti,ꝛ illa eos ligat cum sint ecclesia-
13 stico mancipati officio[monachum.] †Ecce si qs dat pecuniā
vt fiat monachus in illa vel in illa ecclesia:simonia committi-
Questio. 14 tur.¶Sed hic surgit questio.† vtrum si quis per pretiū mo-
nachus in aliquo monasterio fuerit factus debeat habitu spo
Rñdet. — liari vel priuabitur monachatu. Respondetur iuxta Hu.hic
ꝙ non debet priuari habitu: nec monachatu, ꝛ ratio est quia
vt dicit est pena ei: sed illo monasterio priuabitur. Credo ta-
men ꝙ ꝛ beneficio monachali debet de iure priuari: sed habi-
tum ꝛ vitam monachalem tenebit, ꝛ omnia que illius profes-
sionis sunt, ꝛ que sunt oneri.concord. Joff.ꝛ ru.qui vt dicit
Archid.hic dicunt.ꝙ non priuabitur cum habitus sit ei pena
sed monasterio priuabitur. Non enim propter habitum: sed
propter monasterium dedit pretium.sicut si aliquis dedit pe-
cuniam vt ordinaretur episcopus: non amitteret sacrum or-
dinem:sed dignitatem propter quam solam obtinendā ꝛ non
propter sacramentum pecuniam dedit.non enim de sacramen
to curaret:si sacramento dignitas obsisteret ſm Joffr.ꝛ Ru.
Archi.[Quod vero spiritū sanctum.]tertia pars[quantum
in se est.]quod fit cum conatur ꝛ vult eū vendere:nec per eum
stat quando fiat:vt de consecra.distinc.iiij.queris.ꝛ.xxij.q.ij.
§.item opponitur.in fi.[Augu.super Jo.]scꝫ homi.x.[fecer-
nunt].i.pretio distribuunt.non reprehendit qꝛ tot erant: sed
quia per pecuniam omnes erant vel cum prius non essent nisi
certi per simoniam erant innumeri.[rogatus.]proprium no-
men. Archid.[prepositum].i.prepositurā habet pro pretio
acquisitam:vel habet quasi venalem: vt.s.illam pretio confe-
rat:si inuenit qui velit pretium dare. Hug.[Ecce venerabilis
Augu.nomine columbe.]vt.s̄.e.q.j.quibusdam. [spiritussan-
cti.]qui super Christum in specie columbe descendit.Mat.iij.
[pensandum vero est.] quarta pars.[si cum flagellis.]Jo.ij.
[fecisti.]vt distin.lxxxviij.consequens.[si tantum indefinite.]
15 †Nota ex indefinita colligi vniuersalem.ar.xix.dist.si Roma-
2 possunt iure alterius. ¶ Circa primum sit ista ꝯclusio. † papa qui habet iurisdictionē iure ordinario super oēs christianos ⁊ quilibet eps super oēs subditos de diocesi non exemptos potest excōicare iure ordinario. patet ista cōclusio Tum ratione supradicta. Tum qꝛ excōicatio est proprius mucro. xvj. q. ij. vi
3 sis. in fi. ¶ Secūda ꝯclusio. † inferior prelatus epo qui de iure vel consuetudine habet subditos citare, ⁊ in foro contentioso ecclesiastico ius reddere: potest excommunicare. patet qꝛ iudicium redditur in inuitum. ⁊ sine coercione nulla est iurisdictio extra de offi. dele. ex literis. vnde eo ipso habet excōicare sicut archidiaconus habēs curiam, ⁊ sicut decanus ruralis: si ⁊ ipse curiam habeat, ⁊ similiter decanus si nō solum curam aīarum sed ⁊ cause cognitionem ⁊ decisionem: per quam facit ius actori de reo canonice coram eo conuento. Aut succentor vel alius ad quem per modum iudicij vel fori cōtentiosi pertinet iurisdictio super clericos chori. Si autem talem curiam sic iudiciarie cognoscentem non habent: per consequens excommunicare non possunt. cum excommunicatio sit iurisdictionis, ⁊ fori
4 contentiosi. † Cōsuetudo enim dat iurisdictionem: iurisdictio autem sine modica coercione nulla est: quam interpretatur papa excōmunicationem. de offi. dele. c. ex literis. ¶ Tertia con-
5 clusio est † ꝙ curatus simplex. quia talem iurisdictionem non habet: potest enim vt arbitror parochianos suos pacificare non vt iudex: ideo non potest excommunicare de iure: sed quia consuetudo potest dare iurisdictionem integram. ix. q. iij. conquestus. ⁊ fortiori ratione dimidiam. inde est ꝙ quātum habēt de consuetudine facere possunt, ⁊ non plus. puta vt supra diximus: pro certis casibus manifestis in generali non in specia-
6 li: vt extra de off. or. c. ij. ¶ Quarta conclusio † ꝙ abbates etiā

S. Thom. Petrus de palude. Prima cōclusio. Scda conclusio. Tertia cōclusio. Quarta cōclusio.

non benedicti: dum tamen sint confirmati possunt excõmuni-
care.extra de simo.c.sicut.⁊ extra de offi.or. cũ ab ecclesiarum.
patet rõne conclusio.qꝛ isti iudices sunt monachorũ suorũ per
Quinta cõclusio.
7 electionem instituti. ❡ Quinta cõclusio† prior etiã cõuentua-
lis per electionem positus põt excõicare. patet ꝯclusio. extra
de maio.⁊ obe.cũ in ecclesijs:vbi loquitur de priore cui iuraue-
rant. Secus de priore claustrali qui sine electione ponitur ab
abbate licet nõ possit amoueri sine causa:nec habet authorita-
tem:nisi quantum abbas sibi cõmittit cuius est delegatus.sed
abbate mortuo prior eius vicem gerit per legem, ⁊ similiter
supprior vicem prioris qui est per electionem. vnde tunc iure
suo possunt excõmunicare:sicut ⁊ capitulum vacante sede. qñ
gerit vicem in spiritualib⁹ epi mortui. de maio.⁊ obe.his qui.
Sexta conclusio.
8 ❡ Sexta conclusio.† Cardinalis non eps in ecclesia sui tituli
potest fulminare vt ex eodem capitulo. ❡ Septima conclusio
Septima conclusio.
9 †ꝙ officialis epi, ⁊ cuiuscũqꝫ archidiaconi qui habet curiã de
cõsuetudine põt etiã excõicare.ex̃.de solu.c.iij. ❡ Octaua cõ-
Octaua cõclusio.
10 clusio.†ꝙ prior collegio assignatus qui sine abbate totaliter
regit cõuentum in spũalibus ⁊ temporalibus extra abbatiam
Nona cõclusio.
11 principalem videtur posse excõicare. ❡ Nona conclusio† ꝙ si-
militer guardianus qui solet esse per electionem qñ fit per pro
uisionem superioris põt excõicare.patet conclusio.qꝛ simile est
de eo,⁊ epo qui est per prouisionem. qꝛ hoc accidit dignitati.
Decima cõclusio.
extra de offi.or.c.iij.in gl.⁊.c.quãta.in glo. ❡ Decima conclu-
12 sio.† legatus põt excõicare infra ꝓuinciam sibi creditam ⁊ nõ
extra etiam si sit ex latere.extra.de offi.le.nouit.sed etiam lega
tus simplex hoc põt nisi quãdo legatus a latere superuenit.de
Undecima conclusio.
offi.le.volentes. ❡ Undecima conclusio.ꝙ licet cõtra illud qꝺ
habetur de appella.c.dilectis:tamen licet nõ possit ponere in-
13 terdictum.vt ibi dicitur:† tamẽ excõicare potest istum vel il-
lum de capitulo.qꝺ minus est.vel loquitur de decano:qui non
habet curiam:vel nõ põt ponere interdictum in populum sibi
nõ subiectum:sicut nec excõicare aliquem de illis sꝫ in collegiũ
suũ sic:qñ in quẽlibet per se habet iurisdictionem.⁊ hoc circa
Secundus articulus.
primum articulum. ❡ Circa secũdum articulum videlicet qs
posset excõicare iure alterius sine delegato.sunt tres cõclusio
Prima cõclusio.
14 nes.† Prima ꝙ delegatus pape ⁊ subdelegatus ab eo potest
excõicare. item officiales vt dictum est sed magis iure alteri⁹
ꝙ̃ suo.item delegatus cuiuscũqꝫ ordinarij: qui põt excõicare:
Scda conclusio.
quia hoc est iurisdictionis, ⁊ ideo potest cõmitti. ❡ Secunda
15 conclusio.†ꝙ visitator missus non solum ad simplicem reque-
stam faciendam ⁊ referendam sed ⁊ ad corrigendum ⁊ punien-
dum qꝺ sine censura ecclesiastica bene fieri non potest.põt etiã
Tertia cõclusio.
16 excõicare.ex̃ de off.dele.ex literis. ❡ Tertia ꝯclusio.† ꝙ prior
claustralis nõ habet excõicare:qꝛ habet abbatẽ p̃ñtem: q hoc
potest.vnde nisi specialiter sit sibi cõmissum ab abbate aut ha
beat de ꝯsuetudine nõ habet fulminare sed disciplinare. vnde
⁊ vicarius vel firmarius curati sui ex toto ⁊ per totũ annũ vi-
ces suas itegre cõmisit hoc põt qꝛ sic habet ꝯsuetudo. ❡ His
Ad primũ arg. Alexander de halis
habitis dicẽdũ est ad rationes in oppositum. Ad primam re-
spõdetur iuxta Alexandrũ de halis in.iiij.ꝙ ibi p̃sbyter dicit
archipresbyter siue talis qui habeat iurisdictionem in foro ex
teriori,⁊ nõ quicũqꝫ p̃sbyter.ex̃ de offi.iu.or.cum ab ecclesiarũ
ij.rñdetur iuxta superius posita in questione ꝙ capitulũ hoc
⁊ alia iura similia intelligenda sunt nõ absolute:sed in casibus
aliquibus tñ in quibus a iure vel cõsuetudine seu ab homine
Ad scdm. Albertus magnus.
habent iurisdictionem concessam. ❡ Ad secundam responde
tur negãdo ꝯsequẽtiã.Et ratio est triplex.iuxta Albertũ ma-
gnũ in.iiij.di.xviij.prima.qꝛ excõicare est actus potestatis cõ-
plete:nõ aũt potestatis diminute.diminuta autẽ potestas cõ-
sideratur ex ordine solo.⁊ nõ ex iurisdictione.Et ideo non oĩs
habens clauem habet excõicandi potestatẽ cũ nõ oĩs sacerdos
habeat iurisdictionem talem sicut requiritur. vt diximus scꝫ
in foro exterioris iudicij ad posse excõicare. ❡ Secunda ratio
est qꝛ actus excõicandi magis est clauis iurisdictionis ꝙ̃ ordi
nis.Et ideo nõ sequitur ꝙ omnis habẽs clauem habeat excõi
candi ⁊ absoluẽdi potestatem. ❡ Tertia ratio est huius satis
pia.qꝛ cũ excõicatio sit maius dãnum qꝺ fieri põt christiano in
hac vita raro ⁊ cum moderatione facienda est ordo ⁊ ideo pau
cis ⁊ superioribus q presumunẽ discretiores talis potestas est
S. Thom. Ad tertiũ.
cõcessa.Concor.sanctus Tho.in.iiij.vbi supra ⁊ richardus de
media villa. ❡ Ad tertiã respõdetur ꝙ p̃sbyteri parochiales
habent iurisdictionẽ quantũ ad forꝫ cõscientie super subditos
suos.Nõ aũt quãtum ad forum iudiciale.qꝛ nõ possunt coram
eis cõueniri in causis contentiosis. Et ad illud qꝺ dicitur ꝙ
iurisdictio habet coercionem. Rñ.ꝙ verũ est de iurisdictione
in foro exteriori.Nõ aũt de iurisdictione in foro cõscientie:qñ
vt dicit alber.vbi supra multis alijs modis.scꝫ per exhortatio
nes ⁊ monitiões ⁊ cõminatiões põt parochian⁹ sacerdos sub
ditos suos auertere a malo.⁊ si hoc nõ valet põt recurrere ad

superiorẽ, ⁊ ꝑ illius authoritatẽ excõicatos denũtiare. ❡ Ad
Ad quartũ
quartã respondetur negãdo minorẽ.Et ad capitula illa indu-
cta respõdetur, ꝙ intelligunẽ vt dictum est in aliquib⁹ casib⁹
a iure vel ex cõsuetudine vel ex delegatiõe alicuius superioris
Ad quintũ
concessis. ❡ Ad quintam respõdetur ꝙ excõicatio solũ pro-
pria authoritate ꝑtinet prelatis maiorib⁹: vt supra ꝓbauim⁹
Ad sextũ. S. Thom.
cuiusmodi nõ sunt p̃sbyteri parochiales vt patet. ❡ Ad sextã
rñdetur negãdo cõsequẽtiam. Et ratio est iuxta sanctũ Tho.
in.iiij.qñ quãuis forũ penitẽtiale sit dignius tamẽ in foro iu-
diciali reqriẽ maior solẽnitas:qꝛ in eo oportet ꝙ non solũ deo:
sed etiam hoĩbus satisfaciat. ❡ Scdo rñdeẽ ꝙ etiã cõsequen-
Alexander de halis.
tia nõ valet.Et ratio est iuxta Alexãdrũ de halis qꝛ illud solũ
tenet. Uerum vbi maioritas ⁊ minoritas ordinate se habẽt vt
pote in eodẽ genere siue ordinatiõe cuiusmodi nõ sunt iste po
testates.qñ potestas excõicandi nõ est annexa ordini simplici
ter sed iurisdictioni ⁊ nõ cuicũqꝫ.sed iurisdictioni in foro exte
Exponit li teram. Cõtra gl.
riori.Lege. ❡ [Nemo presbyter] Nõ currit hic ar.qꝺ dicit gl.
⁊ iam respõsum est ad argumẽta oĩa que ibi gl.adducit ꝙ sim-
plex sacerdos habet potestatẽ excõicandi. vnde hoc nõ est ve-
rum vt ostensum est.[Excõicet.] dicit inno.in.c.j.de exces.pre
la.ꝙ hic poniẽ excõicatio pro suspensione.archi.[cã].i. contu-
macia.pro hac eñ sola est quis anathematizandus.ar.xj.q.iij.
nemo eporum.⁊.c.nullus sacerdotũ. Et dicitur tñ quis excõi-
cari pro homicidio:pro furto,⁊ hmõi.i.ꝓ cõtumacia in tali vel
tali crimine.vt.xj.q.iij.certũ.⁊.xx.q.j.predicandũ. hu.⁊ Arch.
videas qꝺ de hoc notatur.xj.q.iij.nemo eporũ.[ꝓpter quam]
pro parua ⁊ leui causa quis excõicari nõ debet.xj.q.iij. nullus.
⁊ no.S.in.c.in primis.in glo.pro modica ⁊c.Archi. [Si quis]
ij.pars.[aduersus eam].i.ꝓpter eam.i.ea scꝫ causa non proba
ta.vel eam.i.cõstitutionẽ:qua hoc cautũ est.hu.⁊ archi.[excõi-
17 catus authoritate maioris sacerdotis.⁊c.]ar.†ꝙ iniusta excõi
catio tenet,⁊ ligat:nec debet cõtemni:sed absolutio peti a ma-
iori.vt.xj.q.iij.si eps forte.⁊ dũtaxat tñ si sit ante appellationẽ
⁊ a ꝓprio iudice.⁊ est ar.ꝙ multa fieri nõ debẽt:facta tamẽ ra-
ta manent.ar.di.xxvij.quidã.⁊.c.si vir.⁊ di.xlv. de iudeis.⁊ di.
lxxiiij.vbi.⁊.j.q.j.quod quidam.cum multis alijs.hu.[is aũt]
iij.pars.[Nõ legitime] quidam intelligunt ⁊ per iniuriam ar.
xj.q.iij.c.illud.in prin.vbi de hoc ibi videas Arch.abstineat a
cõmunione sacramentorũ ẽm hug.[visum fuerit]dic:vt extra
18 de sen.ex.sacro.in p̃n.[iuste patiatur.]ar.†ꝙ nemo debet sper-
nere ius sibi dici quod in alium dixerit. ar.distin.viij.nec. ⁊ di.
xcv.esto.Hugu.

1 ☞ Iudicans alterius parochianum facit illi iniuriam.
2 Iudicis officium conquiescit pendente dilatione.
3 Episcopus non potest suspendere nec excõmunicare clericum
preter ordinem iudiciarium.
4 Contumax quãuis sit absens potest condemnari.

NOmen. Ad idem magister gratianus in-
ducit hoc.c.qꝺ est beati augustini
in epistola quadam in quo augustinus dicit se no-
luisse punire presbyterũ hunc accusatum ⁊ infama
tum:qꝛ nõ fuerat cõuictus:vel cõfessus.⁊ sic hoc.c.facit ad pro
positũ magistri:vt nullus cõdemnetur sine ordine iudiciario.
Diuisio.
Et põt diuidi in quatuor partes.in prima ponit ꝙ nõ fuit au
sus suspendere a cõione vel deponere prefatũ p̃sbyterũ sibi ac
cusatum.qꝛ scꝫ peccatũ illius erat occultũ:nõ notoriũ. in.ij.cõ
firmat lege diuina.in.iij.lege ciuili.in.iiij. lege canonica.ij. ibi:
ne diuine pietatis.iij.ibi:ꝙ nec in iudicijs.iiij.ibi:in eporũ.Le
Exponit li teram.
ge text. ❡ [Nomen.nõ ausus sum.]licet a multis fuerim insti-
gatus.hu.[supprimere].i.suspendere a cõione fideliũ per ex-
cõicationem:vel delere ꝑ depositionẽ,⁊ vt colligitur ex glo.tã-
git antiquã cõsuetudinem qñ noĩa ecclesiasticorũ in matricula
i.in tabula scribebantur:qñ suspendebantur vel excõicabãtur
nomina supprimebantur:vel cancellabãtur desuper:qñ depo-
nebãtur nomina irradebãtur.sic.di.l.contumaces.[ne diuine]
ij.pars.[diuine.]cui soli cõmissa sunt occulta.vj.q.j. si oĩa.hu.
[pendet]cũ eis delictũ adhuc occultũ sit.bertrã.xv.q.vj.c.j.ꝟ.
1 nõ põt.arch.[iniuriã.]Nota.ar.†ꝙ qui iudicat alterius paro
chianũ facit illi iniuriã:vel q de occultis iudicat iniuriã facit
deo.ẽm bertrã.qꝺ etiã sic ptꝫ.qꝛ cũ occulta iudicanda soli deo
referuenẽ:q occulta sicut manifesta nouit.Oĩa eñ nuda ⁊ aper
ta sunt oculis ei⁹.ad he.iiij.Homo de occultis iudicãs dei iu-
diciũ vsurpat.vñ apl'us.j.ad cor.iiij.dicit nolite añ tẽpus iudi
care:quousqꝫ veniat dñs,⁊ illuminabit abscõdita tenebrarũ,⁊
manifestabit occulta cordiũ.[ꝑuenire]presumptuose superbie
est velle in occultis diuinũ iudiciũ ꝑuenire.Tum qꝛ ꝑueniẽdo
indicat qꝺ verũ ignorat.Tũ qꝛ i hoc suũ iudiciũ ꝑfert diuino:
⁊ incertũ certo:in quo patet superb⁹ arrogãs indoct⁹.ꝓuerbi.
xxj.[qꝺ

xxj.[qꝺ nec].iij.ps.[deferẽ.]scꝫ ꝑ appellationẽ vł reuelationẽ.
hu.[pẽdẽte relatiõe].i.appellatiõe.q̃ iterposita.aliqd nõ est in
nouãdũ vt.j.e.q.v.innouãdũ.⁊.c.appellatiõe.vel[relatione].i.
ꝯsultatiõe.scꝫ nõdum recepto rñso a maiori.vt.iij.q.vj.multũ.
qñ eñ aliqs iudex cognoscẽs de aliq̃ causa,⁊ dubitat refert ad
maiorẽ iudicẽ:vt eũ certificet.hu.de quo dic:vt ex̃. de appel.in
2 timasti.archi.[Aliquid audeat.]hic no.†ꝙ pendente dilatio
a ❡ Officiũ cõquiescit. Adde ꝙ officiũ iudicꝭ nõ cõqescit pẽdẽte vna dilatiõe.pe. de anch.i.c. exposuit . nu.10.de di latio.
ne iudicis officiũ cõquiescit[a] ex̃.de appel.significãte.ẽm Ber-
tran.arch.[in eporũ].iiij.pars.[Cõuictus.]vel confessus.hu.
Et videtur hic ꝙ accusatus esset iste p̃sbyter: sed pendẽte cau
sa nondum condẽnatus vel forte sciebat Augustin⁹ eũ crimi-
nis esse reum:Sed qꝛ nec accusatus:nec cõuictus erat:sustine-
bat.ioff.Sed Bar.brixi.intelligit ꝙ erat accusatus ⁊ diffama
tus.Et huius sententie videtur esse Hugu.qui ait.iste presby
ter:de quo hic loquitur:accusabatur , vel infamabatur coram
Augustino.Sed qꝛ non erat conuictus : vel cõfessus non fuit
3 ausus eum suspẽdere vel deponere. [Suspendi]ar.†ꝙ nec su-
spendere:sicut nec excõicare põt eps clericũ preter ordinẽ iudi
ciarium.ar.S.c.proxi.⁊.j.e.multi.sed hoc intellige verũ esse : si
vult eos suspendere ꝑpetuo.secundũ hu.⁊ tũc cũ cõsensu capi-
tuli ex̃ de exces.prela.c.j.vbi de hoc per inno.io.an tñ. ẽm hug.
si vult eũ suspẽdere ad tẽpus quãdoqꝫ potest hoc facere:preter
ordinẽ iuris.j.e.q.v.p̃sbyter.archi.[representauerit].i. venire
4 cõtẽpserit.⁊ ar.† ꝙ cõtumax q̃uis sit absens potest cõdẽnari
qꝛ interpretatiue cõuictus,⁊ cõfessus intelligitur.ar.iij.q.viij.
decernimus.⁊.iiij.q.v.c.j.⁊.xxiiij.qꝺ.iij.de illicita.hu.si tñ iusta
causa absentie probata fuerit locum habet.extra de re iudi.cũ
bertoldus. Qualiter autẽ probetur ipsa causa secundum io.⁊
lau.not.iiij.q.v.c.j.in fi.archi.

1 ☞ Iudicare an liceat ex suspicione.
2 Suspicio est triplex.⁊ que dicatur violenta.
3 Suspicio probabilis que dicatur.
4 Suspicio leuis contingit ex tribus.
Et quando sit peccatum.nu.5.6.⁊.7.
8 Iudex tenetur iudicare ẽm allegata:non ẽm conscientiam.

PRimo. Ad idẽ ꝓpositũ inducitur hoc.c.qꝺ
est melchiadis pape: qꝺ potest diui-
Diuisio.
di in.v.partes.ẽm quinqꝫ documenta obseruanda
in iudicio faciendo. Primũ est preuia diligens in
quisitio veritatis.Scdm est vt diffinitio fiat cũ iustitia, ⁊ cha-
ritate.scꝫ zelo iustitie.⁊ cũ charitate nõ ex odio.tertiũ est nullũ
cõdẽnare sine ordine iudiciario.iiij.est nullũ ex arbitrio suspi-
tionis iudicare.v.est vt qꝺ nobis fieri nolumus:alteri ne facia
mus.ista patẽt ꝑ ordinẽ in litera.Pro pleniori tñ intelligẽtia
huius.c.maxime quo ad.iiij.documentũ de iudicio ex suspicio
Questio.
ne non habendo.quia etiam de hoc tangitur in glos.queritur.
Primũ ar.
1 †vtrũ liceat ex suspitione iudicare. Et videtur.ꝙ sic primo ex
Scdm arg.
capitulo.dicit dñs.xxxij.q.j.vbi suspitio inducit. ❡ Secundo
sic. Ex suspitione videtur esse opinio incerta de aliquo malo.
vñ philosophus.vj.ethico.ponit. ꝙ suspicio se habet ad verũ
⁊ ad falsum:sed de singularibus.cõtingẽtibus non potest ha-
beri opinio:nisi incerta.cũ ergo iudicium humanũ sit circa hu
manos actus:qui sunt in singularibus ⁊ cõtingentibus:videẽ
ꝙ nullũ iudiciũ esset licitum:si ex suspitione iudicare non licet.
Tertiũ ar.
❡ Tertio sic.ꝑ indiciũ illicitũ fit iniuria proximo. sꝫ suspicio
mala in sola opinione hominis consistit, ⁊ sic nõ videtur ad in
iuriam alterius pertinere.ergo nõ videtur illicitũ suspicionis
Opponit ⁊ Respõdet.
indiciũ. ❡ In oppositũ est tex.p̃ñtis.c. ❡ Rñsio.dicẽdũ iuxta
2 gl.p̃ñtis.c.†ꝙ triplex est suspicio.q̃dã eñ dicitẽ violẽta: q̃ pro
facto reputatur:vt si inueniatur suspect⁹ cũ suspecta in eodem
lecto:⁊ hmõi:⁊ de ista est cõclusio ꝙ licitũ est de ea iudicare. pa
tet ꝯclusio.qñ talis qñqꝫ inducit cõdẽnationẽ.vt.xxxij.q.j.di-
xit dñs.⁊ ex̃.de p̃sump.c.ij.⁊.C.de adulte. q̃uis. qꝺ aũt sufficit
3 ad cõdẽnationẽ alicui⁹ nõ dubiũ sufficere ad iudicãdũ†.ij.su-
spicio dicitur ꝓbabilis:q̃ cõsurgit ex suspitionib⁹ aliquibus:
⁊ fama crebrescẽte,⁊ de ista est cõclusio ꝙ talis nõ sufficit ad iu
dicãdũ nihilomin⁹ qñqꝫ purgationẽ ĩducit,ista ꝯclusio patet.
j.q.v.p̃sbyter.⁊.ff. qꝺ me.cã.l.vlt.⁊ ex̃. de pur.ca.si quis ex gra-
du.⁊ ex̃.de p̃sump.illud. Et ad vidẽdũ q̃ ⁊ qualis suspicio suffi
Io.and.
ciat ad inducẽdũ purgationẽ vide extra de offi.ordi.ex parte.
in vltima glo.⁊ sup ea.ꝑ Io.and.vbi dicit.ꝙ solius epi occulta
suspicio nõ sufficit:sꝫ ꝓbabilis epi ⁊ aliorũ sufficit.iij.est suspi
cio leuis q̃ in nullo mouet animũ iudicãtis vt in hoc.c.⁊.vj.q.
j.oues.q̃ ꝑsumptio surgit a malis hoĩbus,⁊ ex leuibus causis
siue iudicijs:puta vt si qs videret virũ semel loq cũ muliere,⁊
statim presumit de malo,⁊ mala presumit: qñ dubia in melio-
rem partẽ sunt interpretanda. ex̃ de reg.iur.estote. vt aũt no-
S. Thom.
4 tat sanctus Tho.in.ij.ij.q.lx.ar.iij.† ista leuis suspitio cõtin-
git ex trib⁹.vno quidem modo. ex hoc ꝙ aliquis in seipso ma
lus est.⁊ ex hoc ipso ꝙ cõscius sua malitia faciliter de alijs ma
lum opinatur.ẽm illud eccle.x.in via stultus ambulãs cũ ipse
sit insipiens oẽs stultos estimat. Alio modo prouenit ex hoc
ꝙ aliquis contẽnit vel odit aliquẽ:aut irascitur:vel inuidet ex
leuib⁹ signis opinaẽ mala de ipso. qꝛ vnusquisqꝫ faciliter cre-
dit:qꝺ appetit.tertio mõ prouenit ex longa experientia. vnde
philosophus dicit in.ij.rheto.ꝙ senes sunt maxime suspiciosi
qꝛ multoties experti sunt aliorũ defectus.prime due suspicio-
nis cause manifeste ꝑtinẽt ad ꝑuersitatẽ affectus.iij.vero cau-
sa diminuit rationẽ suspitionis:inquãtũ experiẽtia ad certitu
dinẽ proficit:q̃ est cõtra rationẽ suspitionis.de ista sic dicta le-
ui suspitiõe sunt aliqũe cõclusiões iuxta sanctũ tho.vbi supra.
Prima cõclusio.
5 ❡ Prima† ꝙ ex leuib⁹ indicijs:de bonitate alterius dubita-
re incipiat est veniale peccatũ patet. pertinet eñ ad tẽtationẽ
humanã:sine qua vita ista nõ ducitur.vt habetur in glo.super
Secũda cõclusio.
illud.j.ad cor.iiij.Nolite ante tempus iudicare. ❡ Secũda cõ-
6 clusio.†ꝙ aliquis ꝑ certo malitiam alterius estimat ex leuib⁹
indicijs si hoc sit de aliquo graui est peccatum mortale. patet
ꝯclusio qñ hoc nõ est sine cõtemptu ꝓximi.vnde glo.j.ad Cor.
subdit.Si ergo suspitiones vitare nõ possumus : qꝛ homines
sumus:iudicia tamen.i.diffinitiuas sñias continere debemus.
Tertia cõclusio.
7 ❡ Tertia ꝯclusio.†Non est licitũ ex talibus suspitionib⁹ ali-
quem iudicare:imo iudex ex talibus suspitionib⁹ procedẽs ad
aliquẽ cõdẽnandũ peccat mortaliter.patet ꝯclusio ex.c.presen
ti.⁊.c.oues.vj.q.j.Et patet ratione. qñ talis ex tali leui suspi-
tione ad condemnationem ꝓcedens manifeste cõtra iustitiam
egit. ❡ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum
Ad primũ argu.
in prin.questionis. Ad primam respondetur:quoniam non ꝓ
cedit quoniam illud.c. loquitur de suspitione violẽta: que quã
doqꝫ sufficit ad iudicium faciendum.in capit.vero presenti fit
sermo de leui.de qua non licet ad iudicium procedere. ❡ Ad
Ad scdm.
secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est
iuxta sanctũ Tho.quoniam in humanis actibus bene inueni-
tur aliqua certitudo:licet nõ tanta quãta in demõstratis. inue
nitur tamẽ tanta sicut in tali materia sufficit.puta cũ aliquid
Ad tertiũ.
ꝑ idoneos testes probatur. ❡ Ad tertiam respondetur negã-
do minorem.dicimus enim ꝙ ex hoc ipso ꝙ aliquis malã opi-
nionẽ habet de aliquo sine sufficiẽti causa:indebite cõdemnat
Exponit li teram.
ipsum,⁊ per consequens iniuriatur ⁊c. Litera sequitur. Lege.
❡ [Primo.]diximus quandoqꝫ documenta obseruẽda a iu-
dicibus contineri in hac litera. Primũ est inquisitio diligens
veritatis ibi : diligenter ⁊c. quoniam aliter non possumus ad
veritatem peruenire.xxiij.q.ix.occidit. vnde iob.xxij.dicitur.
causam quam ignorabam diligenter inuestigabam. secũdum
est vt cause diffinitio fiat cũ zelo iustitie ⁊ desiderio correctio-
nis ⁊ salutis proximi non ex odij fomite.ibi cũ iustitia ⁊c. sap.
j.diligite iustitiam qui iudicatis terram.iij.est vt null⁹ condẽ-
netur non seruato ordine iudiciario ibi neminẽ ante. [aposto-
lus].j.ad corin.iiij. Nolite ante tempus iudicare.[Uerũ] quo
ad causam[iustũ]quo ad ordinem. [iudiciũ].i. probationem.
vt.j.e.q.deus.Hu.⁊ archi.iiij.est nullũ ex suspitionis arbitrio
iudicare[suspitionis,]scilicet temerarie siue leuis. vt.j.vj.q.j.
oues. [Probate].i. examinate. [legitimo tramite]iuris. Si-
mile.j.e.q.c.deus Alioqui idem esset iudex, ⁊ actor:sine accusa
tor.quod esse non debet.j.e.multi.⁊.iiij.q.iiij.c.j.⁊ extra.de ver.
8 signi.forus. Et est hic.ar.†ꝙ iudex non secundũ conscientiam
sed ẽm allegata tenetur iudicare.ẽm Hug.quod dic:vt no.iij.
q.vij.iudicet.⁊ extra.de offic.ordi.c.j. ⁊ de offi.deleg.c.pastora-
lis.§.qꝛ vero.Archid.[Charitatem].i. ex charitate causa cor
rectionis procedentem.v. est illud quod vobis ⁊c. ibi [qꝺ vo-
bis non vultis]hoc sumptum est ex verbis Thobie.iiij.vbi di
citur,ꝙ ab alio oderis tibi fieri:vide ne alij facias. hoc etiam
habetur.S.dist.j.c.humanũ genus.item.xlv.dist.c.iij.in fi.⁊ ex-
tra.de maio.⁊ obe.dilecti.

1 ☞ Accusare an quilibet possit.
2 Mulier regulariter repellitur ab accusando:nisi in casibus. ⁊
numero.15.
3 Pupillus regulariter prohibetur ab accusando.
4 Militare officium dicitur sacramentum.
5 Magistratum habens non debet accusare.
6 Fraus ẽm veteres dicebatur pena.
7 Magistratus delinquens an possit cõueniri durante officio.
8 Paupertas de se non est vituperanda.
9 Liberi ⁊ liberti etiam prosequendo suam iniuriam non pos-
sunt accusare parentes ⁊ patronos nisi in casibus exceptis:
quos ibi vide.
10 Abolitio quid dicatur.
Et ꝙ sit triplex.nu.11.

12 Consensus accusati an sit necessarius in danda abolitione priuata.
13 Accusatus ⁊ accusator si volũt ꝙ detur abolitio: an iudex debet eam dare.
14 Annone crimen quid dicebatur.
16 Mulier quãdo admittitur ad accusandum: an teneatur se inscribere ad penam talionis: an incidat in turpilianum.

Prohibetur. Ad idem propositũ inducit gratianus hoc.c. sumptum ex libro.ff.titulo.de accusa.⁊ in scrip.in quibꝰ numerantur.x.psone. q̃ ab accusatione repellũtur. nisi suam vel suorum iniuriam ꝓsequantur. *Continuatio.* Et cõtinuari põt sic ad precedẽtia. Supra.in.c.illo nihil dictum est. ꝙ nullus est cõdemnandus sine accusatore. Ne autem videretur. ꝙ quilibet ad accusandum admitti deberet: inducit magister leges istas in quibus ostendit qui sint repellendi ab accusatione. dicit aũt hu. ꝙ in hoc capitulo plenũ documentũ tradiť de ordine iudiciario: dum ostenditur qui nõ possint accusare. *Diuisio.* Et diuidi põt in quatuor partes hoc.c. in prima parte describit.x. personas que prohibentur accusare. in.ij. excipit casum: in quo accusare possunt: videlicet si suam vel suorũ iniuriam ꝓsequãtur. in.iij. limitat vnũ casum in quo quis nõ accusatur. in.iiij. ponit crimen speciale in quo alias prohibitus accusat.ij.ibi: hi tñ oẽs. iij.ibi: ab alio delatum.iiij.ibi: mulierem. ¶ Pro pleniori itelligẽtia huius.c. queritur†
Questio. 1 vtrum quilibet possit accusare. Et videtur ꝙ sic. dicitur leuitici.v. Cuilibet fideli si peccauerit oĩa ⁊ audierit vocem iurantis testisq́ fuerit, ꝙ aut ipse vidit aut cõscius est nisi indicauerit portabit iniquitatem suã. ex quo sicut dicit *August.* augustinus videtur lex dicere peccare hominẽ q̃ scit aliquem falsum iurare ⁊ tacet. ergo videtur ꝙ quilibet iure diuine legis possit imo teneatur accusare aliũ. *Opponit ⁊ R̃ndet.* ¶ In oppositum est textus p̃ntis.c. ¶ R̃nsio. dicẽdũ ꝙ qlibet accusare p̃t q̃ nõ prohibetur.ff. qui.ex cau.ma.necnon.§.quod eis prohibentur aũt aliqui sicut patebit in expositione litere que sequiť. *Exponit literam.* Lege. ¶ [Prohibẽtur] vbi nota ꝙ gratianus ponit hic simul quinq́ leges que segregatim ⁊ diuisim ponuntur in predicta rubrica: quarũ prima incipit qui accusare.ij.iij.⁊.iiij.incipiũt immediate post illam,l.accusare. Sequitur quinta que incipit mulierem.
2 [Alij ꝓpter sexũ: vel etatẽ: vt mulier.] †regulariter repellitur mulier: nisi ꝓsequať iniuriam suã. vt hic, sed fallit in certis casibus ẜm azo. quod dic ẜm dictam.l.qui accusare.ff.de accu.⁊ de
3 hoc etiam nota.xv.q.iij.de crimine.cũ sequẽti.c. ¶ †Scdo pupillus etiam regulariter prohibetur. qđ dic vt not.ff.de accus. l.ij.⁊.l.qui accusare. Et hoc dicũt quidam qꝛ discretione caret. iij.q.vij.xv.tria. ẜm Archid. ¶ Tertio alij propter sacramentũ vt milites qui astricti erãt reipublice. iurabãt eñ nõ se euitaturos mortem pro re publica,⁊ semper eius vtilitati intẽdere,⁊ ideo non admittebãtur ad accusationẽ: ne ob hoc impediti vtilitatem reipublice pretermitterẽt.⁊ sic periurium incur-
4 rerent.hu. Notat† ꝙ militare officiũ dicit sacramẽtũ. qꝛ charactere militari insigniunť: vt dicit *August.* Augustinus ad bonifacium vt qui stipendiũ quod de cõi milites consequebanť. vnde beatus Jo. dicebat militibꝰ. Contenti estote stipẽdijs vestris Luce.iij. Alij ꝓpter magistratũ nõ quãtũcũq́ modicũ: sed habẽ-
5 tem merũ imperiũ. vt est consulatus.† Magistratũ enim habens nõ debet accusare ne calũniam faciat ex sua potestate [si-
6 ne fraude], i. sine pena.† fraudem enim penã veteres interpretati sunt.ff.de redhibitoria.l.cũ autẽ.§.ij. Sed hodie aliud est fraus ⁊ aliud pena.ff.de ver.sig.aliud. [Nõ possunt] vnde puniũtur qui tales vocant. *Opponit ⁊ R̃ndet.* sed contra hoc videtur haberi.s.j.q. j.iubemus. vbi diciť ꝙ possunt vocari in ius. Sed respõdetur iuxta glo.⁊ hu.primo. ꝙ illud loquiť de perpetuis magistratibus: quos iniquũ esset nunquã vocari in ius. Hoc autem.c. loquitur de magistratibꝰ temporalibus: vel illud de minoribus: hoc autem de maioribus: vt dictum est: vel illud de commissis in administratione. iustum est enim: vt qui in administratione peccant: in ea puniantur. hoc de commissis ante. Hug. ¶ Ex
Questio. R̃ndet. 7 his soluitur questio qua queritur.† vtrum magistratus delinquens posset conueniri durante officio. Ad hoc respõdetur ꝙ aut loquimur de magistratibꝰ sola dignitate: sine administratione: vt comites,⁊ marchiones, et isti possunt. C. vbi sena. vel clari.l.ij. Aut cum dignitate ⁊ iurisdictione,⁊ tũc aut sunt minores.⁊ isti possunt cõueniri durante officio. vt.l. nec magistratibus. ff. de iniurijs. Aut sunt de maioribus, ⁊ tunc aut sunt perpetui,⁊ tales possunt conueniri: ne delictum maneat impunitum. vt no. in dicta.l.iubemus. Aut sunt temporales, ⁊ tunc si delinquunt circa officium possunt conueniri,⁊ sic loquitur.l. iubemus. aut extra officium.⁊ sic non possunt. vt hic. Alij propter delictum persone: scilicet propriũ. vt criminosi ⁊ infames tales enim merito prohibẽtur ab accusatione: quia viles sunt: ⁊ faciliter proni sunt ad commenta falsitatis. Admittũtur tamen in certis criminibus ad accusandũ et testificandum. Alij propter turpitudinem prohibentur enim alij propter suspitionem turpis questus: vt qui duos reos in diuersis iudicijs habet iudicio nondum finito: tertium accusare non potest nisi suam vel suorum iniuriam prosequantur. presumitur enim ꝙ is qui aduersus duos inscripsit ⁊ tertiũ vult accusare ex ipsa importunitate ⁊ desiderio accusandi videtur velle cum singulis reis configere: vel transigere: vt sic aliquid lucretur in vnaquaq́ transitione. [duo iudicia]. i. duas accusationes de diuersis criminibꝰ. ioff. archi. [numos]. vij. prohibentur ab accusatione qui ad accusandum vel non accusandum pretium accepit. Talis enim crimen concussionis committit: et tenetur ad restitutionem faciendam ei: qui dedit si non turpiter dedit. alias in cuius iniuriam datũ fuit ad accusandum eũ: qui non debet accusari. Hug.⁊ non accusandum eum qui debet accusari. Hu.⁊ archi. viij. alij propter conditionem: vt seruꝰ: vel propter reuerentiam quam tenent ex sua conditione exhibere aliquibus personis. vt liberi liberti contra patronos beneficiati serui familiares tales nõ possunt accusare patronos suos criminaliter: nec etiam ciuiliter.iij.q.vlti.§.vlt. nisi in criminibus specialibus: de quibus habes.xij.questio.ij.§.in criminali.ix. [Alij propter suspicionem calumnie subornati]. i. instructi in alia causa ad falsum testimoniũ dicendũ. Hug.io. [Nonnulli
8 propter paupertatem.] † Non ꝙ paupertas de se sit vituperã-
a da cũ non sit de genere malorum.[a] imo si voluntarie sumatur beatificat. Matt.v. beati pauperes spũ. hec est que perfectos discipulos Christi facit. Matth.xix.⁊ Luce.xiiij. Loquiť autem de paupertate quam quis inuite patiť: quoniam talis facilius corrũpitur: vel presumiť corrũpi: q̃ diues. qꝛ ad turpia cogit egestas. hoc patet primo ex illo qđ dicebat salomon. prouer.iij. diuitias ⁊ paupertatem ne dederis mihi ⁊.j. ne egestate compulsus furer,⁊ periurem nomen dei mei.⁊.s.eo. in primis. patet lege fori: vt hic.⁊.iiij.q.iij. testimoniũ. Si autem quis sit bone opinionis: vt nũquam pro paupertate credatur mentiri: licet sit pauper ⁊ minus habeat q̃ hic dicitur de.l. aureis. non repellitur. Hoc enim non fuit statutũ nisi propter malos qui corpꝰ animo,⁊ numũ preponũt deo. Hug. [hi tamen]. ij. pars. ẜm Jo. de fantu.⁊ est initiũ legis,⁊ durat vsq́ ad verbũ mulierem Arch. [Nõ excludũtur]. iiij. questio. vj. omnibꝰ. [omnes.]
9 Non comprehendit omnes supradictos.† Nam liberi ⁊ liberti etiam prosequendo suam iniuriam accusare non possunt parẽtes ⁊ patronos nisi in criminibꝰ exceptis: scilicet lese maiestatis: simonie,⁊ sacrilegij: heresis. nec etiam experiri contra eos interdicto vnde vi: vel huiusmodi. sed tantũ actione in factũ: nisi forte de atroci iniuria: de qua possunt accusare secundum quosdam. secũdũ alios non. sed agere ciuiliter. ne ergo intelligank comprehendi diciť [liberti] Hug.⁊ archi. [Conqueri.] verbis scilicet temperatis actione in factũ simpliciter proponendo. non famosam accusationem.ff. de in ius vocan.l. sed si. §.pretor. hoc est quod sequitur conqueri. scilicet ciuiliter velut si dicant ⁊c. sed non vt crimen violentie: nisi atrocem iniuriam fecissent inquit glos. [intendant] agendo contra eos criminaliter vel etiam interdicto vnde vi. Hug.⁊ Archid. [Nã ⁊ facilius] inducit ad hoc exemplũ. vnde si femina fingat se peperisse cũ non fuerit grauida, ⁊ supponat sibi partum alterius forte odio filij: vt paternam hereditatem insolidum non habeat: aut obtineat: non poterit filius accusare matrem.l.corñ. de fal. que talem mulierem dicit decapitandam. C.ad.l. corneł. de fal.l.j.⁊ sicut dictũ est non potest eam facere ream: poterit tamen conqueri de ipsa actione in factum: vel officium iudicis implorando. [sed eam ream facere], idest accusare. [cornelia.] de falsis. Hug. [ab alio delegatam], tertia pars. ab alio delatũ. idest accusatum [alius non potest deferre] idest accusare de eodem crimine. pendente et durante accusatione sed nec postea: quia aut absoluitur reus per sententiam a iudice quia vult ei parcere,⁊ cũ eo dispensare: licet sciat crimen eius ⁊ sit ei probatum: aut absoluitur ab obseruatione iudicij. puta quia aduersarius defecit in probatione. Aut absoluitur interueniente absolutione. in primo casu de tali crimine postea non replicabitur: nec accusabiť: nec ob hoc poterit repelli ab accusatione vel testimonio: vel promotione: vel publico actu quem alias posset exercere. in secunda similiter de tali crimine non poterit iterũ accusari: nec de amisso eiusdem hominis sepius queratur: nisi in duobꝰ casibꝰ. videlicet primo si primus accusatus cõuincať de preuaricatione,⁊ tũc aliꝰ admittiť,⁊ nõ ante vt.ff.de

a ¶ De gñe malorum. Ad de Spec. in ti. de teste.§. j.v. itẽ ꝙ est paup. Inn. in ca. sedes ap̃lica. de rescrip.⁊ excusat paupertas ẽt in foro cõsciẽtie vt ẽt excõicatus absoluať nõ fctã satisfactiõe ob pauptatẽ. i.c.cũ tu. de vsur.⁊ in c.a nobis.ð sen.excõ.⁊ i cle.j.§. vex.⁊ ibi Zaba. i cle. ij.§.j.p gl.⁊ car. zaba. de here. Et paupertas dr̃ eximia qñ qs stat i hospitali.l. si qs ad declinandã.C. ð epi.⁊ cle. Alex. i l. accusare. ff. de accu.

preuarica.l.ꝓuaricationes.⁊.C.de accu.si quis homicidij. Scdo si secundus accusator suorũ vel suã iniuriã ꝓsequatur. vt doceat se ignorasse accusationẽ ab alio institutã. vt.ff. de accu.l.si cui.§.hisdẽ.⁊ in his duobus casibus accusabiť ab alio,⁊ non ab eodẽ. In tertio casu scꝫ si absoluitur interueniẽte abolitione accusari potest de eodẽ crimine ab codem: vel ab alio: sꝫ differẽter. Et ideo videndũ est quid sit abolitio ⁊ quot
10 sunt genera abolitionis.† Abolitio autem est institute accusationis peremptio: que fit quãdo nomẽ rei siue accusati de nu-
11 mero reorũ aboletur.† Est autẽ abolitio triplex: aut publica: aut priuata: aut ex lege publica que fit ob diẽ insignẽ: vel rem prospere gestã: vel publicã gratulationẽ: puta nato principis filio: vel deuicta ciuitate: vel recuperata pace,⁊ propter hoc repentine ferie a principe inducũtur: nõ eñ de alijs sed de repẽtinis ferijs hoc est intelligendum: scꝫ ꝙ talis abolitio habeať: ⁊ tũc sua authoritate põt accusator desistere. priuata est quando accusator dicit se temeritate: vel errore: vel calore animi accusasse,⁊ petit a iudice abolitionẽ reo presente ⁊ consentiente. vt.C.de aboli.l.abolitio. Abolitio aũt ex lege fit cũ accusatore defuncto: vel iusta causa impedito. vt iam non possit accusare reus postulat nomẽ suum aboleri. vt.ff.ad turpil.l.abolitio.⁊ qualibet istarũ abolitionũ aboletur libellus accusationis. vñ si idem accusabit eundẽ postea de eodẽ crimine oportebit eum inscribere post qualibet istarũ abolitionũ admittitur accusator sed differẽter. Nã quo ad abolitionẽ publicã idem accusator reum petere põt finitis ferijs infra.xxx. dies. vt.ff.ad turpil.l.si quis.⁊.l.sequenti. In abolitione autẽ priuata ⁊ ex lege nõ admittiť ille qui destitit. vt.ff.ad.l.turpil.l.qui destitit. sed alius. Sed nec alius admittitur: nisi infra.xxx. dies vtiles. vt j.e.q.vlti. libellorum. Est ergo sensus ꝙ alius nõ potest differre: sed interueniẽte abolitione põt.⁊ hoc est ẜm eum qui ⁊c. [desistente morte] vel iusto impedimento. ẜm Hugu. [de reis]. i. de numero reorũ deferre nõ ꝓhibetur: sed tantũ infra.xxx. dies. vtiles ⁊ non postea. quis aũt petere possit abolitionẽ no.j.e.q.
Questio. 12 iij. ¶ Sed hic surgit questio multiplex.† Prima vtrũ in danda abolitiõe priuata sit necessarius cõsensus accusati. Ad hoc *Respõdet.* respõdent ꝙ si reus siue accusatus passus fuerit aliquas iniurias scꝫ tormentorum: vel carceris: vel fama ipsius aliquãtulum denigrata est: nõ dabitur abolitio sine eius consensu. imo tunc si reus voluerit accusator cogi debet: vt suã accusationẽ prosequatur: aut actionẽ: vt talionem recipiat ⁊ accusati fama clarescere possit. C.de aboli.l.fallaciter. Si vero nihil tale passus est etiã eo inuito dabitur abolitio,⁊ hoc infra.xxx. dies non autẽ
Questio. 13 postea. vt.C.de aboli.l.vlti. ¶ Sꝫ hic surgit alia qđ.† Ponať casus ꝙ accusator ⁊ accusatus volunt vt detur abolitio. Nunquid iudex debet eã dare: tunc indifferenter r̃ndeť iuxta Hu. *R̃ndet.* ꝙ non. Nã in maximis criminibus puta lese maiestatis ⁊ patrie prodite ⁊ hmõi non dabitur abolitio: quãuis vtraq́ pars velit. Itẽ si testes ingenui iam sicut verberibus vel tormentis suppositi: non dabitur abolitio: etiã cũ cõsensu vtriusq́ partis. Item accusatori fallaci ⁊ fallaciter accusanti abolitio non debet dari. hoc totũ habetur. C.de aboli.l.fin.⁊.C.de calũ.l.fallaciter. [Mulierem] quarta pars.⁊ est lex per se vsq́ in finẽ.
14 [ad annonã.] † Crimẽ annone dicebatur qñ quis publicã annonam: que debebat dari militibus defraudabat vel vt annona carius venderet faciebat. Ad accusationẽ eñ huius criminis ⁊ milites,⁊ serui,⁊ infames admittebãtur. vt dr̃ i hac lege.
15 [Admittũtur] ad hãc accusationẽ. Hu.† admittitur etiã mulier in crimine simonie. vt extra de simo.c.tanta. Et idem põt dici in alijs criminibus exceptis. Et idẽ in crimine lapidationis qꝛ exceptũ est vt.j.e.q.vij. quapropter.⁊ qꝛ equiparať crimen defraudate annone ad cuius accusationẽ admittiť femi-
Questio. 16 na. Sed hic surgit questio.† Utrũ mulier cum admittitur in his casibus ad accusandũ teneatur inscribere se ad penam ta- *Respõdet.* lionis: aut incidat in turpilianũ. R̃ndetur ẜm Archid. hic ꝙ non. allegat.l.j.§.accusationẽ.ff.ad turpil.⁊.l.mulier. Nec ob. e.titu.l.si femina. Nam ibi loquitur de femina: que destitit ab accusatione: puta corrupta. secundum Goff. quod dic: vt not. in summa de accu. in prin. Archid. [famosi milites] serui audiendi etiam contra dñm.ff.de iudi.l.vix. scdm Accur. Arch.

His omnibus. §. est in quo Gratianus cõcludit ex premissis canonibꝰ ⁊ legibus ordinẽ iudiciarium esse seruãdum: sed non in notorijs. vnde statim excipit,⁊ ratio est. quoniam vt in.§.sequẽti dicit: accusatio ⁊ cetera ad ordinẽ iudiciarium pertinentia sunt instituta vt reus calliditate aduersantiũ non possit opprimi,⁊ ne rei tergiuersatiõe crimẽ celetur. vt quia cessante causa: cesset effectus. ideo in notorijs (in quibus he rationes cessabũt) cessabit effectus. Et ideo in notorijs hec non sunt inquirẽda: nec exiguntur. ẜm Hugu. [incipit ergo] secunda pars huius questionis: in qua probat. ꝙ in notorijs non obseruatur ordo iudiciarius nec accusator est necessarius. Et hoc probat per tres authoritates secundum Joan. Archidia.

2 ¶ Fama diciť duplex,⁊ refertur ad bonam,⁊ ad malã. nu.3.
4 Fama quid sit.⁊ numero.5.
6 Rumor in minus se habet quam fama.
Et quid dicatur rumor. numero.7.
8 Occultum omnino quid dicatur.
Et quid pene occultum. numero.9.
10 Manifestum quid dicatur.
11 Notorium dicitur triplex: iuris: facti,⁊ presumptionis.
12 Notorium iuris quid dicatur.
Et quid dicatur notorium iuris duplici de causa. nume.13.
14 Notorium facti quid dicatur.
Et ꝙ sit triplex. numero.15.
17 Citatio ꝙ requiratur in notorio facti.
18 Sententia requiritur in notorio facti: licet non cum solennitate solita.
19 Ordo iuris non est necessarius in notorio presumptionis.
21 Probatio nulla requiritur in notorio facti permanentis.
22 Probatio plena requiritur in notorio facti transeuntis actu aut momentanee.
Et semiplena in notorio facti interpollati. numero.23.
24 Probatio requiritur in notorio iuris: si negetur.
25 Appellationi an sit deferendum in notorijs.
26 Crimen esse notorium quomodo possit sciri.

Manifesta. Ad probandum id qđ dictum est in.§.precedenti. videlꝫ, ꝙ in notorijs ordo iudiciarius non sit seruandus: inducit magister hoc.c. qđ est beati Ambrosij sup epistolam ad Corint. Breue est non diuiditur. Litera est plana. quoniam de his disputauimus.s.e.causa.⁊.q.ca.nihil. Nihilominus pro pleniori intelligentia huius.c. queruntur tria.
1 ¶ Primum est: vtrum notorium differat a manifesto.
16 ¶ Secundum est vtrum in notorijs sit ordo iuris seruandus.
20 ¶ Tertium est: vtrum in notorijs requiratur probatio ⁊c.
1 **Ad primum** sic procediť.† Et videť ꝙ nõ differat: primo ex.c.presenti manifesta. *Primũ ar.* ¶ Secundo ex duobus capitulis sequentibus. *Scdm ar.* ¶ Tertio idẽ patet infra.iij.questione.v. quia suspecti in quibus locis manifestum ⁊ notorium non differunt. *Tertiũ ar.* ¶ In oppositũ patet per doctores hic, ꝙ manifestũ non capiatur pro notorio. *Opponit ⁊ R̃ndet.* Respondeo dicendum manifestum ⁊ notorium differunt: sicut superius ⁊ inferius. Nam omne notorium est manifestum: sed non econuerso. Pro quo notandum iuxta Raymun.⁊ Hostien.⁊ *Raymũdꝰ. Hostien.* alios doctores differentiam inter ista nomina fama: rumor:
2 occultum omnino: pene occultũ: manifestum: notorium.† Fama vero vt dicit Hostiensis in summa duplex est: quia alia est fama que habetur de homine: alia est fama que habetur inter homines: quãuis hec de proxima predicare possit. Fama que habeť de homine sic describitur. fama est illese dignitatis: status vita, ⁊ moribus approbatus.ff.de varijs ⁊ extraordina. cogni.l.cognitionum. Et crudelis est: qui talem famam negligit.xij.questione.j.nolo. Sed quia hec videtur esse descriptio
3 tantum bone fame: non autẽ male † cum tamen fama referatur ⁊ ad bonam ⁊ ad malam. vnde appellatur quis famosus latro.l.capitalium.§.famosos.ff.de penis. describẽdo ergo fa-
4 mam in genere dominus *Abbas.* Abbas describit eam sic † ꝙ est communis locutio ex verosimilibus coniecturis: quia als proprie non esset fama: saltẽ quo ad iuris effectũ: sed sunt varie voces populi. de quo plene per Bartol.in.l.de minorum.§.tormenta.⁊ per gloss.⁊ docto.in.c.inquisitionis.⁊.c.cum oporteat. de
5 accusa.† Fama autem que habetur inter homines: sic describitur scdm *Hostien.* Hostiensem: fama est publica seu famosa insinuatio: vel proclamatio cõmunis ex sola suspitione vel incerto authore proueniens, vt de consecratio. distinctio.iiij. sanctum est.
6 † Rumor vero in minus se habet q̃ fama. vide bonã glossam iuncto titu. de eo qui cognouit consanguine vxor. sue. in.c. super eo.⁊.xxvj.questione.vj.si duo. Unde describitur sic secũdũ
7 Hostiensem ⁊ Specu.† Rumor est particularis insinuatio ex sola suspitione vel incerto authore proueniens. argumen. distinctio.c.super eo.s.allega. de eo qui cogno.consan.vxo.sue.
8 † Occultum omnino dicitur ẜm Hostien. quod nulla ratione potest probari,⁊ de quo nullus loquitur: quia nescitur ꝙ vindictam non habet in seculo.xxxij.questione.v.christiana. vnde relinquitur diuino iudicio.xxxij. distinctio. erubescant.⁊.vj. questione.j.si omnia. Suspendit tamẽ hominem quantum ad se,⁊ quantum ad deum. vt.xxxiij.dist.habuisse.⁊.j.q.j. sacerdo-

9 tes.† Occultū pene dicitur sm eundē qđ scitur ab aliquibus:
puta duob⁹: vel tribus.vnde est singularis ⁊ priuata insinua-
Abbas. tio:ex sciētia ⁊ certo anthore proueniēs.Uel sic sm Abbatem
dicitur id qđ probari pōt:sed cū difficultate. Unde dictio pe-
ne diminuit sicut dictio quasi.vt de cōfirma.vti.c.cum dilecta.
10 †Manifestū dicitur sm eundē publica seu famosa insinuatio
seu ꝓclamatio ⁊ cōis ex certa scientia ⁊ certis authorib⁹ pau-
11 cis tamen proueniēs.†Notorium aūt triplex est.scʒ iuris ⁊ fa-
12 cti,⁊ psumptionis † notoriū iuris sic describitur sm Hosti.est
volūtaria ꝯfessio:clara ꝓbatio:iusta ⁊ irretractabilis diffini-
tio facta in vero iudicio.dr autem spontanea ꝯfessio:qꝛ ex cō-
fessione spontanea in iure facta oriṫ notoriū.vt extra de coha.
cleri.⁊ mu.c.vestra.Et qꝛ ꝯfessus in iure pro cōuicto habetur.
extra de ꝯfess.ꝑ totū.⁊.C.de cōfes.l.vna.⁊.ff.ad.l.aquili.ꝑinde.
Item ex clara ⁊ indubitata probatione etiā oritur notorium.
vt.in.c.cū olim.de verbo.sig.Item ex diffinitione seu snīa non
pōt amplius retractari.vt extra de re iudi.c.cū inter.Nā res
iudicata pro veritate accipiṫ.vt in.l.res iudicata.ff.de re iudi.
13 ⁊ in dicto.c.cū inter.† Et dr notoriū iuris duplici ex causa.vel
qꝛ oritur in iure.i.ex his que in iudicio fiunt vel ex eo ꝙ iuris
14 arbitrio inducitur.† Notoriū facti describitur dupl'r.vno mo
do iuxta Archi.hic,ꝙ est crimē cui⁹ testis est populus,⁊ dissi-
mulationi nō est locus.ista diffinitio ꝓbatur.ff.de insti.actio.
sed si pupillus.§.pscribere.ff.de ritu nup.palā.in prin.lxi.dist.
sacerdotibus.in fi.⁊.ff.de vb.sig.palā.populum intelligo ma-
iorem partē ppli.ff.ad municip.qđ maior.sm Laur.⁊ ita hoc
intelligitur siue sit crimen notum omnibus:qui sunt in illo lo-
co:villa:vel parochia:siue maiori parti. Scđo describitur sic
sm Hosti.Est publica seu famosa insinuatio:vel ꝓclamatio,⁊
cōis ex euidentia rei proueniēs:que nulla pōt tergiuersatione
celari.qñ scʒ ita deprehensus est quis in crimine:vel ita patēs
⁊ certū est delictū oībus,ꝙ nō est locus inficiationi:qꝛ omnes
vel maior pars hominū hoc sciunt.vt extra de coha.cle.c.ve-
stra.in fi.⁊.c.tua.⁊.c.vlti.e.ti.⁊.c.euidētia.de accu.⁊.C.de penis.
15 qui snīam cū si.† Hoc aūt notoriū facti est triplex.Nā quoddā
est notoriū permanens facti:vt ꝙ palatiū dñorū est in platea:
siue vt cū quis tenet adulterā publice in domo:seu etiā concu-
binā.⁊ istud proprie debet dici notoriū.quasi res nota oībus
volentibus videre.ꝓbatur hoc in aut.qui semel.C.quomodo
⁊ qñ iudex.⁊ dicto.c.euidentia. Scđm est notoriū facti trāseū-
tis,⁊ nō redeūtis.vt si in cōspectu populi aliquis fuerit inter-
fectus.nā potest dici notoriū pro tunc:nō autē ꝙ sit notorium
pro nūc.Tertium est notoriū facti interpollatū exēplum in eo
qui est paratus semꝑ ad mutuandū sub vsuris. Nam nō semp
mutuat:sed interpollatim:licet possit dici habere actū conti-
nuum respectu aptitudinis:sed nō actus.Quartū est notoriū
presumptionis seu facti presumpti:sicut paternitas ⁊ filiatio.
Unde dr ꝙ est euidentia iuris vehemēter psumpta:cui crediṫ
facultate probationis deficiente:vt si aliquis publice est habi-
tus pro filio alicuius vel affine ⁊ hmōi. Et hec sufficiant pro
declaratione terminorū.patet etiā responsio ad.c.inducta.ꝙ
manifestum ⁊ notorium non differant:quoniam procedunt de
manifesto generaliter sumpto,quod quandoque ponitur pro
notorio sicut hic ⁊ in sequentibus capitulis:sed cum accipitur
proprie species est de per se differens a notorio,⁊ habet se in
minus quam notorium:vt dictum est.

Ad secundum sine argumentorum preludio.
Rñdet. Rñdetur per certas conclusio-
Prima cō- 16 nes.† Prima in notorio facti ordo iuris non requiritur: qui
clusio. aꝉs regulariter est obseruandus.ptʒ ista cōclusio ex.c.psenti.⁊
ex.c.infra.de manifesta.⁊ extra de accusa.euidentia.⁊ de iniur.
Scđa ꝯclu- 17 ad nostrā.¶ Scđa ꝯclusio.† in pfato notorio requiriṫ citatio
sio. que cōclusio colligitur ex prefato.c.ad nostrā. Uerū dicit Ni-
colaus abbas,ꝙ vbi factū est ita notoriū,ꝙ certum est absen-
ti nullā defensionem ei competere:tunc non est ei necessaria ci-
tatio qꝛ illa fit : vt se defendat,⁊ sic dicit intelligendum.c.cum
olim.de re iudi.⁊.l.ij.ff.de admini.re.ad ciui.perti.⁊.c.venera-
bilem.de elec.qñ vero potest cōpetere aliqua defensio quod est
quasi regulare,⁊ tūc requiritur citatio aꝉs non valebit senten
tia.Et ita intellige tex.in.c.fin.iuncto.c.j.de offi.deleg.lib.vj.⁊
Tertia cō- 18 clemē.pastoralis.de re iudi.¶ Tertia ꝯclusio † est ꝙ in noto-
clusio. rio predicto requiritur sentētia:licet non cum solennitate soli-
ta,⁊ sic intellige Inno.in.c.ex parte.de vb.sig. Et ꝙ requiraṫ
aliqualis sententia videtur tex.in.l.si confessus.ff.de custodi.⁊
exhi.reo.⁊.§.e.causa.⁊.q.nos in queꝗ. Litis vero cōtestatio ⁊
alius ordo iudiciarius solēnitatem respiciens necessario non
est obseruādus.pro hoc vide bonum tex.in clemen.pastoralis.
Quarta cō- 19 de re iudi.¶ Quarta conclusio est † ꝙ in notorio presumptio
clusio. nis non est necessarius ordo iuris:sed sufficit probare circun-
stantias ⁊ presumptiones:licet nō probetur factū.ar.extra de
presump.c.iij.⁊.c.tertio loco.⁊.xxxij.q.j.c.j.Dicit tamē abbas:
ꝙ in notorio presumptionis vbi agitur de consanguinitate
probanda seruatur ordo iuris:sed ibi est speciale:qꝛ ex proba-
bilibus coniecturis factum probatur.

20 **Ad tertium** in quo queritur.† Utrū in notorijs Questio.
requiratur probatio. Rñdeṫ sum- Respōdet.
21 marie per ꝯclusiones sequentes.† Prima est ꝙ in notorio fa- Prima cō-
cti permanētis nulla probatio requiriṫ.ptʒ cōclusio ex.c.pre- clusio.
senti ⁊ sequen.de manifesta etiā patet ex.c.euidentia.de accus.
22 ¶ Scđa cōclusio est,† ꝙ in notorio facti transeuntis actu aūt Secunda
23 momētanei requiritur plena probatio.¶ Tertia ꝯclusio.† in conclusio.
notorio facti interpollati requiritur semiplena probatio siue Tertia con
non multū plena.vt extra de vsuris.c.cū in diocesi.¶ Quarta clusio.
24 cōclusio:† in notorio iuris requiritur probatio si negaṫ.vnde Quarta cō
si nego snīam latā cōtra me debet plene probari.ptʒ cōclusio. clusio.
extra de re iudi.in.c.sicut. ¶ Quinta cōclusio,ꝙ in notorio p- Quinta cō
sumptionis requiritur ꝓbatio plena:si negatur:patet conclu clusio.
sio in.c.per tuas.de probatio.⁊ hec pro nūc de isto tertio capi-
tulo seu articulo. Lege tex. ¶ [Manifesta] .i.notoria. Hu.ex Exponit li
de accu.in.c.euidentia.vbi de hoc.⁊ de fil.presby.qm̄. Archid. teram.
[non indigent].xj.q.iij.eorum qui.[accusatione] ergo nec te-
stificatione tamē citatio necessaria est:vt diximus.xxiiij.q.iij.
25 de illicita.¶ Sed hic surgit questio.† Utrum in his notorijs Questio.
deferēdum sit appellationi. Respōdetur iuxta Hug.⁊ Lau.⁊ Respōdet.
Archi.ꝙ non.extra de appel.c.cū sit Roman.⁊.c.ꝑuenit.⁊.c.
consuluit.xxvij.q.j.si homo.⁊.c.si custos.¶ Itē surgit questio Questio.
26 †quo modo sciet crimē esse notorium. Respōdeṫ iuxta Tan- Rñdet.
⁊ Host.ꝙ per facti euidentiā;vel si per duos testes probatum
fuerit factum esse notorium:vel cum omnes de municipio:vel
maior pars clamant crimē esse cōmissum.vt.j.c.proximo.⁊.c.
zelus.sm quod nota.in.c.vestra.extra de coha.cle.Archid.⁊c.

De lotharius. Ad idem sequitur
hoc. c. quod est Ni-
colai pape:in quo dicitur sicut in precedenti,ꝙ no-
torium nō indiget accusatione. Etiā potest diuidi Diuisio.
in duas partes. In prima ponit,ꝙ crimē lotharij nō indige-
bat accusatione. In secūda assignat rationem:qꝛ manifestum
siue notoriū erat.secūda ibi:manifesta eñ.Lege text.¶ [Que Exponit li
lotharius] Notandum ꝙ lotharius rex nepos regis Karoli teram.
dimisit Tebergam vxorem legitimā,⁊ adhesit Gualdrade,⁊
sic fornicationē ⁊ adulteriū commisit.Item multa alia contra
predictā vxorem legitimā perpetrauit:propter que punitus
est Lotharius ab ecclesia. Rex Karolus (cuius nepos erat
ipse Lotharius) murmurabat,ꝙ sine accusatore fuerat puni-
tus.vnde papa hoc intelligens scribit ei prout hic habetur.j.
e.scelus.⁊.lxiij.di.porro.⁊.xj.q.iij. precipue.⁊.iij.q. iiij.c. engel-
trudam.⁊ in multis alijs locis. [Manifesta].i.notoria:q̄ ha-
bet testes gradiētes super terram.xxviij.dist. priusquā. Lau.
Archidia.[apostolo] ad Gal.v.manifesta sunt opera carnis:
que sunt ⁊c. Aliqua autem mouentur hic ab aliquibus:vt
vtrum in notorijs sit necessaria citatio. Uerum quia de hoc
in precedenti.c.dictum est satis transimus vlterius.

1 ☞ Callidus quis dicatur.
2 Tergiuersare proprie quid dicatur.
3 Crimen notorium quid dicatur.
4 Notorium an desinat esse notorium.

In manifestis. §.est,⁊ respicit ad finē proxi-
mi presentis.§.⁊ ad.c.proximi
precedētis.Archidia.vbi reddit rationem:quare in notorijs
non requiratur ordo iudiciarius:sicut in alijs.Lege. ¶ [In Exponit li teram.
1 manifestis] id est notorijs[calliditate] id est versutia.† Cal-
lidus enim dicitur versutus in disputādo ingeniosus:subdo-
lus.inde calliditas:sm papiā.⁊ Archidi. [Tergiuersatione]
2 id est dissimulatiōe:vel palliatione ⁊ ponitur improprie.† Nā
proprie tergiuersare est in totum ab accusatiōe desistere.vt.j.
e.q.iij.§.notandum.Hu.⁊ Archidia.[sua sponte]id est spon-
te rei.Hu[ingerat] Et ideo si ore neget:facti euidentia ipsum
conuincit.j.c.proximo.[qui] id est quia.[vt nec innocentia]id
est innocens insidijs ⁊c.[nec culpa] id est delinquēs.Hu.[sen-
8 [noſtra authoritate] † qr nec imperator nec aliquis laicus poteſt concilium ſacerdotũ congregare:niſi de licentia ⁊ mandato pape.vt di.xvij.§.hinc etiam.qr nec etiã intereſſe debet niſi inuitatus.vt di.xcvj.c.vbi.Nam legiſtis.vñ vbicunq; reperit̃ imperatorẽ congregaſſe conciliũ clericorũ:intelligit̃ eſſe factũ *Bernard⁹ Hiſpan⁹. Archid.* authoritate pape.Hu.⁊ ſcḋm Ber.hiſpa.Archi.[ſatiſfaciens oĩbus] decuit eum ſic facere:licet ad hoc nõ teneretur.ar.C.de teſta.ex imperfecto.ſm Lau. Archi.[licet euadere aliter potuiſſem.] poterat eñ dicere qui me iudicat dominus eſt. Non eñ papa põt iudicari ab hoĩe:vel ad purgationẽ compelli.vt ix.q.iij.aliorum.niſi de hereſi.vt di.xl.ſi papa. Hug.⁊ in gloſſ. [me purgaui.]ſic.j.e.q.vij.§.item Hiero. Archid. ¶ Nota ꝙ papa Sixtus ſe voluit purgare:licet non teneret̃ pter quatuor rationes.primo vt viſa eius innocentia in vniuerſali ſynodo teſtimonio tantorũ illius terminatoris nequitia pellere tur,⁊ Sixti innocẽtia probata firmaret̃. ¶ Scḋo vt a mentibus hominũ cõcepta mala ſuſpicio penitus tolleret̃. ¶ Tertio qr quãuis nõ teneret̃ ſe purgare:qr oĩbus ſuperior a nullo poterit iudicari.ix.q.iij.aliorũ.cũ alijs ſimilibus.tñ vt ſue fame ſe dilectorẽ oſtenderet qr prouer.xv.dicit̃ Bona fama impinguat oſſa, ⁊ maledictus qui famã negligit. ¶ Quarto vt in hoc alijs exemplũ daret.ſcʒ ꝙ propter bonã famam cuſtodiendã ſimile facerent.[ſed non alijs].i.apoſtolicis ſucceſſoribus meis.ſcʒ vt meo exemplo cogantur ad purgationẽ:ſi nolint ſe inferioribus purgationis neceſſitas indicitur vel non alijs clericis [generaliter.] ſcilicet in tali caſu ſcilicet cum infamantur ex confictione inimicorũ:quaſi diceret.licet me purgaui in tali caſu.non tamen volo vt aliquis in conſimili caſu compellatur ad purgationem:ſi ſponte nollet eam ſubire.hec Hug.vbi videbitur manifeſte veritas eorum que dicta ſunt circa queſtionem ſuperius diſputatam.

Accuſatum. Palea eſt.⁊ ponitur p grano.extra.de ſimo.accuſatum.⁊ ibi gloſſatur', ꝙ loquitur in publice infamato. Archidiac.

Super cauſa. Ad idẽ ſequit̃.vij.authoritas, ⁊ eſt Alexan.ſecũdi pape. *Caſus.* Caſus eſt. Quidã pſbyter noĩe guillaud⁹ de morte ſui epi erat infamatus,⁊ ſua ecclia ſpoliatus:mãdat papa.ꝙ ſi non eſt qui eum accuſet reſtituat̃.Et nõ *Exponit literam.* diuiditur.Lege tex. ¶ [Super cauſa ſi certi accuſatores de- *Queſtio.* fuerint.] ¶ Hic ſurgũt due queſtiones.prima eſt quare iſte cũ *Rñdet.* eſſet ſua eccleſia ſpoliatus non fuit a principio reſtitutus ante cauſe cognitionẽ. Rñdetur dupliciter.primo propter ſcandalum vel criminis enormitatẽ.quia de tam enormi crimine erat infamatus, ꝙ reſtitui ſine graui ſcandalo non poterat ſecundum Hug.⁊ Ioff.⁊ hoc notatur.iij.q.j.in ſumma.in prin.Secundo reſpondetur ꝙ ideo non fuit reſtitutus:qr nõ petiuit reſtitutionem ⁊ reſtitutio nõ datur niſi petenti.vt.j.e.queſtio- *Queſtio.* ne.ij.c.j.ſecundũ.Hu. ¶ Secunda queſtio eſt cum iſte eſſet in- *Rñdet.* famatus:quare non eſt compulſus ad purgationẽ.ſ.e.c.proximo.Reſpondetur vario modo ſm diuerſos.Quidã dicunt, ꝙ ideo nõ fuit cõpulſus ad purgationẽ:qr ſic erat infamatus, ꝙ cogeret̃ purgari. Alij dicũt,ꝙ forte ſpãliter fuit ei remiſſa purgatio.Alij dicunt ⁊ melius ſm Hu.ꝙ ſe purgauit,⁊ ſi eñ non exprimatur credendũ eſt tamẽ id fuiſſe ibi obſeruatũ, qḋ fieri debuit qḋ latenter innuitur:cum ſubditur:dictante iuſtitia.hoc enim dictat iuſtitia,ꝙ infamatus debeat ſe purgare,⁊ ei purgato omnia bona ſua ei reſtituantur.⁊ ſic capitulum facit ad propoſitum magiſtri aliter non faceret. Hug.⁊ Archidia. [ſiue enim controuerſia] quo ad hoc. Hugo. [ſacerdotium].id eſt officium ⁊ executionem ſacerdotij. Hugo ⁊ Lauren.[beneficia.] ſupple preſtita tamen purgatione ſecundum Bar.brix.Archidia.

1 ☞ Epiſcopi quot requirantur in depoſitione preſbyteri.⁊ quot in depoſitione diaconi.

Si legitimi. Sequit̃.viij.auctas ad idẽ que eſt ꝯcilij Agatheñ.vbi ponit regulã qualiter clerici de criminib⁹ diffamati ⁊ negãtes ſe ea cõmiſiſſe ſi per accuſatores ꝯuinci non poſſint:debeãt purgari. Et poteſt diuidi in duas par- *Diuiſio.* tes. In prima ponit de purgatiõe preſbyteri. In ſcḋa de purgatione diaconi.ſcḋa ibi:diaconi vero.Lege tex. *Exponit literam.* ¶ [Si legitimi non potuerint] per teſtes:teſtes eñ pprie probant:accuſator intendit crimen,⁊ probationes per teſtes ⁊ inſtrumenta exhibet.Hug.[Cum ſeptem] excepto qui eſt infamatus:quia
1 ipſe nõ eſt ſibi ſocius:nec collega † ſicut in depoſitione preſbyteri requirũtur ſeptẽ epiſcopi cũ proprio epo.⁊ in depoſitione diaconi tres epi:preter propriũ epm.vt.xv.q.vij.Felix. Hug. *Queſtio.* [ſui ordinis] ſacerdotalis. Hug. Surgit queſtio.quid ſi non *Rñdet.* poſſit habere ſacerdotes. Rñdet̃,ꝙ ſufficiunt alij:ſcʒ diaconi ſubdiaconi:vel etiam laici.ar.j.e.omnibus.⁊.xxxv.q.j.c.j.vt.ſ. diximus.in principio huius q̃ſtionis.[ſi valet ſe expurgare] id eſt ſi de innocentia ſua cõfidit.Hug.vel ſi valet tot inuenire Hug. ¶ Hic ſurgunt due queſtiones. Prima queſtio.quid ſi non poteſt inuenire. Rñdet̃ ſm Hug. Creditur ꝙ pauciores ſufficiant.Nam vt in principio huius queſtionis dictũ eſt numerus cõpurgatorũ nunc arbitrarius eſt.ſcʒ arbitrio iudicis. *Queſtio.* ¶ Scḋa queſtio.Quid ſi nullum reperire poteſt,⁊ ita deficit a canonica purgatione:vtrũ deponendus eſſet.videt̃ ꝙ ſic per c.de hoc.extra.de ſimo.qḋ inducitur.in glo.vbi dicit Alexander.iij.ꝙ talis deficiens in canonica purgatiõe deberet deponi : tanquã actor ſceleris illius :qui accuſabat̃ de ſimonia.⁊ ſimoniacus venit deponendus:vt in eodem.c.⁊ extra.de confeſ. c.cum ſuper.Sed ſm Hu.videtur diſtinguendũ hic,⁊ ſubtiliter diſcutiendũ a iudice quare talis infamatus non poſſit ſocios purgationis habere.aut ſcʒ qr vita eius nõ eſt ſatis nota ibi qr nouitius eſt,⁊ nouiter intrauit terrã illam.Aut forte qr ex alia cauſa vicini ſui habẽt eum odio:aut propter metum ⁊ potentiam accuſatoris: vel infamatoris:vel aliorũ.Et in his caſibus ſi iudex põt hoc: vel aliud perpendere:tẽperabit modum purgationis:ſcʒ vt vel pauciores exigat ſocios: vel etiã nullos : ſi ille nullos habere poteſt:ſed recipiet ſolũ iuramentum illius. Et ita non venit deponendus:ſed creditur ſuo iuramento.etiã ſm Lau.⁊ Archi.qḋ dic:vt no.extra de accu.c. cum.p.in gloſ.vltima.Et idem ſentit ibi Uincen.⁊ not.de hoc *Uincẽtius.* extra.de pur.ca.cũ in iuuẽtute.in fi.⁊.viij.q.iij.c.vlti. Archid. Si vero ideo nõ poteſt habere ſocios:qr eſt male opinionis,⁊ tam male conuerſationis ſe exhibuit vt merito prioris vite etiam de hoc peccato haberetur ſuſpectus:tunc venit cõdemnandus. Condemnabit enim tunc eum tanquam actorem ſceleris,⁊ hoc modo eſt intelligenda predicta decretalis Alexandri cum ſimilibus ſecundũ Hug.poteſt etiã intelligi in caſu: in quo deficit in purgatione.qr propter malitiam ſuam non poteſt inuenire compurgatores. Poteſt etiã intelligi in caſu cum deficit in purgatione.quia non vult ſe purgare:vel etiam quia non poteſt propter conſcientiam criminis : in quo caſu etiam ſimiliter debet condemnari ſecundum Hug.

1 ☞ Abſolutio ſpecialis an ſit neceſſaria poſt ſolutionẽ:cum aliquis ſuſpenditur quouſq; ſatiſfaciat. Et quid ſi ſuſpenſio fiat ad tempus.num.2.

Preſbyter. Nona authoritas ad idẽ,⁊ eſt ex cõcilio ilerdenſi. Et poteſt hoc.ca.diuidi in duas partes. In prima ſtatuit.ꝙ *Diuiſio.* preſbyter infamatus de crimine qḋ probari nõ põt ſuſpendat̃ ab officio:donec ſe canonice vel ad arbitrium epi ſe purget.In ſcḋa ponit formã purgatiõis.Lege tex. *Exponit literam.* ¶ [Preſbyter.a plebe.] tota vel parte eius decem mancipia plebẽ faciũt.x.q.iij.vnio.Hu.⁊ Arch. Sʒ hic nõ eſt faciẽda vis:qr infamat⁹ a duob⁹ vl̃ ẽt ab vno bono de plebe vr̃ cogẽd⁹ ad purgationẽ.ar.j.e.oĩb⁹.hu.⁊.ſ.e.q.mẽnam.[approbare non poterit].i.per approbationẽ cognoſcere non poterit [ſuſpendat̃.] hoc verum eſt:ſi officiũ eius ſcandaloſum eſt in populo.vt qñ ſcandalũ immineret ex eius celebratione:vt hic dr̃.⁊ extra.de coha.cle.c.tua.cum alijs in glo.alioqui non eſt ſuſpẽdendus:ſi vult habere inducias ad querẽdos cõpurgãtores.[ſatiſfactio
1 nem].i.purgationẽ. *Queſtio.* ¶ Sed hic ſurgit queſtio.† Utrũ ſcʒ aliquis ſuſpendit̃ quouſq; ſatiſfaciat.vt.xij.q.ij.de laicis.ſit ne- *Rñdet.* ceſſaria ſpãlis abſolutio etiã poſt ſatiſfactionẽ.Ad hãc rñdet *Archid.*
2 Archi.ꝙ ſic. ¶ Itẽ ſurgit alia queſtio.† ¶ Utrũ idẽ ſit ſi ſu- *Queſtio.* ſpendatur ad tps.ad hanc rñdet Archi.ꝙ nõ qr ſtatim ſinito *Rñdet.* tpe ceſſat ſuſpẽſio.ff.de poſtu.l.imperator.in fi. Que eſt ratio

diuersitatis.dicit Archid.ꝙ ea esse pōt q̄ qñ certū tps hȝ su-
spensionis[nec aliud exigit].i.nulla alia satisfactio ipso tpe fi-
nito nulla pōt esse dubitatio de absolutione. Sed qñ dr quo-
Innocē. Hostien.
usqȝ satisfaciat multe pñt esse dubitationes. Alij ꝯ ẜm Inno.
⁊ Host.qui ita notat.extra.de eta.⁊ quali.cū bone.Et pro istis
qui dicūt ꝯtra:facit hec lr̄a.⁊ qḋ notat.lxxxi.distin.si qui.adde
qḋ dixi.lxxxix.dist.de cetero Archi.sed ẜm Ioā.de fan.hic di-
cendū est ẜm glo.cle.i.extra.de decimis.in glo.sic suspensi.vbi
tenet primū membrū scȝ qñ ad determinatū tps est suspensio.
Sed circa scḋm scȝ ad indeterminatū puta donec vel quousqȝ
satisfaciat dicit ꝙ sine absolutione alia sufficit iudicis decla-
ratio sup satisfactione.⁊ per hoc vr̄ rn̄sum ad hunc text.quia
hic purgatio facta est corā iudice,⁊ sic declarata est purgatio
⁊ incertitudo redacta est ad certitudinē.[digna.] scḋa pars.
[sibi collegas.]quot.vij.ẜm canones siue plures siue paucio-
res ẜm arbitriū epi.i.e.oībus.vel forte dicit:q̄ ipsius est elige
re cōpurgatores:qñ purgādus nō vult eligere.vel vult elige-
re.sed nō idoneos.tūc ẜm arbitrium epi sunt eligēdi.⁊ hoc est
[adiūgit sibi.vij.collegas].i.eiusdē ordinis consortes.siue ẜm
canones.s.a se electos,⁊ idoneos:siue ẜm arbitriū epi electos
Hu.[Coram posito.]⁊ forte nō tacto.vt.xi.q.i.eps.⁊.xiiij.q.ij.
quāq̄.[crimē illatū]ar.ꝙ nō dȝ se purgare de alijs criminib⁹
quā de illatis siue obiectis:nisi hec velit ipse sponte facere.vt.
viij.q.iij. Artaldus.Hu.[de quo]nota apertū testimoniū.ex-
tra.de pur.ca.accepimus.[secure.] quo ad ecclesiam:que non
punit eum:nisi postea conuictus fuerit inde. Circa glo.huius
c.vbi ait.ꝙ prius est inquirēdū de crimine,quā sic infamatus
Archid.
ipso priuetur officio.ar.iij.q.ij.audiuimus. notat Archid.ꝙ
cautū ⁊ prouidū est:qñ aliquis est infamatus,ꝙ fieret duplex
inquisitio:prima de infamia:que appellari pōt indagationis
inquisitio:siue instructionis.vt extra.de presump.cū in iuuen
tute.⁊ extra.de accu.qualiter.ij.scḋa vero sup veritate crimi-
nis:vt ibi,⁊ de simo.licet heli.§.i.primo eñ inquirendū est de
Hostien.
infamia:postea de veritate.vt ibi.⁊.ȝ.e.q.i.deus.ẜm Hosti.qui
hoc notat in predicto.c.cum in iuuentute.⁊ de hoc plene notat
Inno.extra.de elec.c.bone memorie. Et no.ꝙ anteq̄ recipia-
tur infamati purgatio publicā denuntiationē faciet iudex:vt
qui voluerint accusare ꝓcedant.i.certū tps.extra.de pur.c.ex
tuarū.⁊ est simile.extra.qui si.sint le.lator.Et sequit hic in glo.
⁊ forte tps statutum erit canonicū.⁊ regulare:vel si placet.pre-
Vincen,
latus pro arbitrio suo poterit moderari secundū Vincen.qui
ita notat.in predicta decre.ex tuarum.⁊ satis de hoc in glo.
1 ☞ Clerici infamati quare se debeant purgare assignat tres
causas.

SI mala. Sequit.x.auctas ad idē propositū,⁊ est hismarij archiepi remorum,⁊ eius cōclusio est,ꝙ presbyter de crimine infamatus deficiēte ꝓbatione debet se purgare cū his sui ordinis quos sit vero simile non deierare.Breue est ⁊ nō diuiditur.Planū est.Lege
1 tex.¶[Si mala.]Nota † ꝙ in hoc capl'o assignant tres cause quare clerici infamati debeant se purgare. Prima est:ne corda infirmorū ledant:sed potius sanent. Scḋa ne ministerium nostrū vituperet.Tertia ne clerici licētius peccēt.vt.di.xxxij. §.verum.[defecerint]siue in accusatione siue q̄ non apparent. Hu.[ne cōtra apl'm.]ad Ro.xij.[de mala fama.]Ita ꝙ scandalū oriat.al's ꝑpter suspitionē siue infamiā non est indicenda purgatio vt legit ⁊ no.extra.de coha.cle.⁊ mu.tua. Et no-
Joannes. Jo.and.
tat idē Jo.⁊ Goff.⁊ Vincē.Arch.de hoc vide.de offi.or.ex pte in vltima glo.⁊ sup ea per Jo.an. Si per solā suspitionē sit indicenda purgatio[infirmorū] qui plus cōtēplant qualitatē ꝑsone:q̄ sanctitatē ministerij [pcutiat].i.scādalizent.[in pbr̄o] quē credūt peccatorē.[denciatis]scȝ a iure:scȝ qui sint sui ordinis,⁊ tot in numero [vel noīatis] ab epo[in eo] scȝ casu cū ipse non vult aliquos eligere:vel malos eligit: quos eps non dȝ recipere ẜm Hug.vel[noīatis].i.qui sint magni nois.i.q̄ purgatores dñt esse magni nois,i.bone opiniōis. vt extra. de pur.ca.ꝯstitutus[vicinis]q̄ illis melius credit:q̄ remotis:q
Questio, Rn̄det.
presumunt non ita scire factū vel vitā eius.¶Sed hic surgit questio.Quid si vicinos sacerdotes habere non possit:nunqd admittent remoti vel extranei. Rn̄det ẜm Hu. ꝙ sic:si haberi possunt:[se nolle purgare]debēt eñ esse bone fame:⁊ integre opinionis:⁊ qui vitā eius nouerint et mores.vt.c. cum dilectus,⁊ tales de quibus.eo.c.cū,p.⁊.c. constitutus. et ibi vide
Joan. and, Hostien.
Jo.an.super ver.condēnati.qui dicit post Hosti.ꝙ nō obstante criminis exceptione admittent purgatores: in quibus hec quatuor ꝯcurrāt.Primū ꝙ sint ab ecclia tolerati. Scḋm ꝙ sint bone fame. Tertium ꝙ sint in suis ordinibus ministrantes, Quartū ꝙ non sint in iudicio pro crimine condemnati. Ista quatuor exprimunt.in.c.ꝯstitutus.⁊ quītū est ꝙ pro moderno ⁊ preterito tpe notū habent quē purgāt. ⁊ hoc exprimitur eo.tit.inter.in fi.[Peierare.]ar.ꝙ expurgatores in ꝓpria aīa iurant:alioqui non deierarent.Non enim deierat:qui in aīam alterius iurat.Hu.Forma aūt iurandi vt superius circa principium questionis est positum:tam in principali persona:q̄ in compurgatoribus talis est.primo ꝑsona iurat se esse immunē ab illo delicto.scȝ ꝙ non fecit illud:nec fieri fecit: vel precepit vel consiliū vel auctem per se vel per alium prestitit vt fieret. Compurgatores etiam iurant: ꝙ ipsi credūt ita verum esse: sicut ille dicit.⁊ hec forma habetur.extra.c. quoties.

In premissis. §.est in quo magister id qḋ dicit allegādo vt habeat locū sequens capitulū leonis:vt ptȝ.i.eo.in.§.ecce si reus se purgare noluerit:vbi videt dicere:ꝙ purgatio nō indicit:nisi volēti purgari.sed hoc non est verum.vnde glo.excusat eum dicendo:ꝙ allegando non asserendo.hoc dicit ⁊c.

Diuisio.

AUditum. Ista est.xi. authoritas:⁊ est Leonis pape: ⁊ continet illud qḋ capitulum mandastis.supra positū. Et potest diuidi in tres partes. In prima narrat qualiter quidā mali hoīes grauia crimina contra eum cōfixerant. In scḋa qualiter ratione illius se purgauit.In tertia ꝓtestat se nolle p hoc dare legem purgatiōis successorib⁹.scḋa ibi:Quāobrē.tertia ibi:hoc aūt:

Exponit literam.

Lege tex.¶[Auditū quāobrē.]scḋa pars. [nec perpetraui: nec ꝑpetrari fieri:vel ꝑpetrari iussi]addit glo.nec cōsiliū dedi nec defendēdo me feci.supple excedendo modū defensionis:q̄ cum moderamine inculpate tutele fienda est. Archi. [nec volui.]hoc nō credit Jo.de deo.addendū esse cum cōsciam suam non teneatur quis purgare:nisi vbi a iure inueniat expressum vt in casu illius.l.C.de his qui ad eccle.confugi.l.presenti.cum si.Licet sit contra.ar.in aut.de fide instru.§. si vero moriatur de hoc dixi supra.eo.q.si legitimi.ibi videas Arch.circa.c.presulatus qḋ inducit glo.dicit Archi.ꝙ hoc non admittas: nisi de voluntate que processit ad actum: que dr cooperatio: siue consensus cooperationis.ar.xxiij.q. vlt.c.vl.⁊ ꝙ hoc membrū prout loquitur glos.non sit addendum vult Hugu.⁊ Archid.

Jo. de deo. Archid. Questio. Rn̄det.

¶Sed surgit questio.Utrum iurare habeat ꝙ non habuerit ratum qḋ factū est. Ad hoc respondetur secundū Joan.ꝙ nō licet bene iurabo,ꝙ non habeam ratum,ꝙ factum sit nomine meo.si factum sit nomine meo ar.ff.de nego.gest.l.si pupilli.§. sed si ego.ar.facit.extra. de senten.excom.cum quis.lib.vj. Et ita sufficit iurare,ꝙ non sit factum nomine meo.de ea ergo voluntate que sit punibilis per ecclesiā habet iurare de alia:non quia purgatio succedit in locum probationis fiende in foro iudicij:q̄ in eius defectu purgatio.Joan.de.

Hoc autem. Tertia pars. Hoc exponitur sicut in. c.ȝ. mandastis. Nullus eñ pontifex se tenetur purgare:nec potest accusari nisi de crimine heresis,vt.xl.di.c.si papa.

Ecce. §.est:in quo ex precedenti.c. infert magister gratianus allegando tamē satisfactionē purgationis esse in voluntate accusati:⁊ non in arbitrio iudicis.[Sed cū] hic corrigit qḋ in superiori.§.⁊ in presenti dixerat:asserens ꝙ ad purgationē est cogendus infamatus:⁊ ꝙ non in voluntate accusati sed in arbitrio iudicis consistit purgatio: ẜm Hu. [in concilio ilerdensi].ȝ.e.ca.presbyter.

1 ☞ Parenthesis quid dicatur.
2 Compelli an possit quis ad purgationem propter solam suspitionem episcopi.
3 Purgandus si vult probare bonam famam:an cesset necessitas purgationis.
4 Cōpurgatores si fuerint in alia causa inducti in testes ꝑpter crimina in modū exceptiōis obiecta repulsi sint a testimonio an propter hoc poterunt a purgatione repelli.
5 Purgatus an liberetur ab omni infamia.

OMnibus. xij.authoritas est ista:⁊ ē leonis pape scribētis ad Karolū regē:in quo capitulo ponunt tres conclusiones. Prima ꝙ sacerdos legitime accusatus ⁊ conuict⁹ puniēdus est.Scḋa est:ꝙ si accusator in legitima ꝓbatiōe defecerit ipse puniet.Tertia ꝙ si accusatus remāserit infamat⁹: subibit purgationē cū vicinis sacerdotibus ad arbitriuȝ epi. Et pōt diuidi hoc.c.in duas partes principaliter. In prima ponit proemiū siue exordiū.In scḋa parte ponit statutū.secūda ibi:statutū est.Ista vero scḋa pars subdiuidit in tres scḋȝ tres conclusiones iam positas. Patebit in expositione litere. Lege text.¶[Omnibus]tibi ⁊ subditis tuis.[visu et auditu.]Isti sunt sensus disciplinabiles[visu.]ex visis oritur sciētia:⁊ ex auditu acquiritur doctrina: ẜm phm scḋo de sensu et in primo metaphysice ex multis sensibus fit memoria: ⁊ ex multis memorijs fit experimentuȝ:⁊ ex multis experimentis fit ars

Diuisio. Subdiuisio. Exponit literam.

sit ars.[Auditu.] Nota ꝙ aliquid pōt esse notū per solū auditum:de quo in.c.cum causam.extra de testib.⁊.iij.q.ix.§. de his.[Hoste].i.diabolo.ȝ.e.habet.[ab his.] sacerdotib⁹. Hu. [dn̄i.]Nota:ꝙ licet papa non recognoscat superiorē: vt.ȝ.co. mandastis.aliū tn̄ vocat dn̄m:⁊ hoc ex humilitate sic. lxiij. di. nobis.⁊.xxiij.q.viij.scḋm.in prin. [Consultū.] leonis apostolici per scripta ipsius ipm mortuū ꝯsulimus:⁊ ab eo cōsilium accipimus.arg.ad hoc.xxx.q.i.peruenit.⁊.xxiiij.q.ij.sane.Leo eñ antecessor istius ⁊ multi alij super hoc iam dixerant.Hug. [cōsului].i.consyderatis sanctorum eius[romane ecclesie] scȝ occidentalis.Hug.⁊ repe.consului. Hug. [necnon.] hucusqȝ de mortuis.sequitur abhinc de viuis [vtriusqȝ ordinis].i. de ordīe clericali ⁊ laicali.Hu.⁊ Arch. [authoritate:⁊ ꝯsensu]nō ita intelligas hoc ꝙ summi pontifices aliorū auctē ⁊ consensu egeant:sed hoc dr q̄ aliqñ hoc exigit: vt cōsultius agāt.q̄ vbi multa consilia:ibi salus.prouer.xi.[statutū.] scḋa pars.[predicta].i.predictoꝝ.Hu.[omniū]clericoꝝ:scȝ ⁊ laicorū.Archi. [vt quoties.] Hic incipit prima ꝯclusio.[q̄ quales]parēthe-
1 sis:⁊ vsqȝ ibi si aūt.Hu.† Et nota,ꝙ parēthesis est vbi interponimus sn̄iam nostram:qua ex medio remota integer sermo
ꝑs.xvij.f.
perdurat.vt in pȝ.Clamauerunt nec erat qui saluos faceret ad dn̄m ⁊c.ẜm papiā.Archi.[Si aūt] Istud tenetur.hic coniunctiue,⁊ repetit propter interpretationē:quā fecerat scḋm Hu.[Approbare].i.cōuincere. Hu.[diuidit].i.puniat. [Si vero.] scḋa cōclusio.[pretextu].i.modo.scȝ cum legitimo virorum numero ⁊c.[approbare].i.conuincere.[minime.]poterit canonice [diiudicetur]vt si deprehendat in euidenti calūnia:puniat tanq̄ calūniator.Hug.[Ipse vero sacerdos.]ter-
Questio. 2 tia cōclusio.[suspitiosus.] ¶†Hic surgit questio. quā etiam mouet glo.Utrum propter solam suspitionem epi quis possit compelli ad purgationem.Et videtur ꝙ sic.primo ex presenti tex.ij.ex.c.mēna.ȝ.e.q.vbi ad suspitionē seu infamationē regine indicitur purgatio vni epo. tertio ex. c. ex parte. extra de
Opponit ⁊ Rn̄det.
offi.iudi.ordi.⁊.c.si.dist.xxx. ¶In oppositum est glo.hic. Et ad idē est.c.placuit.vj.q.ij. ¶Respondeo.aliqui dixerunt: ꝙ ꝑpter solā suspitionē epi quis poterat cogi ad purgationem.
Hostiensis
vnde Hosti.super illo.c.ex parte.dicit,ꝙ vbi non est diffamatus:potest eps indicere purgationē suo subdito ex sola suspi-
Innocen.
tione.Ad idē.extra de pur.ca.si quis de gradu.vbi notat Innocen.verosimilē suspitionē sufficere ad indicendā purgationem:etiā si non sit infamatus:sed sit tantū epo suspectus vt in hoc.c.omnibus.⁊ ita ipse notat.extra de accusa.ca.qualiter.ij.
Tancre. Vincen.
Sed alij videlicet Tancre.Vincen.Hug. Philip. Goffre.⁊ Ber.dicunt,ꝙ hoc non potest facere episcopus ex sola suspitione:nisi sit infamatus apud bonos ⁊ graues.extra de pur. ca.cum in iuuentute. Nec militat in contrariū decretalis illa. ex parte.quoniam ingens presumptio erat contra eos, ꝙ epi tacuerunt veritatem.⁊ hoc ipsi notant in hac decretali ex par-
Jo.and. Archidia.
te.Alij vero videntur dicere:vt videtur dicere Joann.⁊ Archi.ꝙ licet solius episcopi occulta suspitio non sufficiat:vero similis tamen suspitio apud episcopum ⁊ alios sufficit ad indicendā purgationē.⁊ sic vt Tancre.dicit decre.illa loquitur scȝ.c.si quis.extra de pur.ca.si quis.vt ibi patet in ver.ꝑpulsatus.quod exponunt Goffre.⁊ Hosti.i.infamatus.vnde nobis videtur.ꝙ suspitio episcopi nec etiam aliorū secum sufficiat ad indicendam purgationē:nisi talis suspitio habeat cōiunctam infamiam.aut ita sit vehemens:vt scandalum generaretur.que conclusio satis patet ex.c.si quis presbyter.extra de pur.ca.vbi episcopus propter suspitionē de presbytero nō indicit prius purgationē ei:quam esset detecta infamia eius.⁊ Hug.super ver.hic episcopo.aut reliquis.dicit.ꝙ ly aut teneatur copulatiue:scilicet pro ⁊,ne credatur ꝙ episcopus sibi soli suspectum possit compellere ad purgationem. ¶Quibus
Ad primū argu. Ad scḋm.
dictis dicendum est ad rationes in oppositū. Ad primam dicimus ꝙ tale non habetur ex presenti.c.imo contrarium.quia ly aut tenetur copulatiue:vt dictum est.¶Ad scḋam respondetur primo ꝙ nō fuit ibi sola occulta suspitio regine:sed vehemens apud illos de regno fuerat. ita suspitio de eo habet coniunctam infamiam.¶ Secūdo respondetur.ꝙ ar.non est simile quoniā per reges ⁊ principes citius nascuntur scandala:q̄ per episcopū.⁊ ideo tam ratione honoris regij q̄ ratione vitandi scandali ꝙ aliter fiat in suspitione regis quā episco-
Ad tertiū.
pi non est inconueniens. ¶Ad tertiā respondetur,ꝙ debent intelligi quando talis est suspitio:qualis dicta est vt quia aut infamiam habeat coniunctam:aut ita vehemens verosimilis sit:vt ex ea generetur scandalum apud alios.vt in predicto.c. ex parte tua.Legatur ergo litera sic.[Suspitiosus] scȝ propter famā malam crebrescentē:al's hoc esset periculosum. Jo. de.vel intellige.[suspicioso.]scȝ tali suspitione tam verosimili
Anto. Abbas.
aut vehementi, ꝙ generet scandalum:vt dictum est,⁊ videtur sententia dn̄i Anto.⁊ abbatis[bonis ⁊ iustis,]per hoc remouentur maledici ⁊ inimici:quorum suspitione vel infamatione non est cogendus quis ad purgationem. ¶Hic surgit que-
Questio. Rn̄det.
3 stio multiplex.† Prima est vtrum reo petente ꝙ vult probare bonam famā cesset necessitas purgationis. Ad istam quidam dicunt, quod non videtur prodesse probatio bone fame contra probationem infamie.quia si mille testes dicerent eum bone fame,⁊ centum dicerēt eum male fame:preualeret dictorum paucorum dictum.quia licet apud aliquos ⁊ multos sit bone fame: tamen propter illos apud quos est male fame debet in-
Tancre. Vincen.
dici purgatio.vt in hoc.c.tancre.⁊ Vincen.dicunt dictum plurimorum preferendum: dummodo eque probent bonam famam:sicut alij malam.ar.extra de accu.licet.in fine.⁊ in hoc.c. omnibus.⁊.lxxxj. dist.clerici.in aut.de monachis. §.cogitandum.⁊ sic no.spe.in spe.tit.de inq.§.tractemus.ver.quid si te-
Archid. Hostien.
stes ⁊c.Et huic accedit sentētia Archi.hic. Dicit autē Hosti. in hoc casu iudicem debere attendere vtrum cōmunis vox vicinorum exterior concordat cum fama:vel infamia,⁊ qualitatem testium:quibus ⁊ alijs circunstantijs pensatis postmodum super hoc arbitretur.extra de testi.in nostra.Jo.and.dicit.ꝙ vbi testes primi ⁊ secundi deponunt de fama vicinie:puto verum dictum tancre.Sed si primi deponentes de infamia licet pauci deponant de vicinia:secundi scȝ deponentes de fama licet multi non deponūt de vicinia.verum est dictū Inno.
Jo.and. Questio.
vide Joan.andre.in.c.cum oporteat.super ver.fama ipsius.⁊ in.c.inquisitionis.super vltima glo.de accu.¶Secunda que-
4 stio† si compurgatores fuerint in alia causa inducti in testes: ⁊ propter crimina in modum exceptionis obiecta repulsi sint a testimonio. Nunquid propter hoc poterunt a purgatione
Rn̄det. Tancred⁹. Roffre. Archidia.
repelli. Ad istam questionem dicit Tancre.ꝙ non.⁊ hoc per decretalem.extra de or.cog.cum dilectus.in fin.Et in hac sententia remanet Roffr.in quodam libello iuris canonici. Sed tu dic iuxta Archidiacon.ꝙ purgatores debent esse boni,⁊ iusti:vt hic.⁊ vita probati.extra de pur.ca.c.inter.⁊ etiam bone fame:nec in iudicio pro crimine condemnati.sed ab ecclesia tolerati.vt.e.titu.c.constitutus. Dicendū est ergo ꝙ iste purgator toleratus ab ecclesia si opponitur ei crimen, qḋ in alio iudicio fuit oppositum contra eum in modum exceptionis ⁊ probatum,⁊ ex illo aggrauata est eius infamia: tunc repellitur:non tantum propter istam probationem criminis:quantum propter infamiam:vt dicto.c.constitutus.in glos.fi.Aut non est inde grauata eius opinio,⁊ tunc non repellitur.vt in dic.cap.constitutus.a contrario sensu.⁊ extra de ord.cog.cum
Questio. Rn̄det.
dilectus secundum Hostien. ¶Tertia questio est circa illud
5 purgatum ecclesie reddatur.†Utrum purgatus liberetur ab omni infamia.Respondetur ad hoc ꝙ ab infamia iuris liberatur.ff.de his qui no.infa.l.quid ergo.§.pena grauior.sed ab infamia facti solus deus liberare potest secundum Roff.vt no.extra de pur.ca.ex tuarum.in fin.de hoc dixi.e.q.mennam. ⁊.xxxiij.distinct.laici.Archidia.

Juramento. Hic incipit tertia pars huius questionis.In qua queritur si purgatio vulgaris alicui sit indicenda.⁊ dicit ꝙ non.quod probat per sequentia capitula.

1 ☞ Purgatio vulgaris tanquam illicita an sit reprobanda. ꝙ sic.num.2.Causam triplicem assignat.num.3.
4 Puer si moriatur non in lecto:sed in cunis:an imputāda sit parentibus mors illius.
5 Purgatio saltem iuratoria an sit indicenda parentibus de oppressione non facta.
6 Adinuētio est triplex:supstitiosa:necessaria:⁊ vtilis. Que dicat superstitiosa.nu.7.Que necessaria.nu.8.Que vtilis.nu.9.
10 Crimen qualiter dicatur notum ante sententiam.
11 Occulta dicuntur que non publicantur confessione: vel conuictione.

COnsuluisti. Sequit primū. ca.ad hoc,⁊ est Stephani pape quinti in quo summa est.ꝙ in casu in quo pueri extincti in lecto inueniunt parētibus non est indicēda vulgaris purgatio:sed est eis imponēda penitētia.Sunt etiā admonendi:ne tales paruulos ponant secum in lecto.Et diuidi-
Diuisio.
tur in.iiij.partes.In prima exponit consultationem. In scḋa iniungit, ꝙ tales parentes sint admonendi:ne tales teneros pueros secum locent in eodem lecto. In tertia ꝙ talibus non sit indicenda vulgaris purgatio:cum talis videatur superstitiosa.In quarta ꝙ quia subijciuntur iudicio humano:imponatur illis aliqua moderata penitentia:cum homicidium incurrerint.secunda ibi:monendi.tertia ibi. Nam ferri.quarta ibi:spontanea.quinta ibi:hi autē.¶Pro pleniori intelligen-
Questio.
1 tia huius.c.⁊ sequentium.Queritur.† Utrum vulgaris pur-

Primũ ar.
gatio tanq̃ illicita sit reprobanda. Et videtur ꝙ nõ. Primo
Vulgaris purgatio habet ortũ ex diuina lege.ergo illa non
est probanda.cõsequentia patet.añs probat.nu.v.vbi dat lex
contra mulierẽ suspectã de adulterio,ꝙ offerat sacrificiũ zelo
typie,⁊ oblatio inuestigãs adulteriũ:de qua ad longum.in.§.
sequẽti.Hoc aũt.ergo videt ꝙ ex lege diuina viderent ꝓbari
Scdm arg.
examinationes per ferrũ candens ⁊ aquã feruẽtem. ¶ Scdo
ad idẽ arguit ex Josue.c.vij.vbi examinatio furti achor facta
Tertiũ ar.
est per sortes. ¶ Tertio idẽ arguitur.ij.reg.iiij.vbi inquisitio
inobedientie seu transgressionis Jonathe sic explorata est.
Quartũ ar.
¶ Quarto idem arguitur per plura capitula que ponunt in
fine huius questionis.in quibus ex canonibus sanctorum pa-
Quintũ ar.
trum videt concessa hmõi vulgaris purgatio. ¶ Quinto ra-
tione sic.Nullo modo credendũ est ecclesiam dei aliquo tempo
re in fide errasse:nec in decretis iustitie,sed in veteri testamen-
to cõcesse sunt hmõi examinationes. vt ptz per exempla,⁊ le-
ges ⁊ in nouo testamento per canonum sanctiones,ergo non
erit licitum aliquo modo dicere in examinatione taliũ conti-
Opponit ⁊ Rñdet.
neri aliquem errorem:nec erunt sic illicita reprobanda. ¶ In
oppositũ est.c.presens,⁊ extra de pur.vulga.per totũ. ¶ Re-
2 spondeo dicendum† ꝙ vulgaris purgatio est illicita,⁊ merito
reprobata.cõclusio ista patet primo ex.c.dilecti.extra de pur.
vulga.vbi honorius tertius de tẽplarijs qui in subditos hu-
iusmodi exercebant purgationes dicit.fratres templariorum
quosdam subditos qñ infamabantur eos ferri candentis iu-
dicium compellũt subire:quibus si qua exinde sequatur com-
bustio ciuilem penã infligunt.Cum igitur huiusmodi iudiciũ
sit penitus interdictum: vtpote in quo deus tentari videtur
3 mandamus quatenus ab hmõi oĩno desistant†Huius prohi-
bitiõis causa est triplex. vt supradiximus in principio huius
Hostiẽsis.
q.iuxta Hug,⁊ ita iuxta Host.in summa,eo.tit. Prima est:qꝛ
inuenta fuit diabolo fabricante,.ꝫ.e.q.mẽna.⁊ in hoc ca.secũda
qꝛ per eam deus tentari videt:vt in prefato.c.dilecti.tertia qꝛ
per eam is qui in nulla culpa est:sepe punitur.vt.e.tit.c.signi-
ficantibus.Ferrũ enim candens ita vrit innocẽtem:sicut pec-
Guido.
cantem.vnde non est probatio criminis.vt dicit dñs Guido.
S. Thom.
¶ Sanctus Tho.in scda scde.q.lxxxv.ar.viij.dicit ꝙ hmõi
iudiciũ ferri candentis vel aque feruide reddit illicitũ. Tum
qꝛ ordinatur ad iudicandum occulta:que diuino iudicio reser
uantur.Tum etiam quia hmõi iudiciũ nõ est authoritate di-
uina scitum.ad qõ facit qõ in presenti.c.dicit Stephanus pa-
pa.cũ ait ferri candentis vel aque feruentis examinatione ⁊c.
Ad primũ argu.
¶ Ad rationes dicendũ est.Ad primã in qua obijcitur sacri
Alexander de halis.
ficiũ zelotypie dicendũ est iuxta Alexandrũ de halis in tertio
ꝙ lex illa introducta est ꝓm permissionẽ:non ꝓm concessionez
ꝓm quam diuina lex ⁊ humana permittunt minora mala fieri
ne fiant peiora:ꝓm quem modum oblatio libelli introducta
est propter seuitiam iudeorum:qui erant proni ad interfectio-
nem vxorũ. Simili modo lex zelotypie ne inualescente suspi-
tione adulterij perimerent vxores quod autez per permissio-
nem introductum est:non debet trahi ad imitationẽ siue con-
sequentiam.dñs Guido Carmelita dicit in hoc ad illã ratio-
nem sic:ꝙ nunc in nouo testamento non est licita talis purga-
tio:sed tunc scz in veteri erat licita:vt mulieris adulteriũ vi-
taretur ⁊ prolis incertitudo excluderetur: nec erat purgatio
superstitiosa:qꝛ fiebat precepto dei dantis talẽ virtutẽ aquis
amarissimis.Nunc autẽ transit cum vmbra legis. Ad hebre.
Ad scdm ⁊ tertium. August. S. Thom.
iiij.Idem dicit Nicolaus de lyra.nu.v. ¶ Ad scdam ⁊ tertiaz
respondemus negando ꝯsequentiã. quoniam non est idem de
sortibus:quib⁹ aliquãdo põt licite quis vti: vt dicit August.
in epistolã ad honoratuz.Et deducit sanctus Tho.in scda.q.
xcv.ar.viij.de qua materia erit alꝰs proprior locus ad loquen-
dum.Et aliud est de purgatione vulgari ferri candentis:aut
Alexander de halis.
aque frigide:⁊ huiusmodi que nullo casu licz.Magister Ale-
xander de halis in tertio. respondendo dicit: ꝙ illa facta de
achor: ⁊ Jonatha: ⁊ similium scripta sunt non ad exemplum
rei faciende:sed in figuram rei future.j. ad Cor. Omnia in fi-
gura contingebant illis.Inquisitio autem per sortẽ que facta
est ad inuestigandũ peccatũ achor:⁊ inobedientiam Jonathe:
figurat futurum ⁊ generale iudiciũ:quod ex insperato pecca-
toribus superueniet:sicut iudiciuz quod per sortem est ab ho-
mine preuideri non potest.vnde.ij.Petri.iij. dicitur dies dñi
Nicolaus de lyra.
veniet sicut fur.Nicolaus võ de lyra.magis ad lrãm de achor
dicit Josue.vij. ꝙ Josue non peccauit hic vtens sorte. Tum
quia hoc fecit cum debita reuerentia: scz satisfactione popu-
li premissa. De canonibus respondetur.ꝙ omnes tales sunt
abrogati per.c.predictum dilecti. extra de pur. vulg. secundo
respondetur iuxta Alexandrum de halis. Qõ omnes illi ca-
nones sicut dictũ est de sacrificio zelotypie introducti fuerant
non scdm concessionem boni: sed per permissionem minoris
Ad quintũ
mali:ne peiora mala contingerent. ¶ Ad quintum respon-

Alexander de halis.
detur iuxta Alexandrum de halis in tertio.ꝙ verum est ec-
clesiam nunq̃ errasse:quia nec huiusmodi concessit:vt appro-
baret sed permisit:ne peius fieret scdm ꝙ etiam ipsa lex eter-
na facit que permittit multa mala fieri: non solum vt ex eis
Exponit literam.
eliciat bona:sed etiam ne fiant peiora.Lege text. ¶ [Consu-
luisti monendi.] secunda pars. Hec est monitio salubris. vt
periculum vitetur: quod ex negligentia custodie potest faci-
liter prouenire.ecclesia.iij.qui amat: id est non vitat pericu-
lum in illo peribit.[homicidij.] licet parentes dormientes
expressa voluntate: non oppresserint filios imo eis displicet
et dolent:tamen pro tanto dicuntur rei homicidij:quia negli-
gentia eorum et incuria illi sunt oppressi. Ideo totaliter non
excusantur a culpa homicidij. quia aliquid voluntarij fuit
secundum philosophum tertio ethicorum.nostre enim negli-
gentie domini sumus. ita quod potuerunt:et debuerunt vi-
tare negligentiam:⁊ dare operam: quod talis oppressio non
eueniret: quod faciliter potuerunt alibi eos cubando:et dili-
genti custodia vigilando. vnde super hoc eis non leuissima:
sed grauis culpa imponitur: et merito: quia vt dictum est:
quando non adhibet quis in facto suo. (vnde mors sequi-
tur.)vt distinc.l.sepe.cum multis alijs si.in glo. propter quaz
Questio. Rñdet.
eis grauis penitẽtia iniũgitur.[in charitate ieiunij.] ¶ Sur
4 git hic questio.†Utrum si contingat puerum mori non in le-
cto cum parentibus: sed in cunis imputanda sit eis mors
illius vt etiam dicantur rei homicidij. Respondetur: ꝙ non
nisi eorum culpa vel negligentia hoc contingat: puta tot
pannos super eum posuerunt: quod grauitate et pondere
eorum suffocatus est. secundum Hugutionem. [Nam ferri.]
tertia pars.[prohibetur purgatio vulgaris ferri ⁊c.] quoniã
rationibus supra assignatis illicita est et merito reprobata.
Questio.
5 ¶ Sed hic surgit questio. † vtrum saltem illis parentibus
sit indicenda purgatio iuratoria de oppressione non facta.
Rñdet.
Respondetur quod non duplici ratione. Tum primo quia
temerarium et dubium esset iuramentum prestitum: quod
hoc fecissent vel non fecissent dormiendo. Facile enim posset
incurrere periurium. iuramentum enim anceps est periurij
quod nulli esset indicendum.ff.de in litem iuran.l. videamus.
secundũ Hug.et Ber.Hispa.⁊ Archid. Pro quo facit etiam
quia de veritate iurare debet: qui se purgat. extra de pur. ca.
quoties. Tum secundo quia cum hoc dubium in meliorem
partem debemus illud interpretari:⁊ in dubijs quod certius
est hoc manu tenere debemus.distin.iiij.sicut.secunduz Hug.
[non censuerunt] imo prohibuerunt. vt supra. ead. questione
mennam. arg. quod eoipso intelligitur aliquid esse prohibi-
tum:quod non est concessum.vt distinc.xl. si papa.⁊. j.eo. mo-
nomachiam.et.ff.de colla.l.iij.cum alijs.in gloss. superstitiosa
damnosa:et superflua.arg.contra quosdam: qui nouas ⁊ su-
perstitiosas adinuentiones de ingenio suo faciunt.arg.distin.
Questio. Rñdet.
xxxv.relatum. ¶ Sed hic surgit questio. vtrum per hoc vult
remouere vtilem vel necessariam adinuentionem. Et respon-
6 detur ꝙ non.pro quo notandum. iuxta Hug. † quod triplex
7 est adinuentio scilicet superstitiosa:necessaria:et vtilis. † Su-
perstitiosa est cum super id de quo canones aliquid statue-
runt de nouo superflue aliquid inuenitur: et hoc fit duobus
modis.scz vel ius inueniẽdo sicut purgatio ferri candẽtis.vel
aque feruentis vt hic.vel vetus ius male interpretãdo. vt di.
8 xxxvij.relatũ†necessaria est:cũ super eodẽ de quo canones ni-
hil dixerunt aliquid de nouo statuitur.sicut sepe fit a domi-
9 no Papa ad diuersorum consultationes respondendo † vti-
lis est quando circa aliquid: de quo canones statuerunt ali-
quid immutatur: et hoc fit tribus modis: vel corrigendo:
vt cum aliquid per errorem introductum postea per mani-
festationem veritatis corrigitur.vt distin.viij.veritate. ¶ Se
cundo detrahendo. vt cum aliquid de rigore iuris per mise-
ricordiam dispensatiue relaxatur.vt distinctio.lv. priscis.et.j.
questione septima.exigunt. ¶ Tertio modo addendo.⁊ hoc
dupliciter.vel addendo religionem:vt distinct. xxxij. placuit.
et fere omnibus capitulis eiusdem distinct.vel grauamen pe-
narum.vt.lv. distinc.nullus.⁊. xv. questione.viij. cum multe.
Et nota quod adinuentio que fit corrigendo dicitur corre-
ctionis:que fit detrahendo dicitur misericordie: vel dispen-
sationis que fit addendo; dicitur prouisionis. Omnis ergo
talis adinuentio approbatur sed superstitiosa hic reproba-
tur. Concor.Archidiaco.[Spontanea.]quarta pars.[spon-
tanea.] aliter non preiudicat.ꝫ.ead.questione.j.c.j.et. xv. que-
stione. vj. c. j. ⁊. xxxj. questione secunda. lotharius, Hugu.
[Confessione.]in iure.Hugu.[testimonium.] Colligunt ali-
qui hic arg.quod per instrumenta non possit crimen proba-
ri. Sed contra.ij. questione sexta.§. sunt quorum. vbi nul-
Archidia. Jo.and.
lus homicidarum.ver.in occultis.⁊.q.vij.vbi dicam.Archid.
Et vide per Joan. andr. super regula.semel malus. de regu.
iuris.

10 iur.lib.vj.[publicata].ar.† ꝙ ante sententiam crimen dicitur
notum ⁊ publicatum. ⁊ hoc verum est quo ad probationẽ sen-
tentie. sed non quo ad penam inferendam. vnde si iudex post
confessionem rei vel conuictionem moriatur: antequã sentẽtiã
proferat alius potest ferre sentẽtiã. Hu.[pre oculis].C.de iu-
di.rem non nouam.[occulta.] vt dist.xxxij. erubescant.⁊.vj.q.
1 ij.† si omnia.⁊.xxx.q.v.incerta.⁊ est ar.ꝙ que non publicantur
confessione vel conuictione sunt occulta.ergo non sunt ab ho-
mine iudicanda. ergo per monomachiam crimina nõ publi-
cantur, ⁊ sic remanent occulta, ⁊ per consequens non possunt
puniri aut iudicari ab hoĩe.ꝓm Hugu.[qui solus nouit].ꝑs.
xliij.ipse nouit abscondita cordis.⁊.ij. Paralipo.vj.Tu dñe
nosti corda filiorũ hoĩm.⁊.xxiiij.qõ.iij.deus qñ.[hi aũt.]quin
ta pars.[probantur].i.conuincuntur per testes ꝯtingere po-
test. Hug.vel probantur.i.cõuincuntur propria confessione ⁊
i.confitentur ⁊c. [castiget.]per penitentie impositionem. [per
aborsum.] hoc verum est:si voluntate procuret aborsum, ⁊ fe-
tus fuerit animatus:vt homo dici debeat.vt.xxxij.q.ij.qõ ve-
ro ⁊.c.Moyses.quanto ⁊c.

1 ☞ Zelus quid dicatur.

Hoc autem. §.est:in quo magistr.Gratia. monet hanc qõnem. vtrũ prohibitio facta
vulgaris purgationis pertineat tm̃ ad hec duo.s.de ferro can
dente,⁊ aqua feruenti:an generaliter etiam ad oĩa genera pur
gationis vulgaris se extendat,⁊ arguit ꝙ nõ extendatur ta-
lis prohibitio ad alia genera: probat duabus authoritatibus
vna est beati gregorij, ⁊ alia est de sacrificio zelotypie: de qua
Exponit literam.
Nume.v.Sed qm̃ de ista materia iam disputauimus expone-
tur cursorie litera. Lege. ¶ [Hoc autem].s.prohibitio hic fa-
cta de purgatione vulgari:que canonũ documento sancita nõ
est.Hug.[purgationis]vulgaris.s.vt quelibet prohibita in-
telligatur.[an ad hec duo].s.de ferro candente,⁊ aqua feruen-
1 te.[zelotypie].i.zelogie,⁊ suspitionis de vxore.†Zelus dicitur
amor vel suspitio. Typus forma: siue figura:inde zelotypus
qui ex nimio amore quem habet in vxorem propter ipsius pul
chritudinẽ male suspicator de vxore. [illud Gregorij.]ista est
authoritas,⁊ habetur. xxxij.q.j.c.j.⁊.ij. sed ista authoritas nõ
est pro gratiano:vnde male intelligit illam authoritatem cre-
dens per verũ iudicium intelligẽdam esse probationem ferri
candentis,⁊ hmõi.sed sensus verus est[per verũ iudicium].i.
per legitimam probationem legitimorũ testium,⁊ sic male in-
troduxit hoc capitulũ. [in libro nãq; numeri].v. scda autho-
ritas[errauerit]adulterando cum alio.[appetitur].i.accusa
tur vel infamatur[sacci]nomen est mensure[farine ordeacee.]
non dicit siliginee: que erat farina delicatissima: sicut in alijs
sacrificijs: qꝛ istud est vile ⁊ ordeum est pabulum iumenti cui
adultera assimilatur.[non fundet oleum.]qꝛ est fomentum lu-
minis.adulterium aũt fit in tenebris[nec thus.] qꝛ significat
deuotionem hoc autẽ non offerebatur ex deuotione:sed ex su-
spitione adulterij.[statuet coram dño.] ad tentandũ si ex ter-
rore cõfiteretur adulteriũ.⁊ qꝛ offerebat pro eo sacrificiũ. [su-
metq;] aquam sanctam.dicit sancta qꝛ recipiebatur de labijs
eius: de speculis mulierũ deuotarũ facte. [⁊ pauillum terre]
Nic.de lyra.
qꝛ illud sacrificiũ fiebat pro vili causa.Nic.de lyra.[offeret igi-
tur eam].s.vxorem[sacrificium recordationis].i.quo rogatur
deus recordari adulterij qõ suspicatur esse ad vindictã[ama-
rissimas]non sapore sed effectu. Hug.non formaliter sed effe-
ctiue:qꝛ effectũ amaritudinis faciebat in muliere: qñ erat cul-
pabilis.Nic.de lyra.[non tenebũt te].i. non facient te teneri,⁊
deprehendi, ⁊ haberi ream adulterij. Hug.[ingrediantur ad
nocendum.]ista expositio est ad literam. Archidia.sequitur
quãdam mysticam multũ alienam: ⁊ ideo non curamus de ea.

Sed quelibet. §.est. Et icipit hic quarta pars huius questionis: in qua queri-
tur.vtrum monomachia vel alia purgatio vulgaris sit con-
cessa. Et respondetur quod non, ⁊ hoc probat per duas au-
thoritates sanctorum patrum sequentes,Jo.de deo.[stepha-
ni].ꝫ.c.proxi.

1 ☞ Monomachia quid dicatur.⁊ nu.4.
2 Duellum an sit licitum.ꝙ non nu.4.
3 Duellum capitur dupliciter.⁊ quid sit duellum.
5 Duellum offerens ⁊ qui sponte suscipit,⁊ iudex qui authorita
tem prestat,⁊ qui ex officio dant consilium:auxilium:vel fauo-
rem peccant mortaliter.
Nec vlla cõsuetudo generalis eos excusat.nu.6. Et si contin-
gat aliquem mori omnes fiunt irregulares,nu.9.
7 Duellantes non excusantur ratione multitudinis.
8 Sacerdotes qui dant benedictionem in duellis peccant mor-
taliter.
10 Domini dantes authoritatem duellis peccant.
11 Viaticum ꝙ non sit dandum duellantibus.

Monomachiam. Capitulum est Nicolai pape: in quo
prohibetur purgatio vulgaris: que fit per duel-
Diuisio.
1 lum: † que nomine monomachie intelligitur que
dicitur singulare certamen inter duos. Et diuiditur in duas
partes.In prima ponit prohibitionem. in secunda respondet
ad obiectionem de Dauid.secũda ibi:quam licet. ¶ Pro ple-
Questio. Primũ ar.
2 niori intelligentia huius materie. Queritur.† Utrum duel-
lum sit licitum. Et videtur ꝙ sic. primo ex facto ipsius Da-
uid:qui duellum voluntarie iniit: vt patet primi Regũ.xvij.
Scdm ar.
¶ Secũdo sic.licitum est vnicuiq; defendere se est enim de iu-
re naturali distinctio.j. ius naturale. Si ergo non potest ali-
ter defendere se quam duellum suscipiendo:videtur quod ta-
Tertiũ ar.
le duellum suscipere sit licitum. ¶ Item tertio idem videtur
colligi.ff. ad legem aquiliam.l.qua actione.§. si quis in collu-
ctationem. vbi habetur quod cessat actio penalis contra oc-
cidentem in duello: quando duo pugiles colluctantur. et ita
Opponit ⁊ Rñdet.
videtur lege ciuili permissum duellum. ¶ In oppositum est
3 tex.presentis.c. ¶ Respondeo dicendum.† ꝙ duellum potest
capi dupliciter: vno modo proprie, ⁊ sic duellum est singula-
ris pugna duorum: vt per victoriam vnius appareat iustitia
tanquam per diuinum iudicium,⁊ alterius iniustitia.isto mo-
do duellum secundum Raymundum. ⁊ Hostien.⁊ Goffre. in
summis eorum diffinitur quod est singularis pugna inter ali
quos ad probationem veritatis:ita videlicet vt qui vicerit ꝓ-
basse intelligatur, et si non vicerit defecisse in probatione pu-
4 tetur. Et dicitur duellum: quasi duorum bellum: † dicitur
Monomachia: quasi vnica ⁊ singularis pugna. monos vnũ
Raymun.
machia pugna. addit Raymun.dicitur etiam vulgo in ple-
risq; partib⁹ iudicium: eo quod ibi iudicium dei expectatur:
Prima cõclusio.
de duello sic sumpto: sunt plures conclusiones. prima quod
tale duellum est illicitum. Ista conclusio patet multipliciter.
primo iure diuino iure canonico iure gentium iure ciuili. pri-
mo patet sic.iure diuino.vnde formatur sic ratio. ille actus est
prohibitus iure diuino:per quem fit dei tentatio. sed per duel
lum huiusmodi fit dei tentatio. ergo est illicitus talis actus
consequentia patet. ⁊ maior patet Deuterono.vj. ⁊ Matth.
iiij.Non tentabis dominum deum tuum. Minor etiam patet
ex.c.presenti.⁊.xxij.q.ij.queritur.⁊ ratione sic patet: quia tunc
videtur tentari deus: cum perquiritur aliquid contra natu-
ram: quod non est producibile nisi diuino miraculo. Sic est
in proposito.nam naturale est quod fortior ⁊ ingeniosior vin-
cat minus fortem. sic igitur deus tentatur: vt miraculum fa-
ciat. ¶ Secundo patet. ꝙ scilicet iure canonico sit illicitum.
primo.c.presenti.secundo extra de purgatione vulgari.c. pri-
mo ⁊ secundo.ratione sic.ille actus est illicitus: qui est delicto-
rum occasio et ex quo animarum ⁊ corporum sepe proueniunt
scandala, ⁊ pericula: sed talia proueniunt ex duellis: vt ex-
tra de torneamentis. capitulo primo. ergo conclusio vera.
¶ Tertio patet conclusio. ex iure gentium sic. ille actus est
prohibitus iure gentium: qui repugnat naturali equitati sed
duellum est huiusmodi ergo ⁊c. maior patet minor ostendi-
tur sic. Nam equitas iuris gentium est delinquentes punire:
insontes absolui: sed in duello huiusmodi contingit quan-
doq; totum contrarium: vt docet experientia iure gentium
est etiam prohibitum. ¶ Quarto patet iure ciuili secundum
quod etiam prohibetur: vt.C. de gla.l.vna. Preterea nullus
bonus iudex debet permittere illos ad arma prosilire: quos
sua authoritate potest refrenare.l. equissimum.ff. de vsuris.
Scda conclusio.
5 ¶ Secunda conclusio. † qui duellum tale offert et qui spon-
te suscipit, et iudex qui authoritatem prestat, et qui ex officio
dant consilium: auxilium vel fauorem peccant mortaliter.pa-
Tertia conclusio.
6 tet conclusio ex precedenti. ¶ Tertia conclusio.† Nulla con-
suetudo generalis in duello excusat aliquem istorum a pecca-
to mortali: patet conclusio. Tum quia est contra preceptum
domini:vt dictum est. Tum quia vt Raymũdus, ⁊ Hostien.
quorum est ista conclusio. bene arguunt diuturnitas tempo-
ris non minuit peccatum: sed auget, extra de simonijs non
Quarta cõclusio.
7 satis,⁊ capitulo cum ecclesie. ¶ Quarta conclusio.† Isti du-
ellantes non excusantur ratione multitudinis: patet quia
non minus quis peccat fornicando: quia pauci inueniuntur
Quinta cõclusio.
sine tali delicto:vt distinctio.l.quia tua. ¶ Quinta conclusio.
Tales duellum exercentes: non excusantur per hoc: quod
papa sciat, et non videatur improbare: patet quoniam pa-
pa bene quidem istam consuetudinem improbat de iure: vt
hic. et supra eadem capitu.consuluisti. licet non de facto. sed

tolerat sicut meretrices,⁊ vsurarios in ciuitate:sed nō minus a peccato excusantur propter hoc meretrices, ⁊ vsurarij, ⁊ ita in proposito peccat mortaliter non tantum qui sponte suscipit duellum : sed etiam qui propter quecunꝙ metum suscipit licet attenuetur eius peccatū propter periculum ꝑsonarū vel rerum.xxxij.q.v.ita ne.⁊ extra quod me.cau.sacris. ¶Quin

Quinta cō clusio.

8 ta conclusio.† peccant etiam mortaliter sacerdotes qui dant in duellis benedictionem sicut alicubi est cōsuetudo.¶Sexta

Sexta con clusio.

9 cōclusio.† si in duello contingat aliquem mori:oēs supra dicti sunt irregulares.patet.xvij.qō.iiij.oēs. secūdo vt dicit Nico

Nic.de lyra.

laus de lyra disputans hāc questionē super.j. Reg.c.xvij.pōt accipi large duellum:prout est bellum singulare vnius cū alio absꝙ expectatione diuini iudicij:sed vt per virtutem:artē vel fortunam:vel omnib⁹ istis vel aliquibus eoꝝ concurrentibus aliqua controuersia inter eos criminalis vel ciuilis terminetur. Et circa hoc currunt due opiniones vt ipse inquit.prima est: ꝙ duellum etiam hoc modo sumptū est oīno illicitum:non solum ex parte offerentis:sed etiam recipientis:dicentes ꝙ magis quis deberet sustinere rerum suarū spoliationem,⁊ sue ꝑsone mortem:quā duellum recipere etiam dato ꝙ se sentiat innocentem:quorū motiua sunt que sequūtur.primum est : quia vt inquiunt intentio intrantis duellum est interficere aduersarium suum:qō nulli persone priuate est licitum.qr est contra dictamen legis nature,⁊ est contra preceptum dñi. ¶Secun

August.

do inducunt illud Aug.de li.ar.dicentis.quomodo possumus arbitrari istos carere libidine : qui pro his quoꝙ rebus gladiantur quas possunt amittere inuiti, ⁊ inter istas res secūdū ipsum vita propria ponitur : vt ibidem premittitur ergo ⁊c. istius sententie videtur esse Ray.Hu.Gof.⁊ Hosti.Alij vero sicut est Guil.super Ray.sunt quibus videtur prefata sententia nimis dura:maxime vbi innocens accusatur de crimine ad mortem:qui si duellum oblatum recusauerit:statim suspēderetur:durum enim videtur dicere,ꝙ talis teneatur potius sustinere se suspendi:quā se defendere in bello.vnde dicunt ꝙ si appellatus siue requisitus de duello non possit declinare : vt pote qr denegātur sibi probationes alie, ⁊ si appellet nō defertur appellationi sue potest licite se defendere duellando, ⁊ non solum in causa criminali pro vita sua defendenda:sed etiā in causa ciuili:qr sicut licitum est alicui bellare ad sui corporis defensionem:ita etiam ad rerū suarum conseruationem.⁊ isti nituntur respondere ad motiua prime opinionis.dicūt enim ꝙ non valet: quod dicebatur ꝙ intendere alium occidere sit dictamē nature.Respōdetur enim,ꝙ hoc verum est si per se intenderetur.sed in hoc casu nō intenditur:nisi per accidens si nō possit aliter vitam suam vel res suas seruare:ad quarum conseruationem per se dirigitur intētio sua:qō patet ex hoc ꝙ declinat duellum quātum potest ⁊ ad conseruationem vite proprie:magis inclinat natura propter qō argumētū quātum ad hoc videtur magis ad oppositum. Ad id vero qō consequēter dicebatur ꝙ esset contra preceptū domini. Respondetur ꝙ preceptum diuinū: non occides : intelligitur de occisione innocētis appellans autem in hoc casu non est innocens : nec per consequens iste se defendens de mandato et voluntate iudicis non videtur peccare: maxime pro sue vite tuitione. ¶Ad dictum vero Aug.respondetur ꝙ potest dici ꝙ loquitur inquisitiue ⁊ dubitatiue ⁊ non determinatiue. Dicunt consequenter isti ꝙ licet appellatus in duello in hoc casu excusetur a peccato appellans tñ,⁊ iudex authoritatē vel licentiam prestans semper peccāt mortaliter.Sed Nico.de lyra.vbi.s.dixit qr multi prin

Nic.de lyra.

cipes sancte vite ⁊ qui bonorū cōsilio vtebanť:aliqñ duella sustinuerunt:seu ꝯcesserunt:vt beatus Ludouicus rex francie ⁊ Karolus magnus, ⁊ plures alij ⁊ archiepi, ⁊ prelati iustitiam temporalem habentes : videtur durum duella condemnare in omni casu ex parte iudicū: ideo absꝙ assertione aliqua, ⁊ per modum collationis potest dici inquit,ꝙ in aliquo casu a iudicibus possunt permitti: vt pote qñ aliqui nobiles habent inter se guerram:quam non possunt remouere ex longa consuetudine:quāuis superiorem habeant:vt in pluribus terris ⁊ regnis.⁊ ex hoc vnus vastat terrā alterius ferro et igne: in quo subditi qui sunt innocentes:in rebus ⁊ corporibus multipliciter affliguntur.Et aliquando contingit,ꝙ vnus coram superiore principe prouocat alium ad duellum,⁊ alius statim recipit absꝙ alia recusatione si iudex in tali casu probabiliter videat ꝙ predicta vastatio subditorum innocentium per duellū istud debeat terminari:non videtur peccare tale duellum permittendo:quia ei qui habet curam alicuius communitatis licitum est minora mala permittere : ad euitandum maiora : sicut licite permittuntur meretrices in ciuitatib⁹:ne omnia turbentur libidinibus: vt etiam dicit Augu.Sic autem videtur esse in proposito:vt patet ex predictis : cui dicto videtur con

S. Thom.

cordare san.Tho.in sua summa.vbi dicit,ꝙ quando in duello non expectatur aliquis euentus miraculosus sicut est in proposito:vt patet ex supra dictis tunc tale duellū appropinquat ad communem rationem fortium: fortibus autem vti licitum est in pluribus casibus.Nobis autem saluo semper meliori iudicio magis placet opinio prima que est Ray.Gof.⁊ Hosti.et communiter iura illi fauent. Nihilominus pro pleniori intelligentia inducemus aliqua notanda. primo ꝙ duellum potest esse cum moderamine conflictus:ita vt non sit pugna cruenta tendens ad effusionem sanguinis,⁊ de tali nō loquimur : quia tale duellum posset esse licitum:vt pote cum ad exercitium armorum ⁊ bellice industrie:vt habeatur idoneitas bellandi pro fide,⁊ pace ecclesie fieret aliquando duellum est cruentum tendens ad effusionem sanguinis, ⁊ hoc aliquando fit odij exaggeratione.Aliquando propter gloriam in publico consequendam.aliquando ad purgationem alicuius criminis: vel veritatis inuestigationem, ⁊ duellum vtroꝙ modo sumptum videtur nobis omnino prohibitum. ista conclusio patet. de primo enim non est dubium:quia contra preceptum legis naturalis ⁊ diuine.s.non occides,⁊ diligēs proximum ⁊c.de duello: quod fit propter gloriam consequendam patet: quoniam hoc est vanum ⁊ illicitum ⁊ peccatum : de duello qō fit causa purgationis criminis aut experimenti alicuius veritatis patet quia in hoc tentatur deus : sicut supra inductum est. Ueniendo autem ad duellum quod dicitur largo modo sumptum:qō est pugna duorū absꝙ expectatione diuini iudicij : sed vt per virtutem artem aut fortunam terminetur aliqua controuersia inter ipsos:: sumus in eadem conclusione, ꝙ sit etiam hoc

Raymūd⁹ Goffredus Hostien.

a duellum illicitum.[a] vnde Alexan.de halis in.iiij.iij.questione qua queritur.Utrū pugiles sint ad communionem admittendi:post narrationem opinionum duarū dicit sic. Prima opinio securior est,⁊ illi assentio,ꝙ nullo casu licet duellum offerre:nec illatum vel oblatum suscipere.hec ille. Preterea nos petimus ab istis qui pro alia opinione loquūtur : quomodo per tale duellum terminabitur controuersia:aut sic ꝙ quicūꝙ vicerit intelligatur probasse habere rationem siue ius. Et si sic istud non est sine expectatione diuini iudicij: quia naturale est vt qui virtute prestantior est ⁊ arte belli doctior vincat minus fortem minusque peritum.aut terminabitur controuersia : vt qui vincat siue habeat ius siue non obtineat, ⁊ ista via est illicita ⁊ iniusta quia sepe contingeret,ꝙ sine culpa quis esset punitus:vt in.c.significantibus.de pur.vul.vnde ista via est malorum hominum ⁊ iniustorum de quibus dicitur Sapientie.j. fortitudo nostra lex iustitie . vnde videtur nobis ꝙ ex vtraꝙ parte scilicet tam petentis quam suscipientis est illicitū duellum,⁊ vterꝙ peccat licet minus qui causa metus suscipit. Et ista videtur esse sententia Augusti.libro de arbitrio : in signū huius talibus qui in duellis moriuntur denegatur eucharistia : tanquam suspectis de crimine . de consecra.distinctio.ij. hi qui.⁊.c. sepultura . ⁊ extra de tornea.cap.j.in fin. Et ad omnia que inducūtur pro secunda opinione faciliter respondetur:quod magna sit differentia inter suscipere duellum cruentum oblatum et inter resistere inuadenti volenti occidere: vel spoliare aliquem : quoniā hoc in casu ineuitabilis necessitatis est licitum.vt disputauimus.s.o.l.circa.c.de his clericis illud vero nullo casu videtur licitū : quia nec ibi ineuitabilis necessitas occurrit.Et ibi videtur etiam per se intenta victoria:su

Alexander de halis.

a ¶Duellū illicitū.adō ꝙ duellū cēsetur graue delictū pet. de anch. i.c. j.nuū.2. de corpo. viti. et quare sit ꝓhibitū in defectū ꝓbatiōis idē in ca.hēricus. nu.6.de cle. pugnan. in duel.

10 per alium per occisionem illius.† Ceterum idem videtur nobis:qō similiter peccant domini qui talibus duellis dant authoritatem : siue licentiam rationibus iam dictis: cum duella ipsa sint illicita:vt satis colligitur.extra de purg.vulg.capit. primo.⁊ vltimo. Et ex his que dicta sunt circa probationem prime conclusionis. Preterea licet qui habet curam communitatis tacite possit permittere minora mala : ad euitandum maiora : nunquam tamen videtur quod licite possit dare authoritatem malaculpe minora maxime mortalia faciendi : ad euitandū maiora.vnde non est simile qō inducit Nicola.de lyra de tolerantia meretricū. quoniam aliud est tolerare ꝙ sint meretrices:aliud licentiare,⁊ dare authoritatem qō alique fiant meretrices.vnde aliud est tolerare aliqua duella si contingat ꝙ fiant,⁊ aliud dare licētiam ⁊ authoritatem fiendi. Preterea qō dicitur de sancto rege Ludouico ꝙ concesserit aliqua duella fieri videtur esse contra ea que in eius legenda habentur. Laudatur enim de hoc inter cetera, ꝙ duella fieri prohibebat.Quod aūt dicit de sancto Tho.in.ij.ij.q.xcij. articulo vltimo.non est ad propositū eorū . vnde verba sancti Tho.sunt formaliter que sequūtur.Loquendo enim de purgatione vulgari:dicit sic.eadem videtur esse ratio de lege duellorū : nisi ꝙ plus accedat ad cōem rationē fortiū:inquantū nō expectať ibi miraculosus effectus : nisi forte qñ pugiles sunt valde impares virtute ⁊ arte.hec san.Tho.Ex quibus manifeste apparet oppositum quā propositum: quia cōiter ista imparitas inter pugiles

Nic.de lyra.

S. Thom.

pugiles inuenitur.raro enim reperiunť pares per omnia pugiles. ¶His habitis dicēdum est ad rationes in oppositum.

Ad primū arg.

Ad primā respōdetur negando cōsequentiā qm̄ Dauid vt dicit hic glo.illud duellum iniit per reuelationem diuinam.Creditur enim reuelatū fuisse Dauid a dño: ꝙ sic volebat indicare suam iustitiam contra philisteos.vnde ꝓcedens cōtra philisteum dixit:ego venio cōtra te in noīe dei viuētis ⁊c. Cui sententie adheret Nico.de lyra. vbi.s. ⁊ alij doctores catholici,et etiam Alexand.de halis.in.iij. ait sic. ꝙ ad hoc duellum factū est inspiratione diuina,⁊ in figurā rei future.significauit enim ministerium passionis dñice:in quo spūalis dauid.s.Christus de golia.i.diabolo velut duelli certamine triūphauit. ¶Ad

Nicolaus de lyra. Alexander de halis.

Ad scōm.

scōam rñdetur negādo consequentiā. lz eñ iure naturali quilibet licite possit contra inuadentem se casu occurrente ineuitabilis necessitatis se defendere,⁊ tueri nō tñ ꝓpter hoc sequitur ꝙ possit licite oblatum duellum cruentum ⁊ cū discrimine proprie salutis suscipere.¶Ad tertiam rñdetur.ꝙ lex illa intelligatur qñ duellum non est cruentum siue tendens ad effusionem sanguinis:vt cū aliqui brachijs colluctant : vel similibus modis, ⁊ hoc genus colluctandi non est inhibitū iure ciuili:imo permissum ꝓpter populi recreationem.C. de specta. per totum.lib.xi. de impensis Ludo.e.lib.Lege. ¶[Monomachiam].i.singulare certamen inter duos. Monos enim dicitur vnū,⁊ machia pugna interpretať.[non reperimus]arg. eoipso aliquid videri prohibitum:qr non est preceptū vel permissum.ar.s.consuluisti. Hug.[licet legamus].j. Re.xvij.ar. non esse argumentandum ab exemplis.ar.xxvi.q.ij.nō statim. ⁊.c.non exemplo.⁊ presertim veteris testamēti.vt.xij.q.ij. gloria.⁊.xiiij.q.v.dixit.item ar.ꝙ nō omnia exēpla vel facta sanctorum patrum esse trahenda ad consequentiam:nec in omnibus sanctos esse imitādos:vt ideo nos faciamus aliqua : quia ipsi fecerunt talia. ar.xxvi.q.ij.non statim. non exemplo.hug.

Ad tertiū.

Exponit literam.

11 [temperare.] ar.cōtra pugiles.†ꝙ viaticum non est dandum eis:cum peccent mortaliter: qr deum tentant: qō nō est faciendum.vt.xxij.qō.ij.queritur. Si enim admitteretur monomachia:tanquā licita:nullū peccatū remaneret occultū, ⁊ ita preueniretur dei iudicium : nec aliquid sibi reseruaretur ad iudicandum.Ex hoc capitulo aperte colligitur.dicit Hug.ꝙ monomachia est res illicita, ⁊ prohibita. mortaliter ergo peccat: qui eam precipit.⁊ qui eā facit: nec dāda est eucharistia volentibus eam cōmittere.de actore nullus dubitat . sed etiā reo nō debet dari:cū ei sit illicitū,⁊ ꝯtra deum potius debet tolerare quelibet mala:quam hoc facere.vt.xxxij.q.v.ita ne.Hug.

Contra in concilio.

§.est. Hic allegat in cōtrariū eius : quod dictum est de prohibitione vulgaris purgationis.Et inducit quatuor sequentia ad probandū,ꝙ vulgaris purgatio sit licita:cū reperiatur a sanctis patribus ꝯcessa ⁊ practicata.Et potest dici ꝙ hic incipit.v.pars huius questionis ꝭm archi.Solutio ad omnia ista capitula est vna : ꝙ omnia sunt abrogata per alia instituta sanctorum patrum que correxerunt illa.

Sepe contingit.

Primū illorum. iiij. capitulorū est istud:⁊ est cōcilij guarmaceñ.Summa eius est, ꝙ per corporis xp̄i susceptionē cū interpretatione quorūdam verboꝝ purgabātur monachi suspecti de furto. Et potest diuidi in duas partes.qm̄ in prima narrat excessum cōmissum.in secūda prouidet statuendo.secūda ibi:idcirco.Lege. ¶[Sepe ꝯtingit.] hoc.c.abrogatū est.vnde nō tenet nec obseruandum est tum qr in hoc videtur deus tentari.secundo qr suspectis non est dandum corpus xp̄i.vt de conse.dist.ij.hi qui.⁊.c. tribus. nec verba ista prout ad propositū gratiani inducta sunt possunt nisi malam habere intelligētiā,⁊ ideo de alia expositione que cum non posset esse nisi ficta supersedemus.

Diuisio.

Exponit literam.

1 ☞Laicus an possit compelli per episcopum ad purgationem sicut clericus.

2 Laicus quota manu purgetur.

Interrogatum.

Secundū.c.est eiusdem concilij.Summa est.ꝙ accusatus siue suspectus de adulterio debet se purgare probabili iudicio. Et diuiditur in duas partes.In prima ponitur consultatio.in secunda poniť responsio:quid sit fiendum in illo casu.secunda ibi:decretū est. Lege.¶[Interrogatū si duo.] masculus ⁊ femina.Hug.[decretū.]secūda pars.[probabili iudicio].i.vulgari.s. ferro candente:vel hmōi.⁊ ꝭm hoc derogatum est huic.c. sicut diximus ⁊ in hoc sensu introductum est a magi.Gratiano. Alio modo potest exponi:videlicet ꝓbabili iudicio.i.ecclesiastico.s.per iuramentum,⁊ per testes.⁊ ꝭm hoc nō est derogatū huic capitu

Diuisio.

Exponit literam.

1 lo.¶Sed surgit questio.†Utrum laicus possit compelli per episcopū ad purgationem sicut ⁊ clericus, ⁊ videtur qō sic ex presenti.c.secundo extra de purg.ca.c.nos inter. vbi simpliciter loquitur text.inter parochianum clericum a laico. ¶In oppositum videtur.qr laicus subijcitur iudici seculari : nō ecclesiastico. ergo nō videtur ꝙ possit compelli per ecclesiasticū epm ad purgationem. ¶Respondeo. hic sunt varie opiniones.quidam dicunt sicut facit Ber.qui in gloss.prefati.c. nos inter.distinguit,ꝙ aut crimen ecclesiasticū puta heresis ⁊ vsura vel etiam ratione misture est tale, ꝙ de eo potest ecclesiasticus cognoscere : quale est crimen sacrilegij:incestus,⁊ similia: vt traditur in.c. cum sit generale.de fo.compe.Et in hoc casu est cōclusio.ꝙ episcopus potest laicum ad purgationem compellere ⁊ ei purgationem indicere:patet qr de tali crimine pōt cognoscere.aut tale crimen non est ecclesiasticum:nec mistum, ⁊ tunc aut talis eps habet super laicū iurisdictionē temporalem:vt pote qr talis laicus est de dñio temporali ecclesie tunc sequitur scōa conclusio. ꝙ tali laico potest eps indicere purgationem.patet conclusio.ex.c. licet ex suscepto. de fo.compe.⁊ in c.cum io.de fi.instru.⁊ in.c.si duobus.extra de appel. Aut laicus non est de dominio temporali ecclesie:tunc est.iij.conclusio ꝙ eps tali laico super crimine qō non est ecclesiasticū: aut mistum non potest indicere purgationem.patet conclusio.qr non potest episcopus de tali crimine contra laicum illum cognoscere. istam opinionem sequitur Inno.qui probat:quod purgatio non indicitur nisi deficiente probatione. ergo illius criminis cuius probationes recipere non potest.qr nō habet cognitionem purgationem indicere nō poterit. Alia opinio est domini Archi.in.c.iij.de consue.lib.vj. qui tenet contrarium: dicens,ꝙ nō videt rationem distinctionis criminum. Primo quia episcopus qui subditorum suorum crimina non corrigit magis est dicendus canis impudicus:quā episcopus. lxxxiij. distin.nemo.⁊.j.qō.vij.qui nec. ¶Secundo quia dicta decretalis nos inter generaliter loquitur ⁊ non distinguit inter crimina. ergo generaliter est intelligenda. ¶Tertio quia opinatur quod omne crimen est ecclesiasticum,⁊ hanc opinionem Archidia.tenuerunt etiam aliqui alij.vt Mattheus in clem̄. de offic.ordi.⁊ Alanus.sed Hostien.concordat has opiniones sic. ꝙ prima opinio sit vera quantum ad temporalem penam imponendam. alias frustra videretur commissus gladius domino temporali:si ratione cuiuslibet criminis tota iurisdictio ad ecclesiasticum pertineret. vnde ecclesia nō cognoscit de crimine laici:nisi sit de suo dominio temporali:vel nisi sit ecclesiasticum:vel mistum vel nisi in defectum iustitie secularis vel ratione pacis : aut iuramenti : vel ex simili causa per quam laicus efficiatur de foro ecclesiastico. de quibus per doctores. in capi. licet ex suscepto. de foro competenti. ¶Secunda vero opinio. scilicet Archidia.et sequentium habet locum quo ad penam spiritualem,⁊ penitentiam . quia quo ad hoc de quolibet peccato mortali spectat cognitio : examinatio,⁊ correptio ad ecclesiasticum : de quo si quis infamatus est inquiret. vt in capitu.primo de officio ordinarij, ⁊ si probari non potest : indicet purgationem . Et hanc sententiam videtur Joan.andreas. ⁊ domi.Antonius sequi. ⁊ per hec patet ratio ad solu

Questio.

Opponit ī cōtrarium.

Respōdet.

Prima cō clusio.

Scōa ꝯclu.

Tertia con clusio.

Archid.

Matthe⁹ Alanus. Hostien.

2 tiones argumentorum.¶Sed hic surgit questio.† quota manu purgabitur laicus. Respōdetur iuxta. Hug.hic quod simpla manu : sicut subdiaconus,et reliqui inferiores clerici: qui in multis habentur ad similitudinem laicorum. argumen.v. questione.vj.quia iuxta.[presbyteri de adulterio.]inter se commisso. Et idē est de quolibet alio crimine:quod inter se aliqui commisissent. Hug.

Jo.and. Antonius Questio.

Statuit.

Sequitur tertiū capitulum eiusdem cōcilij:in quo summa est. qō si duo infamati sunt de adulterio,⁊ negant,⁊ petūt vnus pro vtroꝙ se diuino iudicio purget admittitur cum ista conditione, ꝙ vno conuicto ambo teneantur rei. Breue est.Lege text. ¶[Statuit duo.] masculus ⁊ femella. Hug.[de adulterio.] inter se cōmisso.Hug.[accusati].i.infamati.Hug.⁊ Archi.[orant].i.petunt scilicet purgatione vulgari videlicet ferri candentis:vel aque feruētis:vel monomachie,⁊ huiusmodi,⁊ ad hoc gratianus iducit hoc.c.⁊ sic est abrogatum. Hug.[vt alter illorū.] tanquā procurator. vt dist. lxiij.tibi domino.gl.[purget vtrosꝙ.]⁊ hoc potest esse in pur

Exponit literam.

a gatione[a] presertim vulgari.sed si directo accusarētur nō posset alter per alterum agere vel respondere.vt.iij.qō.ix. absens ⁊.v.q.iij.in criminalibus.Hug.

a ¶In purgatiōe. purgatōes quare sint inducte:vid pet. de ancha.in ca. significasti. nu.8. de adul.

Si epo.

Quartum.c.⁊ est eiusdē concilij statutū. summa est,ꝙ episcopus aut presbyter infamatus de pluribus criminib⁹: de singulis se debeat purgare: qui si defecerit in purgatione quinquennio a liminibus ecclesie dz arceri.breue est. Lege.

[Si epo pro singulis] de criminibus sibi imputatis. Hug. [celebrare ⁊ communicare.] abrogata sunt omnia ista. Hugu. [quinquennio.] sed hodie deponitur. vt extra de simo. de hoc vnde derogatum est huic capitulo per illam dicit presertim ea ratione. qꝛ ecclesia non debet tanto tẽpore vacare pastore: nec prebenda vel beneficium ecclesiasticum debet vacare vltra sex menses: vt extra de conces. preben. c. nulla. vel dicendũ ꝙ hoc capitulum concordat cum decretali: qꝛ presbyterum per quinquennium suspendere: est ipsum perpetuo remouere: qꝛ ecclesia nõ debet tanto tempore: vt dictum est ẽm Hug. ad hoc extra de cleri. non resi. qualiter. Archi.

Illud vero. §. est. s. in. c. presbyter. ⁊ c. omnibꝰ habitum est: ꝙ clerici sunt compellendi ad purgationem. sed qꝛ illa duo capitula mandastis. ⁊ c. auditum. videntur contradicere sicut magister superius allegauit: ideo ea hic determinat. Hug. ⁊ Archi. q. dicẽtes. ꝙ per exemplum: qđ ibi fecit papa non vult alijs legem prescribere. Uerum intellige dictũ magistri bene: qm̃ si intelligat, ꝙ papa ibi loquatur de successoribus verũ dicit. Si vero intelligat, ꝙ papa loquatur de omnibꝰ alijs clericis indistincte: ita ꝙ nullus eorũ cogi posset ad purgationem: male diceret: qꝛ capitula supra dicta que sunt a summis pontificibus tradita: dicũt contrariũ. si vero intelligat ꝙ etiam nullus clericus sit cogendus ad purgationem: nisi precesserit infamia: que sufficiat ad purgationem indicendam: verum etiam diceret.

Questio quinta.

2 ☞ Testimonium non tenetur ferre homo si nõ requiritur, ⁊ celatio veritatis nulli sit damnosa.
3 Subditus requisitus authoritate superioris an tenetur ferre testimonium. ⁊ nu. 4.
5 Homo quando teneatur ad testificandum.
8 Testimonium vnius sufficit in aliquibus casibus.
10 Testimonium duorum an semper sufficiat.
11 Casus in quibus desiderantur plures testes: saltem tres.

Diuisio.

Quod vero. Hic incipit qnta questio. Et diuiditur in duas partes ẽm Archid. in quarum prima querit: an ad condemnationem alicuius sufficiãt duo legitimi testes, ⁊ probat ꝙ sic: vsqꝫ ad. §. ex premissis. in ver. porro. Contrarium probat per duas authoritates. Joan. de. ⁊ Arch. Pro pleniori intelligẽtia huius materie veniũt hic quatuor querenda.

1 Primum est vtrum ad testimonium ferendum homo teneatur.
6 Secundum est vtrum liceat homini testimonium ferre de his que secreto ei sunt commissa.
7 Tertium est vtrum testimonium vnius sufficiat.
9 Quartum est vtrum sufficiat duorum vel trium testimonium ad condemnationem cuiuscunqꝫ persone: aut ad expeditionem causarum.

1 **Ad primum** sic proceditur. † Et videtur ꝙ homo non tenetur ad testimonium ferẽdum, primo sic. Ad ea que sunt de necessitate salutis omnes tenẽtur: sed clericis ⁊ sacerdotibus prohibetur ferre testimonium in causa sanguinis. vt di. l. si quis. ⁊ di. lj. aliquãtos. ⁊ extra ne cle. vel mo. c. sententiam. vnde canon fabiani pape. j. eo. q. vij. sicut sacerdotes vel reliqui clerici a laicorum excludũtur accusatione: ita ⁊ ab illorum sunt excludendi accusatione.

Primũ ar. — Scđm arg.

Secũdo sic. dicit synodus eugenij pape. xiiij. q. ij. quãquam testimonium sacerdotũ credibile habeat: tamen in ipsis secularibus negotijs pro conficiendis instrumẽtis ad testimoniũ non cogentur. quia eos talibus rebus interesse non conuenit.

Opponit i cõtrarium.

In oppositũ videtur esse Aug. ad casulanũ dicẽs qui metu cuiuscunqꝫ potestatis veritatem occultat: iram dei super se prouocat: qꝛ magis timet deum: ꝙ hominem. ⁊ j. vterqꝫ reus est. ⁊ qui veritatem occultat, ⁊ qui profert mẽdaciũ. qꝛ ille prodesse non vult. ⁊ iste nocere desiderat. ratione sic. Rationalis creatura humana debitrix est bonitati, ⁊ debitrix est etiã veritati, ⁊ sicut debet pro loco ⁊ tẽpore confiteri veritatẽ: sed testimoniũ nõ est aliud ꝙ veritatis confessio: ergo qlibet tenet pro loco ⁊ tpe testificari pro quocũqꝫ.

Respõdet. S. Thom.

Respõdeo dicendum sub certis cõclusionibus iuxta san. Tho. in. ij. ij. Aut eñ requirit testimonium alicuius aut nõ. Si nõ requirit, ⁊ celatio veritatis nulli est dãnosa ponit ista prima conclusio.

Prima cõclusio. 2

† ꝙ in tali casu nõ tenet homo ferre testimoniũ: isto mõ dicit Aug. in qõnibꝰ genesis ꝙ abraam dicẽs de vxore sua. soror mea est: veritatem velari voluit: nõ mendaciũ dici. si vero requiratur testimoniũ subdistinguit: qꝛ aut superioritate superioris: aut nõ. si sic tũc

Scđa conclusio.

3 est cõclusio secũda. † ꝙ subditus requisitus authoritate sui superioris cui in his que ad iustitiam pertinent obedire tenetur obligatur testimoniũ ferre in his: in quibꝰ ẽm ordinem iuris testimoniũ ab eo exigit: puta in manifestis, ⁊ in his de quibus infamia precessit. ista cõclusio est manifesta: imo potest cõpelli vt dicit Ray. ⁊ dñs Ulri. per censurã ecclesiasticã. i. per sententiam interdũ excõicationis: vel suspensionis, ⁊ hoc in ciuilibꝰ: vel cũ de crimine ciuiliter agit. Si vero de crĩe agit non dꝫ cogi: nisi forte in crĩe falsi: vt quidam dicũt. Si vero exigatur ab eo testimonium: in alijs puta in occultis, ⁊ de quibus infamia

Raymũdꝰ. Ulricbus. — Tertia cõclusio.

4 non precessit tũc est conclusio. iij. † ꝙ in hoc casu hoc non tenetur ferre testimoniũ. Si aũt requirat testimoniũ nõ tamẽ authoritate superioris: cui obedire tenetur: tũc distinguẽdũ est: qꝛ aut testimoniũ requirit ad liberandũ hoiem: vel ab iniusta morte seu pena: quacunqꝫ vel a falsa infamia vel ab aliquo dãno,

Quarta cõclusio. S. Thom.

5 ⁊ tũc sit ista conclu. iiij. † ꝙ homo tũc tenetur ad testificandũ. ista cõclu. est san. Tho. cui dñs Ulri. concordans ait: sine quibꝰ non potest aliqua res probari tenent potius testimoniũ perhibere: cũ sine suo dãno possunt: ꝙ si propter defectũ probationis pmittant proximũ suũ rem suam perdere: qꝛ equaliter ꝯtra charitatem est proximũ ledere omissione: vel cõmissione: hec ille. ista ꝯclusio est etiã Alexã. de ha. in. iij. ⁊ probat eam sic de lege naturali ⁊ euangelij quilibet tenet alij facere qđ sibi vellet fieri: sed si aliquis periclitaret in persona propter defectum testimonij veritatis vel amitteret rẽ suã: vellet pro se testimonium dici: ergo in consimili casu tenet testimoniũ dicere proximo.

Alexander de halis. — Quinta cõclusio. ps. lxxxj. a

Quinta cõclu. iuxta san. Tho. est ꝙ si etiam eius testimoniũ nõ requirat tenet facere qđ in se est: vt veritatẽ denuntiet alicui: qui ad hoc posset prodesse: dꝛ eñ in ps. Eripite pauperem, ⁊ egenum de manu peccatoris liberate. ⁊ prouer. xxiiij. Erue eos qui ducũtur ad mortem. ⁊ ad Rom. j. dꝛ. Digni sunt morte non solũ qui faciunt: sed etiã q ꝯsentiũt facientibus. vbi dicit glos. consentire est tacere cum possis arguere. ista conclusio est etiã Alex. de ha. in. iij. qui dicit, ꝙ cum cõfessio veritatis requirit in testimonio ad purgationem innocentie: si pro defectu testimonij veritatis condemnaretur innocẽs pro nocẽte tenetur quilibet ferre testimoniũ illo precepto quo dicitur. Erue eos qui ducũtur ad mortem, ⁊ qui trahũtur ad interitum liberare ne cesses. Prouer. xxiiij.

Alexander de halis. — Sexta conclusio. S. Thom.

si vero requiratur testimoniũ super his q̃ pertinẽt ad ꝯdemnationẽ alicuius sit conclusio ista. vj. Non tenet in his aliquis ferre testimoniũ nisi cũ a superiori suo cõpelleret ẽm ordinẽ iuris. patet conclusio qꝛ vt dicit san. Tho. si circa hoc occultaretur veritas: nulli ex hoc speciale damnũ nascitur: vel si immineat periculũ accusatori nõ est curandum: qꝛ ipse se in hoc periculo sponte ingessit. Alia eñ est rõ de reo cui periculũ imminet eo nolente. hec san. Tho.

Ad primũ arg.

Ad rõnes in ꝯtrium. Ad primã rñdet negãdo consequentiam. qꝛ lꝫ operari vel cooperari ad occisionem hoĩs non cõpetat ministris altaris, ⁊ per ꝯñs ẽm iuris ordinẽ compelli non possint ad ferendũ testimoniũ in cã sanguinis: non pter hoc sequit, ꝙ in alijs nõ teneantur ferre testimoniũ vbi necessitas exigeret.

Ad scđm.

Ad scđam rñdetur. ꝙ verũ est ꝙ nõ cogẽtur per iudicem secularem: sed per ecclesiasticũ bene: qñ pter defectum probationis res proximi amitteretur.

Primũ ar.

6 **Ad secundum** sic proceditur. † Et videt ꝙ nõ liceat testimoniũ ferre de his: que ei in secreto sunt cõmissa. Nulli lꝫ fraudulenter ambulare sed dicit Prouerb. xi. ⁊ v. q. v. q ambulat. Qui ambulat fraudulenter reuelat archana qui autem fidelis est: celat amici cõmissum. ergo non est licitũ alicui ferre testimoniũ de his que sibi secreto sunt commissa.

Opponit i cõtrarium.

In contrariũ est qđ. s. e. q. iij. c. si peccauerit determinatũ est: ꝙ denũtiatio occulti criminis poterat fieri sine preuia admonitione: qñ tale esset peccatum occultum: qđ poterat in re publica generare graue damnum spũale, siue tpale.

Respõdet. S. Thom.

Rñdeo dicendũ iuxta sanc. Tho. in. ij. ij. vbi. s. sub distinctione. qñ aut petitur testimoniũ ferre de his que homini sunt cõmissa in secreto per confessionem ⁊ tunc est conclusio prima: ꝙ de his nullo modo dꝫ quis ferre testimonium. patet conclusio. quoniam huiusmodi non scit homo vt homo. sꝫ tanqꝫ Dei minister: ⁊ maius est vinculum sacramẽti quolibet hominis precepto, aut petitur ferri testimonium de his que aliter homini sub secreto committũtur. ⁊ tunc est distinguendum: quoniam quandoqꝫ talia sunt que sunt in nocumentum proximorum spirituale vel corporale: puta si aliquis occulte tractet quomodo ciuitas tradatur hostibus vel si hereticus priuatim homines a fide auertat. ⁊ de istis conclusio. ij. ꝙ talia cũ ad notitiã hoĩs veniũt, hõ manifestare tenet vel testificando, vel denũtiando. vnde contra hoc debitũ obligari non põt p secreti commissum: qꝛ in hoc frangeret fidem: quam alteri dꝫ. aut sunt talia de quibus petit ferri testimoniũ que nullus prodere tenetur: vnde põt obligari ex hoc: ꝙ sub secreto

Prima cõclusio. — Scđa conclusio.

secreto committuntur, ⁊ de talibus est conclusio tertia ꝙ nullo modo tenetur ea homo prodere etiam ex precepto superioris: patet conclusio quia seruare fidem est de iure naturali: nihil autem potest precipi homini: contra id quod est de iure naturali.

Primũ ar.

7 **Ad tertium** sic proceditur. † ⁊ videtur ꝙ testimonium vnius sufficiat. pmo sic arguitur populus eo ꝙ in diuinis promissionibꝰ nõ credidit moysi. ergo ⁊ multo magis arguendus est: si in humanis actibus non crederetur testimonio Moysi. ergo in casu potest sufficere testimonium vnius testis.

Scđm arg.

Secundo idem arguitur ex. c. paruulos. de conse. distin. iiij. ⁊ c. cũ itaqꝫ. vbi creditur testimonio vnius: an aliquis sit baptizatus, ⁊ an ecclesia sit cõsecrata.

Tertiũ ar. — Opponit i cõtrarium. — Rñdet. — Prima cõclusio.

Tertio testimonium vnius sufficit in denuntiatione charitatiua. vt extra de testi. in omni ergo ⁊c. In oppositum est c. presens. vbi multiplici authoritate ostẽditur in ore duorum vel trium stat omne verbum. Respondeo dicendũ sub duabus ꝯclusionibus. Prima est ꝙ regulariter testimoniũ vnius non sufficit: nec vni soli testi est credendũ. ista conclusio primo patet lege diuina. dicit enim Nume. xxv. ad vnius testimoniũ nullus damnabitur. item deut. xix. Non stabit testis cõtra aliquem. qdquid illud peccati vel facinoris fuerit. Secũdo patet conclusio lege humana. dicit enim extra. de testi. c. veniens. j. qđ testimoniũ vnius non sufficiat ad condemnationem alicuius. Uox enim vnius vox nullius. item in. c. cũ a nobis. eo. tit. de testi. dicit Inno. iij. canonica ⁊ ciuilia iura sequentes districtius inhibemus: ne vniꝰ iudicio. i. testis quãtecũqꝫ fuerit authoritatis verbo credatur in causis ⁊c.

Secunda conclusio. 8 — Primus casus.

Scđa conclusio. † ꝙ in aliquibus casus sufficit testimoniũ vnius. ista cõclusio patet. Sunt enim multi casus in iure de hoc ⁊ bene. xiiij. prout numerãtur in summa: que dicit directoriũ iuris. Primus casus est in papa: cui nudo verbo credit ratione authoritatis: maxime in spiritualibꝰ. extra de testi. c. cũ a nobis. nec in litera sua subscriptio requirit: nec contra hoc probatio admittit. ar. C. de testa. l. omniũ. qđ verũ est de literis simplicibus. qꝛ in priuilegio subscribũtur cardinales. xij. qõ. cũ redemptor. ⁊ xxxv. qõ. ix. qđ quis. ẽm Ber. ⁊ Hosti. in. c. cum a nobis. ⁊ assertioni cardinalis ẽm consuetudinem curie statur de his q̃ dicta sunt coram eo: vel acta. ar. extra de app. constitutus. ij. vbi hoc not. Hosti. ⁊ hoc facit prerogatiua honoris. extra de offi. delega. c. si. lib. vj. in alijs autem non creditur. in extrauagan. bonifacij in. §. asserenti.

Secundus casus. — Tertius casus.

Secundus casus est qñ queritur. vtrum instrumentum sit confectũ per manũ alicuius tabellionis: quia soli tabellioni creditur in hoc casu. C. de fal. l. si quis decurio. Tertius est in his in quibus nulli paratur preiudicium vt cũ queritur an sit aliquis baptizatꝰ vel ecclesia consecrata. de conse. distin. iiij. paruulos. ⁊ c. cũ itaqꝫ. dũ tamen sit testis christianus. qꝛ iudeo vel pagano non crederetur. ẽm Jo. ibidem.

Quartꝰ ca. — Quintꝰ ca. — Sextus ca. — Septimus casus. — Octauꝰ ca. — Nonus ca. — Decimꝰ ca.

Quartus est vbi testator hoc expressit. ff. de dote prelegat. theopompus. Quintus est vbi interuenit cõsensus partiũ ar. C. de fideicõmis. l. vlti. Sextus casus est vt matrimoniũ impediatur contrahendum nisi: vt dicit Hosti. iam firmatum sit iure. extra eo. de testi. c. super eo. §. fina. Septimus est qñ queritur: an aliqs sit de crimine emendatus statur enim testimonio sacerdotis. extra de testi. c. testimoniũ. ⁊ extra de simo. nemo. Octauꝰ est in denũtiatione charitatiua p vnũ etiam probari potest: qꝛ aliter probari non potest. s. e. qõ. iij. si peccauerit ⁊ extra de testi. c. in omni. Nonus est in iuramenti delatione. extra de testi. in causis. ⁊ extra de iureiur. c. vlt. Decimus qñ queritur de alicuius conscientia. extra de testi. c. ceterũ. ⁊ c. tam literis. ⁊ de sen. excom. si vero. ⁊ de homi. c. significasti. j. §. si.

Undecimꝰ casus. — Duodecimus casus. — Decimustertius. — Quartusdecimus.

Undecimus est si vnus testis non facit probationẽ plenam inducit in presumptionẽ. lxxxvj. di. tanta. ⁊ xxviij. distin. de syracusane. ⁊ xxiij. q. iiij. inter. vel cũ fama sufficit. extra de testi. preterea. ⁊ c. fin. Duodecimus eũ querit: an aliquis decessit contritus. xxvj. q. vj. qui recedũt. ⁊ c. seq. Decimustertius cũ probat quis per vnum testem ex proprio iuramẽto causam sue absentie. extra de procur. ex insinuatione. ⁊. viij. q. iij. talia. Decimusquartus est in muliere volente nubere incognita veritate mariti peregre profecti: que si habet vnũ testem illi soli credendũ est. C. de repud. aut. hodie. ⁊ extra de spõsa. c. in presentia. ⁊ extra de secũ. nup. in. c. dñs. ⁊ ibi. B. ⁊ Hosti. ⁊ Pe. extra de testi. licet vniuersis.

Alexander de halis.

distinguit etiam hic magi. Alexã. de ha. in. iij. dicens. ꝙ duplex est status. vnus est in foro iudicij, ⁊ in illo (vt dictũ est in conclusione prima) non creditur regulariter vnius testimonio. Alius est extra iudiciũ et in illo statu vniꝰ probate psone testimonio credit sicut habet di. lxxxvj. c. tanta. vbi papa credidit cuidam abbati de delicto cuiusdam episcopi. ⁊ eũ grauiter punisset nisi simplicitati ⁊ senectuti pepercisset. His habitis dicendum est ad rationes.

Ad primũ argu.

Ad primã respondetur iuxta Alexand. de halis, ꝙ nõ arguit populus eo ꝙ non credidit homini soli. sed ex hoc ꝙ non credidit deo confirmanti verba Moysi sequentibus signis. vnde Nume. xiiij. vsqꝫ quo detrahet mihi populꝰ iste: quousqꝫ nõ credet mihi in omnibꝰ signis que feci coram eis dixit ad Moysem. Ad alias duas patet solutio ex dictis. Sunt enim casus speciales in quibus vnus testimonio credit vt supra dictũ est.

Primũ ar.

9 **Ad quartum** sic proceditur. † Et videt ꝙ testimonium duorũ vel trium non sufficiat. primo sic legitur. iij. Reg. xxj. ꝙ nabath ad dictum duorũ vel trium falso condemnatus est. ergo duorũ vel trium testimonium non sufficit.

Scđm arg.

Secũdo sic. j. e. q. presul. est canon beati syluestri. presul non damnetur: nisi. lxxij. testibꝰ. presbyter autem cardinalis nisi in. xliiij. testibꝰ non deponatur diaconus cardinalis vrbis rome non nisi in. xxvij. testibꝰ non cõdemnabitur. sed maius periculum est peccatũ eius: qui in maiori dignitate constitutus est, ⁊ ita minus est tolerandũ. ergo nec in aliorum condemnatione sufficit duorum vel trium testimoniũ.

Opponit i cõtrarium. Rñdet.

In oppositũ est. c. presens. vbi ponũtur tres authoritates ad hoc: vna veteris legis: alia Christi in euãgelio, ⁊ alia apostoli pauli. Respondeo dicẽdũ ꝙ testimoniũ duorũ vel triũ sufficit. ista conclusio patet authoritate diuina: dicitur enim Deut. xvij. in ore duorũ vel triũ peribit qui interficietur in terra. item. j. xix. in ore duorũ vel triũ stat omne verbum. item ad hoc sunt alie authoritates posite in. c. presenti.

S. Thom.

Pro declaratione huius conclusionis est notandũ iuxta sanctũ Tho. in. ij. ij. q. lxx. ar. ij. ꝙ ẽm philosophũ. j. ethicorũ certitudo non est similiter querenda in omni materia: in actibus enim humanis super quibꝰ constituũtur iudicia, ⁊ exigunt testimonia: non potest haberi certitudo demõstratiua: eo ꝙ sunt circa contingenda ⁊ variabilia, ⁊ ideo sufficit probabilis certitudo que vt in pluribꝰ veritatem attingat, ⁊ si in paucioribꝰ a veritate deficiat. Est aũt probabile, ꝙ magis veritatem contineat dictũ multorũ: quam dictũ vnius, ⁊ ideo cũ reus sit vnus qui negat quandoqꝫ: sed multi testes asserũt: idem cum actore rationabiliter institutũ est iure diuino, ⁊ humano, ꝙ dicto testium stetur. Omnis autem multitudo in tribus comprehenditur scilicet, principio medio, ⁊ fine. vnde secũdũ philosophũ primo de celo. omne et totum in tribus ponimus. ternarius quidem asserentium constituitur cum duo testes conueniũt cũ actore. vnde ad conuincendum aliquem de crimine seu ad cause decisionem requiritur binarius idoneorum testium: vel ad maiorem certitudinem vt sit ternarius: qui est multitudo perfecta in ipsis testibꝰ. vnde ⁊ Ecclesiastici. iiij. dicitur funiculus triplex difficile rumpitur.

August. — Ulricbus.

Aug. super illud Joan. viij. duorũ hominum testimonium verum est. dicit in hoc est trinitas per mysterium commendata: in qua est perpetua firmitas veritatis. concordat dominus Ulrichus in summa sua: quam subtiliter deducit ⁊ probat. Ait enim dicens numerus testiũ est quem prescribit lex diuina scilicet, ꝙ in ore duorũ vel triũ stabit. i. stabilis veritatis reputabitur omne verbũ. i. dictũ ⁊ consentit huic lex humana: tanquam deriuata a lege diuina: que est etiam lex naturalis, ⁊ ideo habet rationem naturalem ⁊ diuinam. Ratio diuina est qꝛ quando plures concordant in vno negotio ⁊ in omnibꝰ circũstantijs eius. tũc colligit eos in hoc veritatis que non dispergit: sed colligit. secũdũ illud Matthei. ix. Qui non colligit mecũ: dispergit. ⁊ ideo hoc dictũ super veritatem diuinam ineffabilem fundatur, et hoc est quod ipse dicit Matthei. xviij. Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quacũqꝫ petierint: fiet illis a patre meo: vbi enim sunt duo: vel tres congregati in nomine meo ⁊c. de hoc autem non habetur certitudo ex testimonio vnius.

Diony.

Ratio vero naturalis est: quia vt dicit Dionysius veritas vni et error disgregat. vnde cũ aliqui diuisi sunt in testimonium alicuius negotij et in omnibꝰ particularibus circunstantijs eius: patet quod non errant in testimonio eius: sed veritati inherent. vnus autem potest infinitis rationibus a vero siue scienter siue ignoranter deuiare. hec ille.

Ad primũ arg. S. Thom.

Ad rationes in oppositum iam dicendum est. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta sanctum Thomam: quia licet quantacunqꝫ multitudo testium determinaretur posset quandoqꝫ testimonium esse iniquum cum scriptum sit Exodi. xxiij. Non sequaris turbam ad faciendum malũ: non tamen propter hoc qꝛ non potest in talibus infallibilis certitudo haberi: debet negligi certitudo: que probabiliter haberi potest per duos vel per tres testes: vt dictum est.

Ad scđm. S. Thom.

Ad secundam respondetur iuxta sanctum Thom. quod illud locum habet specialiter in episcopis presbyteris: diaconibus, ⁊ clericis romane ecclesie: propter eius dignitatem, et hoc triplici ratione. primo quidem ꝙ in ea tales institui debent: quorum sanctitati plus credatur: quam multis testibꝰ. Secũdo qꝛ hoies qui habent de alijs iudicare: sepe pter

iustitiam multos aduersarios habēt. vnde nō passi in credendum est testibus contra eos:nisi magna multitudo conueniat tertio qꝛ ex cōdemnatione alicuius eorū derogaret in opinione hoīm dignitati illius ecclesie,⁊ authoritati.qđ est periculosius quā in ea tolerare aliquē peccatorē:nisi valde publicum ⁊ manifestum de quo graue scandalū oriretur.hec san.Tho. cōcordat Alex.⁊ Vlricbus.⁊ cōiter doctores.Lege text.¶[Nō vero in euangelio].s.Jo.viij.[in lege vestra.] deut.xvij.[In ore duorū ⁊c.argumentat.]efficaciter enī dñs arguit cōtra iudeos.⁊ est ar.a minori.nam si duorum hoīm qui habent cognitionem paruā ⁊ possunt habere affectionem distortā verū testimonium est.i. sufficiens reputat ad credendum in veritate multo fortius dei patris,⁊ filij: qui xp̄s est quorum veritas infallibilis est,⁊ in quibus nō potest cadere defectus aliquis est magis susceptibile, ⁊ firmū reputari ad credendum.s. ꝙ xp̄s est dei filius verus deus.pater quidem testificauit. in ps.ij. vt introducit aplus.ad hebre.j.filius meus es tu : ego hodie genui te.⁊ Matt.iij.hic est filius meus. ipse quoqꝫ xp̄s testificauit se esse filium dei patris qui ait Joan.xvj. Ego exiui a pre: per eternam generationē.⁊ veni in mundum : qui etiā ait Jo. v.de se loquens.quecunqꝫ pater operatur: hec eadem similiter filius operatur.⁊ Joā.iij.pater diligit filiū.qui Joan.x.c. ait. ego ⁊ pater vnū sumus.vnum ait propter vnitatem substātie. Sumus ait ꝑpter distinctionē eorū in personis.vt alia sit psona patris:alia filij,⁊ in his destruit heresim arrianorū negantium essentie vnitatē. Confundit etiam perfidiam sabellianorum qui cōfundunt psonas dicentes vnā personā esse patris ⁊ filij:quorum errorē xp̄s destruit in suo valido argumento. nam si duoꝝ vel trium hoīm testimonium verum est : ꝯm legē multo magis verū est testimonium duoꝝ.s.patris : ⁊ filij.naꝫ si non essent duo pater ⁊ filius non curreret argu.legis: qđ nephas est dicere.ergo verum est.⁊ in veritate credendum ꝙ pater ⁊ filius sunt duo.non in natura:sed in psonis. [item pau
10 lus].ij.ad Cor.xiij.ad heb.x.¶Sed hic surgit q̄stio.† vtrū semper sufficiat testimonium duoꝝ. Ad hoc rūdetur ꝙ sunt plures casus in quibus desiderant tres testes ad minus : vt partim gl.tangit:⁊ plenius Archi. primus est qn̄ imperitus
11 literarum contrahit in scriptis.C.si cer.pe.l.fin.†secundus est in instrumento de quo fit cōparatio literarū.C.de fin.instru.l. penul.tertius qn̄ pater legitimat filium naturalē in instrumēto publico.in auē.vt liceat ma.⁊ auie.§.ad hoc. Quartus quādo mulier cōfitetur se aliquid recepisse pro intercessione. C.ad velle.antique.Quintus qn̄ quis vult infirmare testamentum qđ fecit post transcursum decēnij.C.de testa.l.sancimus.Sextus in inuentario.C.ad le.falci.auē.sed cū testator. Septimus est in priuata scriptura vt fidem faciat.C.qui po. in pig. hab. l.scripturas.Archi.

Alexander de halis. Vlricbus. Exponit literam. Questio.

Placuit. Inducit Gratia.ad idē hoc. c. qđ est cōcilij brachareñ.Et diuidit in duas partes.In prima dicit ꝙ ad cōuincēdum clericū fornicatorē duo testes sufficiūt. in scđa ponit ꝙ accusator nō ꝓbans puniatur pena talionis.scđa ibi : ꝙ si. Lege.¶[Placuit si quis clericus excōicationē].i.dānationem scꝫ talionē.s.e.q.iij.calumniator.nomīe enī excōicationis generaliter intelligitur sentētia excōicationis suspensionis ⁊ depositionis:⁊ cuiuslibet alterius cōdemnationis. Hu.[scđꝫ preceptum apl'i].ij.ad Cor.xiij.[ꝙ si.]scđa pars.[accipiat.] si in euidenti calumnia deprehendatur.Hu. ⁊ Laur. ⁊ Arch.

Diuisio. Exponit literam.

Ex premissis. §.est.⁊ incipit secunda pars huius q̄onis:in qua postq̄ magr̄ cōcludit ex premissis probat duabus authoritatibus contrarium eius:qđ premiserat.Sed non sunt cōtra:quia vt dictum est supra ista capitula loquūtur specialiter de clericis ecclesie romane secundum Rof.⁊ Jo.de deo.

1 ☞ Syluester papa an conuenienter instituerit priuilegium de clericis romane ecclesie.ꝙ sic.nu.2.
3 Priuilegium concessum clericis romane ecclesie an habeat locum indistincte in omnibus criminibus.

Presul. Prima authoritas est ista: ⁊ est beati Syluestri pape.in quo beatus syluester statuit circa clericos romane ecclesie speciale priuilegium ; vt. s. non possint damnari siue de crimine conuinci nisi in certo numero testium. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit priuilegium : quod dictum est.in secunda describit quales debeant esse tam testes quam accusatores : qui contra eos sunt admittendi.secunda ibi: te
1 stes.¶Pro pleniori intelligentia huius.c.Queritur.† Vtrū conuenienter beatus syluester instituerit hoc priuilegium de clericis romane ecclesie.et vr̄ ꝙ non.Primo papa non potest statuere aliquid contra vetus testamentum ⁊ euangelium : et apostolum.vt patet in.c.sunt quidam.xxv. q. j.sed tam in lege veteri quam in euangelio . ⁊ in apostolo habetur : quod in ore duorum vel trium stat omne verbum.vt in.c.j.huiusmodi. ergo ⁊c.¶Secundo sic.si pro epo cardinali cōmittendo debeāt esse testes.lxxij. sequitur ꝙ pro papa debeant esse multo plures:ad minus immediate plures.s.Lxl. quod videtur derisorium.¶Tertio sic.episcopi sunt altioris dignitatis quā cardinales presbyteri:ac diaconi.sed epo non dantur nisi duodecim compurgatores.vt in sequenti.c.ergo inconuenienter dātur presbytero cardinali.lxiiij.⁊ diacono. xxvij. testes. ¶In oppositum est authoritas tanti sancti. ¶Respondeo dicen
2 dum sub ista conclusione.†ꝙ beatus sylnester cōuenienter instituit hoc priuilegium clericis ecclesie romane.vt presul si cardinalis sit non damnetur nisi cum.lxxij. testibus ⁊c. Et ratio triplex de hoc est assignata ex sancto Tho.s.j.arti.huiusmodi questionis. Assignatur etiam ⁊ alia causa. erant enim quidam improbi.⁊ mali:qui volentes obtinere locum in curia romana facile prosiliebant in accusationem cardinalium:⁊ clericorum roma.ecclesie.vt illis eiectis loca eorum obtinerent: cōtra quorum improbitatem statutuꝫ est sub numero tot testiū clericos romane curie accusari. qꝛ raro possunt tot testes inueniri ꝯm Hug.concor.Jo.his.⁊ Archi. Nota tamen ꝙ istud licet ex causa statutum sit:non tamen causa cessante cessat priuilegium : perpetuo enim hoc sibi vendicat romana ecclesia ꝯm Hu.vnde etiam tales ordinati a papa habent alia priuilegia.quod dic.vt extra de tempo.or.cum in distribuendis. Archi. ¶Ad rationes in oppositum dicendum.ad primam respondetur dupliciter. primo negando ꝙ hoc statutum sit cōtra legem veterem : aut euangelium : siue contra apostolum. Et cum dicitur ꝙ ibi dicitur ꝙ in ore duorum vel trium. Respondetur cōmuniter.ꝙ verbum illud intelligitur per negationem . in ore duorum : id est non paucorum . quia non paucorum quam duorum.i. non vnius testimonio condemnet aliquis:vel iustificetur.Licet enim sunt quedam cause que plures exigant testes:q̄ duos.vt in condemnatione clericorū ecclesie romane:⁊ in codicillis.v. ⁊ in testamento.vij.nulla tamē est que vnius tantum testimonio etiam legitimo contentetur vnde rationabiliter sic interpretatur alexander.extra de testi. licet vniuersis.non ergo negat quin plures aliquando requirantur. vel dicendum vt videtur melius ⁊ subtilius iuxta dominum Vlricbum in summa sua. qui dicit ꝙ hoc preceptum non ponit binarium vel trinarium ratione suarum specieruꝫ sed ratione sui generis qđ est numerus vel pluralitas . ⁊ ideo non cogit ad hoc ꝙ in omni negotio sufficiant duo : vel tres testes.sed semper seruatur hoc preceptum: dūmodo non stetur testimonio vnius. ⁊ ideo secundum exigentiam negotiorum plures testes ex constitutionibus iuris positiui requirūtur sicut iam dictum est.¶Secundo potest responderi iuxta Hu.ꝙ licet in ore duorum ⁊c.stet omne verbuꝫ . ad hoc vt eis credatur:non tamen ad hoc vt semper sententia proferat : nō ergo dicitur in presenti authoritate ꝙ omnis homo possit cōdemnari duorum vel trium testimonio id est semper sufficiēs sit testimonium duorum:vel trium tantum.sed stet : id est verum esse credatur testimonium eorum licet insufficiens : sit ad fidem faciendam iudici : tanquam iudici : ad hoc vt proferat sententiam.Hug.quasi forte velit dicere.Hug. quod effectus condemnationis ⁊ sententie est introductus a iure positiuo.Et ideo respectu eius potuit disponere numerum testiū et in nullo facit contra ius diuinum . ¶Ad secundam rationem respondet gloss. hic negando consequentiam dicendo ꝙ duo sufficiant in accusatione pape.⁊ in hoc est deterioris conditionis:quoniā ipse sine comparatione aliorū creatus est: et ideo sine spe venie est condemnandus vt diabolus.de peni. distin.ij.principium.hec gl.¶Sed ista glo.videtur nobis multum stulta:⁊ irreuerenter loqui de summo apostolico . et ideo non est curanda.vnde respondendum est negando consequentiam:et ratio est quoniam de numero testium qui requiruntur in accusatione pape nulla fit mentio:quoniam ipse nisi de heresi nec accusari nec iudicari potest . vt canunt sanctorum patrum canones.⁊.s.circa.c.si papa. distinc. xl. disputatione nostra disputauimus.Unde vt ipse Syluester in concilio presidens inquit:nemo iudicabit primam sedem : quoniam omnes sedes a prima sede iustitiam desiderant temperari : quia nec a clero:nec a rege:nec a populo aliquo iudex iudicabitur: et subscripserunt se.CClxxxiiij.episcopi:⁊ quadragintaquinque presbyteri:et duo diaconi.et Augustinus cum matre vt colligitur ex libro antiquo conciliorum et summorum pontificum . et nona questione tertia.habetur per multa capitula eadem sententia . Cum vero veniret accusandus : aut iudicandus ; vt a fide exorbitans non paucioribus testibus indicaretur

Diuisio. Questio. Primū ar. Scđm arg. Tertiū ar. Opponit ⁊ Rūdet. Ad primū argu. Vlricbus. Ad scđm. Cōtra glossatores.

indicaretur:q̄ alij minores.vnde nec tunc fieret deterioris cōditionis.¶Ad tertiam rūdetur negando consequentiam: qꝛ hoc est speciale priuilegium clericoꝝ romane ecclesie.vt dictū est iuxta Hu.⁊ Hof.Lege. ¶[Presul].i.eps cardinalis. [nō
3 condemnabitur.] Surgit hic qđ.†vtrum hoc priuilegium hꝫ locum indistincte in oibus criminibus. Ad hoc videt respondendum iuxta dñm Archi.ꝙ hoc priuilegiū hꝫ locum cū accusatur de criminibus:que cōmisit postq̄ fuit ꝓuilegiatus.i. assumptus in clericuꝫ ecclesie romane . secus aūt si de his que ante cōmisit.ff.de pe.l.j.[testes autē ⁊c.]scđa pars.[infamia.] de testi.habes extra de testi.super eo.⁊.c.testimonium. ⁊ de except.deniqꝫ.⁊.j.e.q.vij. testes.⁊.vj.q.j. qui crimen.de accusatoribus.i.denūtiatoribus habetur extra.de testi.cog.preterea.et de accusa.sicut olim.accusatores autem qui proprie suam iniuriam prosequuntur:non repelluntur propter infamiam.iiij.q. vj.omnibus.H.⁊ Archi.

Ad tertiū. Exponit literam. Rūdet.

Nullam. Hic est scđa authoritas, ⁊ est Leonis pape.iiij.qđ in duas partes diuiditur. In prima parte ponit numerū iudicū, et testiū:qui ad condemnationē cardinalis epi requirantur.in secunda statuit ꝙ eps ab alio q̄ a papa inuitus nō iudicetur.secunda ibi,⁊ si inter eos.Lege.¶[Nullam damnationem eporum].s.cardinalium de quibꝰ dicūt intelligi hoc.c. Hug.⁊ Bar.B.hispa.⁊glo.hic.[aut certe].i.⁊ hi.[sententia] i.causa.[probato.]crimine. Hug.⁊ Archi.[⁊ prius.]ar.s.e.q. j.in primis.⁊.iiij.q.iij.iurisiurandi.Hu.[nil falsum.] alibi habetur.ꝙ debent dicere veritatem pertinentem ad illud negotium.vt.iij.q.ix.hortamur . de quo plenius in glo. [⁊ si inter eos.]secunda pars adhuc loquitur generaliter tā de his epis q̄ de cardinalibus.Hu.[homines].s.ipsi epi iudices. Hugu. [petierint]appellando.Hu.nota modum appellandi . Naꝫ si quis eps dicat volo ꝙ papa de cā mea cognoscat: volo ab ipso audiri.hoc verbū habet pro appellatione.vt hic.⁊.j.eo.q. vj.quoties.B.Contra hoc opponit de.c. vt debitus. de app. ⁊ de.c.cordi.eo.ti.lib.vj.sol.dicit Archi.ꝙ tenendum est:quod ibi hodie habetur.que decretalis.ꝯm Host. tantum locum hꝫ in appellatione facta ad papam:vt ptꝫ ibi.Arch.

Diuisio. Exponit literam.

Sed hoc. §.est. ⁊ potest esse tertia pars questionis in qua soluit contrarietatē precedentium authoritatum quidquid dicat gratianus.ista vera solutio.qđ tantum illud intelligitur ob causam predictam de clericis ecclesie romane.

¶Questio sexta.

6 ☞ Appellatio debet fieri gradatim.
12 Prosecutio appellationis dꝫ fieri infra annum regulariter.

Sequitur. Hic incipit ⁊ intitulatur vj.questio. s. an appellationi illius : qui tm̄ cā dilationis appellat sit deferendum. Addit etiam mgr̄ Gratia. aliū articulum de quo non fecerat mentionem in themate scꝫ quo remedio causa vitiata subleuetur.Et diuiditur hec questio in.viij.partes.In prima probatur per nouem authoritates sanctorum patrū ꝙ quātūcunque quis grauatus fuerit poterit appellare ⁊ tenebit eius appellatio.ꝯm Jo.de.Arch.alie partes assignabuntur in ꝓcessu quia hic tractatur de appellatione.Pro pleniori intelligētia dicendorum querendum est summarie de pluribus.

Diuisio. Vide idem plene.d appel. quo qñ a quibus et q̄ tpe fieri debeant. Questiōes.

1 ¶Primo vnde appellatio originem habuit.
2 ¶Secundo quid sit appellatio.
3 ¶Tertio qui possunt appellare.
4 ¶Quarto a quibus sit appellandum.
5 ¶Quinto ad quos sit appellandum.
7 ¶Sexto quando sit appellandum.
8 ¶Septimo vbi sit appellandum.
9 ¶Octauo quoties sit appellandum.
10 ¶Nono qualiter sit appellandum.
11 ¶Decimo infra quod tempus debeat fieri appellatio.
13 ¶Undecimo quis sit effectus appellationis.
14 ¶Duodecimo quod sit officium iudicis a quo appellatur.
15 ¶Decimotertio quid sit officium eius ad quem appellatur.
16 ¶Decimoquarto quando necessaria sit appellatio ⁊ qn̄ non.
17 ¶Decimoquinto in quibus casibus appellatio inbibetur.
1 ¶Ad primam qua queritur.† vnde originem habuit appellatio.¶Respondeo iuxta hoc notandum quod in vrbe romana quādiu reges regnauerūt omnia per eos gubernabantur absqꝫ omni remedio appellādi.Regibus aūt expulsis duo cōsules constituti sunt ad rem publicam gubernadam,⁊ ne per omnia potestatem regiam sibi vendicarent: fuit statutum : vt ab eis prouocatio esset sicut scriptum est.ff. si quadru. pau. fe. di.l.j.§.cum arietes.⁊.l.ij.ff.de orig.iur. ¶Ad secundam qua
2 queritur.†qd appellatio.Rūdetur ⁊ dꝛ ꝙ appellatio vno mō est prouocatio inique sn̄ie querelam cōtinens.ff.de mino.l.prefecti.vel ꝯm Hu.appellatio est protestatio inique vel suspecte sententie date vel dande querelā cōtinens . vnde appellare est iniquam esse vel ferre sn̄iam proclamare:vel appellatio est ad audientiam maioris iudicis ꝓuocatio : vel audientie maioris iudicis postulatio.vñ appellare est ad audientiā maioris prouocare:vel audientiā maioris iudicis postulare. ⁊ ita videtur nobis essentialis diffinitio. Multe alie dantur:aut per cām: aut per effectus eius:sicut appellatio est iuris remedium contra iniquitatem:⁊ imperitiā iudicantiū.ꝓbatur.ff.de app.l.j. circa princ.⁊.ff.de mino.l.prestiti . qđ vero sit ad releuandum oppressos ⁊ iniuste damnatos:ptꝫ.j.eo.oīs oppressus. ⁊. c. ad
3 romanam.¶Ad tertiam q̄onem rūdetur.† ꝙ appellare pōt is cuius interest.i.cuius est causa:vel qui mandatum suscipit: vt procurator:vel qui negotium gerit:qđ reus ratum habiturus est vt gestor negotioꝝ.vt.j.eo.non solent. ⁊ extra de offic. deleg.sup eo.⁊ hoc est verū in cā ciuili. In causa autē criminali non solum condēnatus:sed etiā quilibet alius admittit appellans pro damnato ad mortē:etiam inuito cōdemnato. exigit enī humanitatis rō in tali casu quēlibet appellantē debere audiri:siue velit siue nolit condemnatus. vt. ff. de app. non tm̄.Et credo hoc obtinere in oī causa criminali tam ecclesiasti
4 ca q̄ ciuili.Hu.¶Ad quartam q̄onem rūdetur ꝯm Hu. † ꝙ ab oībus iudicibus. s. tam delegatis q̄ ordinarijs appellari potest:ab arbitris aūt non:nisi sint delegati. ¶Ad quintam
5 q̄onem respondetur ꝯm Hu.†ꝙ semper a minori ad maiorem iudicem est appellandum:⁊ nunq̄ ad minorem vel parem . vt j.eo.placuit.⁊ si quis appellat ad minorem vel parem nullius momenti appellatio est.⁊ si quis per errorē hoc facit. s. ꝙ appellet ad minorem:error ei nocebit.Si vero per errorē appellat ad maiorem.sed ad aliū quā deberet vel appellat ad parem error ei nō nocebit . nec preiudicat quominus cognoscat ille ad quem debuit appellari. vt. ff. de appel. l. j. §. si quis in
6 appellatione.†Appellatio etiam debet fieri gradatim. vt.j.e. anteriorum.⁊.C.de app.precipimus.hoc tamen non est de substantialibus appellationis.vnde ad papam omnibus medijs pretermissis appellatur.vt.j.e.c.ij.iiij.⁊.v.et hoc veruꝫ est in iudicibus ordinarijs.secus in delegato : in quo ꝯm quosdam sic distinguitur.vtrum sit delegatus generalis. s. ad aliquam totalem iurisdictionis vel specialis ad vnam.s.causam.si autē sit delegatus generalis ad iurisdictionem ⁊ ad oēs causas vt si eps eū delegauit ab illo delegato generali non appellabit: ad delegantē epm. sed ad eum ad quē a delegante appellaret scꝫ ad archiepm.vt.ff.qs ⁊ a quo app.l.ij. ⁊ ratio est. qꝛ hic idē est cōsistoriū delegati ⁊ delegantis.extra de app.romana. circa prin.lib.vj.Si vero sit delegatus sp̄alis ad causam.s.vnam specialē:tunc appellabit ab eo ad delegantē.vt.ff.quis ⁊ a quo app.liceat.l.j.⁊ vlti.dicit tm̄ Archid. hoc verū esse preterq̄ in casu.c.si duo extra de offi.dele.lib.vj.s. qn̄ iurisdictio subdelegata est mista cū delegata.Qđ vero supra dictum est intellige in delegatis epoꝝ vel aliorum preterq̄ in delegatis a papa in quibus aliud est.qꝛ si delegatus a papa aliū deleget ab illo secundo pōt appellari vel ad papā : vel ad primū delegatū pro arbitrio appellantis.Ad papā quidē qn̄ scđo delegato tota causa cōmittitur.Si vero pars vt pote audientia testium : et hmōi nō pōt appellari a scđo delegato nisi ad primū delega
7 tum.vt extra de offic.delega.super q̄one.¶†Ad sextā q̄onem Respōdetur cōiter ꝙ ꝯm leges appellatio debet fieri post sententiam.⁊ nunquā ante sn̄iam diffinitiuā:nisi in casibus.s. quādo iudex in causa ciuili vel criminali contra leges interloquit questionem esse habendam.vt.j.e.ante sententiā.⁊.c.nō solent. ⁊ extra de app.sup eo.ij.Scđm canones vero ante sententiam ⁊ post potest appellari, ⁊ q̄ncunqꝫ quis vult potest appellare
8 lite tn̄ cōtestata.¶Ad septimam.s.† vbi fieri debeat appellatio. ¶Respondetur quod coram iudice:a quo appellatur. si eius copia in publico haberi possit. ita ꝙ non tenetur appellans eum querere in domo:vel in hortis:nec in villa suburbana.alioqui sufficit appellare coram iudice : ad quem appellatur:non sufficeret autem si vtriusqꝫ copia in publico haberetur.§.qn̄ app.sit.l.j.§.dies.⁊.j.e.q.c.anteriorū.§. biduum. ver. quid ergo.Item si per iustum metum appellare omiserit reputabitur appellasse:dum tamen infra tempus appellandi ꝓtestatus fuerit,⁊ causas appellationis expresserit coram iudice:a quo appellare volebat vel si eius copiam habere non poterit corā bonis psonis.extra de app.c.si.⁊.C.qui per me.iudi. non app.l.ij.ff.de app.cum quedam. Et consulo ꝙ fiat vbi index solet pro tribunali sedere vel in alio loco publico coram iudice ecclesiastico vel seculari:vel personis publicis:ita quod

Rūdet ad primam. Rūdet ad scđam. Rūdet ad tertiam. Rūdet ad quartam. Rūdet ad quintam. Archidia. Rūdet ad sextam. Rūdet ad septimam.

poſſit probari: vide ad hoc text. in cle. j. de app. ar. C. de iudic.

Rñdet ad octauam.

9 l. ſi a pluribus. ¶ Ad octauam cum queritur quoties. † reſpō
detur ꝙ bis tantū in eadem cauſa poteſt appellari ſuper eodē
articulo. ⁊ ab eodem. ſ. reo vel actore. Nam reo licet appellare
bis. ⁊ actori ſimiliter bis. ⁊ ita in vna cauſa poteſt fieri quater
appellatio. Itē in vna cā ſunt qñqȝ plura capitula ſiue plures
articuli, ⁊ qñ ꝓ poteſt actor vel reus appellare nūc in iſto arti-
culo: poſtea in ſcđo. poſtea in tertio. deinde in quarto ⁊c. Sed
non in eodē articulo ſiue caplo. qđ dȝ tm̄ bis appellari pōt in
eadem cauſa. intelligendū eſt ab vno ⁊ in eodem articulo ſiue
capitulo. hoc dicit Hug. cōtinetur ergo in lege ⁊ in cā eccleſia
ſtica non appellabitur niſi bis ab vno, ⁊ ſuper eodem articulo
illud verbum canonis. j. eo. c. quoties. qđ videt̃ ſentire in con-
trarium. ſ. ꝙ appellēt quoties voluerint poſtea determinabi-

Rñdet ad nonam.

10 tur in ſuo loco. ¶ Ad nonam qua queritur. † qualiter debeat
fieri appellatio. Reſpondet̃ ꝙ durante iudicio ſiue ſedente ꝓ
tribunali iudice pōt nuda voce ſine ſcriptis appellari tam in
cauſa criminali: ꝙ̄ in ciuili. vt. j. e. §. litigatoribus. ⁊ tunc ſuffi-
cit ſi dicat̃ ego appello: adiecto tñ noīe ei⁹: ad quē appellatur
ſcȝ epm̄: vel papam. Extra iudicium vero non niſi in ſcriptis
appellandum eſt. ff. de appel. l. a ſentētia. §. vlti. ⁊ ſi appellatur
ad papam in iudicio vel extra ſuper interlocutoria vel graua-
mine dȝ obſeruari: qđ habes extra. de appel. cordi. lib. vj. ẜm
Archi. Que aūt ſit forma appellandi: vel ſub qua forma ſcri-
bēdus eſt libellus appellationis habet̃. j. e. §. forma ⁊c. ¶ Ad

Rñdet ad decimam.

11 decimā qua † querit̃ infra qđ tempus debeat fieri appellatio.
Reſpondet̃ ꝙ olim fiebat appellatio infra biduū: vel triduū.
Sed hodie iure nouo authenticorū tps. x. dierum poſt ſenten-
tiam indulgetur ad appellandū in ſcriptis, ⁊ computat̃ decen
dium continuū a recitatione ſnīe ⁊ tpe ſcientie ẜm aliquos vt.
j. ea. l. anteriorum. Nota etiam ꝙ poteſt appellari poſt. x. dies
imo qñqȝ ꝓ placet cū appellatur a ſententia excōicationis ẜm
Jo. ⁊ Vince. ſed B. contra. Sed dic vt no. extra de offi. ordi.
12 ad reprimendam. In gloſ. hoc ideo Archi. † Proſecutio vero
appellationis dȝ fieri infra annū, ⁊ ſi iuſta cā interuenit poteſt
differri vſqȝ ad bienniū. vt. j. ea. ſi quis appellat. iudex tamen
eccleſiaſticus, ẜm diſtantiam locorū ⁊ qualitatem tpis ſolet re-
ſtrictius tps moderari: infra qđ ſi appellator non fuerit proſe
cutus appellationē cogetur ſtare priori iudicio per text. extra
13 de appel. c. cum ſit romana. Hug. ¶ Ad xi. qua querit † quis

Rñdet ad vndecimā.

ſit effectus appellationis. Rñdetur ꝙ effectus appellationis
eſt: vt oia permaneant in eodē ſtatu: in quo erant tpe ſententie:
vel cū appellatum eſt. vt. ff. de app. l. imperatores. ſi tamen ap-
pellans poſſeſſor habeat̃ ſuſpectus ne dilapidet fructus pote-
rūt fructus ſequeſtrari. in cauſa vero criminali ſi reus qui ap-
pellauit non poteſt dare fideiuſſorem erit in cuſtodia quouſqȝ
veniat ad eū ad quē appellauit ſicut factum fuit de paulo qñ

Rñdet ad duodecimā.

14 appellauit ad ceſarem. Hug. ¶ Ad. xij. qua querit̃ † qđ ſit offi-
ciū eius a quo appellat̃. ¶ Reſpōdetur ꝙ officium eius eſt vt
appellanti dimiſſorias literas que apoſtoli dicunt̃ pbeat: quā-
uis non petat quarū formam magi. Grati. tradidit. j. ea. §. for-
mas. Officiū etiā eius eſt: atteſtationes ⁊ allegationes in prio
ri iudicio factas ⁊ ſnīam a ſe prolatam ſcribere, ⁊ litigatorib⁹
etiam non petentibus. j. xxx. dies a recitatione ſnīe offerre. vt
iudex ad quē fuerit appellatū his omnib⁹ viſis plene de cauſa
cognoſcere valeat. Hug. de quo. j. eo. qđ. c. poſt appellationem.

Rñdet ad tertiā decimam.

15 ⁊. c. iudicibus. ¶ Ad. xiij. qua querit̃. † qđ ſit officium iudicis
eius ad quem appellat̃. Reſpōdetur ꝙ officiū eius eſt audire
allegationes partiū: ſiue illas que in priori iudicio facte ſunt
ſiue illas quas de nouo facere voluerint inducere ⁊ ſic ſenten-
tiare: vel iam latā ſententiā infirmare: vel cōfirmare. vt. j. ea. §.
diffinitiua. in fi. ſȝ tu dic vt habet̃ in. c. vt debit⁹. extra de app.
⁊. c. non ſolum. eod. tit. lib. vj. ⁊ dȝ iudicare ẜm leges: que erant
tempore illo: quo lata eſt ſnīa. Hug. ¶ Ad decimāquartā qua

Rñdet ad quartādecimam.

16 queritur. † qñ appellatio ſit neceſſaria ⁊ qñ non eſt neceſſaria.
Reſpondetur iuxta Hug. ꝙ neceſſaria eſt cū ſententia lata te
net: neceſſaria vero non eſt: qñ non tenet ſententia. puta ſi vel
lata a iudice non ſuo: vel ſine ſcriptis: vel cōtra ius ſcriptū vel
contra iudiciarium ordinē: vel per venalitatem: vel ſi eſt ita la
ta ꝙ non continet condemnationem: vel abſolutionē ⁊ hmōi.

Rñdet ad quintādecimam.

17 ¶ Ad quintādecimā qua querit̃. † que inhibeant appellatio-
nem. Reſpondetur iuxta. Hugu. ꝙ octo ſunt per que inhibet̃
appellatio inhibetur quidem propter authoritatem: vt a ſen-
tentia domini pape vel imperatoris vel prefecti pretorio non
appellatur, ſed tantūmodo ſupplicatur. vt. ix. qđ. iij. cuncta. et
ff. a quib. appel. non licet. l. j. ⁊. j. eo. anteriorem. ſi quis in qua-
cūqȝ. quod ideo fit. quia appellare eſt ſententiam iniquam eſſe
proclamare. ergo propter excellentiam talis iudicis de quo nō
licet quidquā ſiniſtre ſuſpicari: deſiſtitur ab illo verbo appella
re ⁊ prorumpitur in verbum ſupplicationis. vt dignetur ſen-
tentiam ſuam retractare. ¶ Secūdo propter iudicis vilita-
tem: vt ab arbitro niſi ſit delegatus nō poteſt appellari. C. de
arbi. l. j. ⁊. j. eo. a iudicibus. qđ dic vt habetur in. c. ab arbitris.
de offic. delega. lib. vj. ⁊ hoc propter indignitatem ſuam: cum
infamis etiam arbiter eſſe poſſit: nec proprie dicitur iu-
dex nec proprie eius diffinitio meretur dici ſententia, ⁊ etiam
propter penam ſtatutam ſi non pareatur ſententie. ¶ Tertio
propter vilitatem rei. vt ſi de momentanea poſſeſſione ſenten-
tia feratur. vt. j. eo. diffinitiua. vel forte propter vilitatem rei:
quia pro modica re non eſt appellandū maxime ad maximos
medicos. vt. j. e. §. illud. Hug. ¶ Quarto propter rem que di-
lationem non capit. vt. ff. de app. vlti. ⁊ extra de rapto. c. in lite-
ris. vt ſi appelletur ne fructus maturi colligantur. ar. in. l. vlti.
ff. quorum app. non recip. ¶ Quinto propter pactum de non
appellando. j. ea. q. ſi autem fuerit. ⁊. C. de tempo. appel. l. fin. §.
vbi. ⁊. ff. a quib. app. non licet. l. j. §. j. ¶ Sexto propter imma-
nitatem ſceleris ſicut publicus latro vel homicida: vel ſacrile-
gus: vel raptor virginum: dux factionum: concitator ſeditio-
num: appellare prohibetur. vt. c. cū ſit romana. extra de app.
eo. tit. c. conſuluit. ⁊. c. peruenit. ⁊. l. ij. C. quorū app. non recip. et
j. eo. §. ſunt. ⁊. ff. de app. cōſtitutionis. ¶ Septimo ꝑpter con-
tumaciam: puta ſi quis trinis edictis vel vno peremptorio ꝓ
omnibus citatus non venit appellare non poteſt. ⁊ ſi appella-
uerit appellatio eius nō valebit: niſi forte inueniret iudicē ad-
huc ſedentem pro tribunali. vt. xxiiij. q. iij. de illicita. ⁊. l. diuus
ff. de in integr. reſtitu. qđ dic. vt habetur hodie in cle. ſi ante. de
dolo ⁊ contu. ⁊ ibi plene per glo. Hu. ⁊ Archi. ¶ Octauo pro-
pter prohibitionem ſuperioris. vt ſi ab imperatore vel papa
in literis cōmiſſionis inhibeatur appellatio: tunc nō licet ap-
pellare, ⁊ ſi fiat appellatio non tenet. de quo tñ quid operetur
a hodie clauſula appellatione remota[a] ſeu inhibitio appellatio
nis. vide in. c. paſtoralis. de appel. ⁊ ibi glo. ⁊ melius in. c. vt de
bitus. cum glo. eo. ti. ⁊ in. c. j. extra. de reſcri. iſta dicta ſunt ſum
marie. j. de multis eorum plenius dicetur. vbi in ſpeciali de eis
ſit ſermo.

a ¶ Appellatione remota. vide bal. in addi. ſpe cu. de app. ṽ. clā ap. re. Bar. in. l. ſi. C. de ſentē. Abb. i. c. ij. de mut. pe. pe. de anch. in. c. vt debitus. nu. 12. de appel.

LIceat. Proſequitur magiſter Gratia. que-
ſtionem illam vtrū aliquo remedio
poſſit cauſa vitiata ſiue iniuſta releuari. Et pro-
bando ꝙ ſic dicit hoc fieri per appellationem ⁊ in-
ducit ad hoc plures authoritates. Et prima eorū eſt hec que
eſt fabiani pape. Capitulum breue eſt ⁊ non diuiditur. Lege
text. ¶ [Liceat vitiatam]. i. male ⁊ iniuſte diffinitam. re vera
vel quo ad opinionem ſuam. Credit enim ꝙ ſit vitiata. i. iniu-
ſte diffinita, ⁊ ita appellat poſt ſententiam. [vel vitiatā]. i. ma-
le examinatam ⁊ tractatam, ⁊ ſentit ſe grauatum a iudice ſal-
tem ẜm opinionem ſuam. vt ſic appellat ante ſententiam. Hu.
⁊ Archi. [remedio.] Nam per appellationem extinguitur pro
nuntiatum. ff. ad turpil. l. j. §. fin. B. ſed dic [extinguitur]. i. ſu-
ſpenditur facit. de iureiur. venientes. ⁊ de re iudica. cum inter
circa ſi. Archi.

1 ☞ Reo an liceat iudicium declinare per appellationem.
2 Authoritas ſynodi ⁊ primatis maior eſt quā ſolius primatis.

OMnis oppreſſus. Ad idem ſequitur ſe-
cunda authoritas que eſt Anacleti pape. Et di-
uiditur in tres partes. In prima ponit ꝙ omnis

Diuiſio.

oppreſſus appellare poteſt ad ſuum ſuperiorem clerici ad ec-
cleſiaſticum, ⁊ ſeculares ad ſecularem. In ſecūda ponit exem-
plicando in clericis. dicit quod ſi coram epiſcopo ad quem eſt
appellatum forte ab Archidiacono. vel archipreſbytero. pro-
pter aliquam difficultatem cauſa non poteſt determinari re-
feratur cauſa ad metropolitanum vel primatem. in tertia po-
nit: ꝙ ſi ibi non poteſt determinari referatur ad cōcilium: vbi
interſit primas: ⁊ ibi coram primate decidatur. Secunda ibi
ſi autem. tertia ibi: ſi illic, ¶ Pro pleniori intelligentia huius

Queſtio. Primū ar.

1 c. ⁊ aliorum. Queritur. † Vtrum liceat reo iudicium declinare
per appellationem. Et videtur ꝙ non. dicit enim Apoſtolus
ad Roma. xiij. Omnis anima poteſtatib⁹ ſublimioribus ſub
dita ſit. ſed reus appellando recuſat ſubijci poteſtati ſuperio-
ri ſcilicet iudicij. ergo peccat ⁊ per conſequens non eſt licitum
per appellationem declinare iudicium. ¶ In oppoſitum eſt

Opponit in cōtrarium. Reſpōdet. S. Thom.

primo illud Act. xxv. vbi legitur Paulus ceſarem appellaſſe
item capitulum preſens. ¶ Reſpondeo iuxta ſanctum Tho.
in ſecunda ſecunde. q. lxix. ar. iij. quod duplici de cauſa contin-
git aliquem appellare. vno quidem modo confidentia iuſte
cauſe. quia ſcilicet iniuſte a iudice aggrauatur. Et hoc modo
ponitur concluſio. ꝙ ſic licitum eſt appellare. hoc enim eſt pru
denter euadere. et hoc eſt quod dicit in hoc capitulo beatus
Anacletus omnis oppreſſus libere ſacerdotum ſi voluerit ap
pellet iudicium, ⁊ a nullo prohibeatur. Alio modo aliqs ap-
pellat

pellat cā afferēde more, ne cōtra eū iuſta ſnīa proferat̃ ⁊ hoc ca
lūnioſe ſe defendere, ⁊ hoc modo ſit iſta. ij. cōcluſio ꝙ ſic decli-
nare iudiciū per appellationē eſt illicitū. pȝ cōcluſio. Tū qꝛ ſic
appellando facit iniuriā iudici: eius officiū impediēdo. Tum
qꝛ ſic etiā aduerſario facit iniuriā eius iuſtitiā quantū pōt ꝑ-
turbando. quorū vtrūqȝ eſt illicitū propter ꝙ merito. j. e. c. qui
cunqȝ. ⁊. c. oīs. dicit̃ omnimodo puniend⁹ eſt cuius iniuſta ap-
pellatio pronuntiat̃. ¶ Ad ratione in oppoſitū rñdet̃. ꝙ ap-

Ad argu.

pellās non recuſat ſubijci abſolute poteſtati cuicunqȝ ſuperio
ri: ſȝ inferiori a qua appellat ad ſuperiorē ptātē. inferiori autē
poteſtati intantum aliquis ſubijci debet: inquātū ordinē ſupe
rioris ſeruat a quo ſi exorbitauerit ei ſubijci non oportet. pu-
ta ſi aliud iuſſerit procōſul: ⁊ aliud imperator. vt patet per gl.
ad Ro. iij. Cum aūt iudex iniuſte aliquem grauat quātum ad
hoc relinquit ordinem ſuperioris poteſtatis ſecūdum quā ne-
ceſſitas ſibi iuſte iudicādi imponitur. ⁊ ideo licitum eſt ei: qui
contra iuſtitiam grauatur ad directionem ſuperioris poteſta
tis recurrere appellando vel ante ſententiam vel poſt. Lege.

Exponit literam.

¶ [Omnis oppreſſus.] ſiue cleric⁹ ſiue laicus. Hu. [libere ap
pellet iudicium] laicus laicorū ⁊ clericus ſacerdotū. i. epōrum.
⁊ de hoc proſeqtur ẜm Hu. [ab his] ad quos appellauit. pe. ⁊
Arch. [Si aūt difficiles]. ij. pars puta depoſitio epī vel diaco
ni que exigunt plures epōs: vel que alias pro ſui difficultate
ibi terminari non poſſunt. Hu. [ad maiorem ſedem] ſcȝ metro
politani vel primatis: vel limita caſum, ſcȝ ꝙ de epō appellet̃
ad metropolitanum. deinde referatur cauſa ad primatē inde
ad ſynodum primatis. Litera tunc ſic legitur oīs clericus op
preſſus ab epō per ſnīam vel ante ſnīam grauatus iniuſte [ſa-
cerdotum]. i. metropolitanorum, vel ſynodi vbi eſt metropo-
litanus cum ſacerdotibus. i. epīs [ad maiorem ſedem]. i. pri-
matis. di. xvij. multis [referatur.] per appellationem, vel con-
2 ſultationem. Hu. [⁊ ſi illic]. iij. pars. i. apud maiorē ſedē † ma-
ior enim eſt authoritas ſynodi ⁊ primatis ꝙ̄ ſolius primatis.
Et ideo cauſa ɔgrue refertur a primate ad talē ſynodū. Hug.
[vbi] quaſi tūc ſcȝ ibi vbi ⁊c. Hu. [p ſingulos]. xviij. di. qm̄ et
extra de accu. ſicut olim. ⁊ extra de iudeis. cum ſit Arc. [Corā
patriarcha aut primate] diſiunctiue ponitur. quia idē eſt pa-
triarcha ⁊ primas ⁊ eadē eſt forma illorum, licet diuerſa ſunt
nomina. vt di. xcix. prouincie. Hu. Hoc autem vult iſta litera.
ꝙ ſi cauſa delata ad ſolum metropolitanum vel primatem ibi
non poterit terminari, tunc referatur ad concilium, vbi inter-
ſit primas. ⁊ ibi coram primate cauſa decidatur. ẜm Hu. [Ec
cleſiaſtica]. i. ad eccleſiaſticos iudices pertinētia. hu. [Corā pa
tricio]. i. ſeculari iudice. Ad hoc enim adiungit de ſecularibus
iudicib⁹: ne quis credat oīa negotia tractanda coram eccleſia-
ſtico iudice. ⁊ quelibet negotia coram ſuis iudicibus eſſe per-
tractanda perdoceret. vel forte qꝛ laici qñqȝ veniebāt ad ſyno-
dum: ⁊ proponebant qñqȝ ibi eccleſiaſtica, qñqȝ ſecularia. Et
ideo erat ibi ſecularis iudex: vt de ſecularibus negotijs cleri-
corū cognoſceret. Hu. [in cōi]. i. cōe. quaſi ſinē acceptione per
ſonarū. vt extra de iud. nouit. Hug. ⁊ Arch. ¶ Sed hic ex hoc

Queſtio.

c. ſurgit queſtio. qꝛ videtur ꝙ licitum ſit ter appellare in eadē
cauſa. qꝛ primo dicitur: ꝙ quis appellat ad iudicium epōrum
inde queſtio referatur ad maiorē ſedē: poſtea ad ſynodū. Sed

Rñdet.

reſpondetur ꝙ. ij. ⁊. iij. relatio non dicitur fieri per appellatio
nem: ſȝ per conſultationem. Hug. idem etiam notatur. j. in. c.
omnes epiſcopi. Arch.

1 ☞ Appellatio poteſt fieri ad papam quolibet medio preter miſſo.
2 Appellari an poſſit ad primatem omiſſo metropolitano.
3 Metropolitanus eſt iudex ordinarius ſuorum epōrum.
4 Primas eſt iudex ordinarius metropolitanorum ſuorum.
5 Appellari an poſſit ad legatum pape omiſſo medio.

SI quis veſtrum. Ad idē ſequit̃. iij.
authoritas que eſt
Sixti pape, vbi habetur ꝙ quiſquis pulſatus fuerit
aliquo grauamine libere apoſtolicā ſedem appellet: que caput

Exponit literam.

eſt omniū eccleſiarum. Breue eſt. Lege. ¶ [Si quis.] Conclu
1 ſio huius capituli ⁊ aliorum quinqȝ ſequentium eſt † ꝙ quoli-
bet medio pretermiſſo poteſt fieri appellatio ad papam. Cu-
ius ratio eſt. quia eccleſia romana eſt cōe ⁊ generale forum oīm
clericorum ⁊ oīm eccleſiarum. ⁊ dñs papa eſt iudex ordinarius
oīm: quaſi nullo exiſtente medio. ⁊ ideo quolibet medio preter
miſſo poteſt appellari ad eum in his. v. capitulis dicitur. ⁊. ix.
q. iij. cuncta. ⁊. c. per principalem. ⁊ hoc eſt quod dicit hic text.
[Si quis veſtrum pulſatus]. i. grauatus. [licenter]. i. omnib⁹
omiſſis inter medijs. [Caput]. ix. qđ. iij. ipſi ſunt: ⁊. c. cuncta.

Queſtio.

2 ¶ Sed hic ſurgit queſtio duplex. prima eſt. † vtrum idem ſit
in alijs iudicibus: vt poſſit ad primatem omiſſo metropolita

Rñdet.

no appellari. Et ad iſtā rñdet̃ iuxta gl. ⁊ Hu. ⁊ gñaliter quaſi
oīm ſub iſta ɔcluſione, ꝙ non pȝ cōcluſio vt habet̃. j. e. decreto.
⁊. c. qſquis. ⁊. q. vij. metropolitanū cui⁹ cōcluſionis ratio eſt. qꝛ
3 † metropolitan⁹ eſt iudex ordinari⁹ ſuorū epōrum, ſȝ nō cleri-
4 corū eor. † Similiter primas ⁊ iudex ordinarius metropolita
norū ſuorum ſȝ non ſuffraganeorū: vel clericor. vnde cum cle-
ricus epī appellat, appellat ad archiepm̄ dicit̃ iudicari ab alie
no iudice tñ facto ſuo ꝑ appellationē. ar. vj. q. iij. ſcitote. Cū er
go appellatio debeat eſſe ſemp ad maiorē iudicē illius iudicis
a quo appellatur ſequitur ꝙ appellatio non debet eſſe ad pri-
matem metropolitano pretermiſſo. quia metropolitanus eſt
iudex ordinarius epī ⁊ nō primas. Preterea iniuria eſſet me-
tropolitano: q propinquior eſt clericis epiſcopi, quaſi primas.
Et ideo cauſe illorum primo ſunt referende ad eum: ꝙ̄ ad pri-
matem. vt. ſ. c. proximo. ⁊ diſt. xvij. c. multis. ⁊ di. xviij. de con-
cilijs. Et hinc eſt: ꝙ ſi appelletur ad papam: pretermiſſo quo-
libet medio: valet ⁊ tenet appellatio. Si vero appellet̃ ad pri-
matem omiſſo metropolitano, nec valet, nec tenet ẜm Hugu.

Queſtio.

5 ¶ Scđa queſtio eſt vtrum † etiā poſſit appellari ad legatum
pape omiſſo medio. Et videtur ꝙ non. ex. c. peruenit. xj. qđ. j.

Opponit ⁊ Rñdet.

¶ In oppoſitum eſt extra. de offic. legat. cum non ignoretis.
¶ Reſpondeo dicēdū ẜm Hug. ⁊ glo. ꝙ ſic. Et idem Ber. di-
cens ꝙ ſicut ex officio legationis pōt de oībus cauſis illos ab
ſoluere qui incidūt in excōicationē ob violētā manuū iniectio-
nem: ita ex officio legationis pōt de oībus cauſis que ad eum
pertinent cognoſcere. in hoc etiam concordat conſuetudo ẜm

Hoſtien. Archid. Guiliel.

Hoſſ. qui hoc not. in. d. c. j. de offic. lega. idem ſentit Hoſ. extra
de app. romana. li. vj. in gl. vj. Arch. etiā idē hic. Et etiā Guil.
in ſpe. de lega. §. ſupereſt. Et no. Jo. an. extra de offi. leg. quod
tranſlationem. ſuper magna glo.

1 ☞ Epſ tam in cauſa ciuili quam in criminali omiſſis medijs ad ſedem apoſtolicam poteſt appellare.
2 Appellare an quis poſſit pluries quam bis.

OMnes epi. Ad idē ſequit̃ quarta au-
thoritas: ⁊ eſt eiuſdē Sixti
1 pape. cui⁹ ſnīa eſt. † ꝙ epſ tā in cauſa ciuili ꝙ̄ criali
omiſſis medijs ad ſedē apoſtolicaȝ pōt appellare:

Queſtio.

quoties neceſſe fuerit. Pro pleniori intelligentia hui⁹ capitu

Primū ar.

2 li cum glo. queritur. † Vtrū pluries ꝙ̄ bis poſſit quis appella
re. Et videtur ꝙ ſic ex preſenti capitulo. vbi dicitur quoties

Secōm arg.

neceſſe fuerit. ⁊ idem ex. c. quoties. j. ea. ¶ Secūdo idem videt̃
ex. c. lotharius. xxxj. qđ. ij. vbi continetur. ꝙ theberga ter ap-

Tertiū ar.

pellauit. ¶ Tertio ſic. illud quod eſt ſemel licitum: ſemper
eſt licitum. ſed appellatio ſemel ⁊ bis eſt licita ſuper eodem. er

Opponit ⁊ Reſpōdet.

go etiam in tertio. ¶ In oppoſitū dictū eſt in ca. preſenti ⁊ in
glo. hic. ⁊. j. ea. c. ſi quis. ¶ Rñdeo dicendū ꝙ quidam dicunt:
ꝙ ante ſententiam ꝙ quicquid dicat lex ẜm canones pōt ap-
pellari ꝙ̄diu ſuperior inuenit̃. Alij dicunt ꝙ priuilegium eſt
romane ſedis, vt poſt ſecūdam vicem ad eam poſſit a papa: ſi
ad eam non eſt appellatū. arg. j. ea. ideo. Sȝ dicendū eſt qđ di-
ctum eſt in ſumma in princi. qōnis ꝙ nec ante ſnīam, nec poſt:
nec ad papā, nec ad alium poteſt appellari in eadē cauſa ſuper

Ad primū argu.

eodē capitulo. ſiue articulo vltra ſcđam vicē. ¶ Ad rationes
in oppoſitū. Rñdet̃ ad primū. de. c. pſenti. Rñdet̃ ꝙ ſic eſt in-
telligendū quoties. i. quacunqȝ cā. vel quoties. i. in quocūqȝ ca
pitulo: ſiue articulo ita vt ly quoties notet grauamina ſingu-
la, ⁊ non reiteratione appellationis ſuper eodē articulo inſi-
nuatā, quaſi diceret in ſingulis grauaminib⁹ appellare pōt. ij.
non vltra ẜm Hoſ. hic: ⁊ idem. B. vel quoties. i. quicunqȝ ſiue
ante ſnīam ſiue poſt dūmō nō vltra ſcđam vicē ſuper eodē ca-

Ad ſcđm.

pitulo non fiat. ẜm Hu. ¶ Ad ſcđam de. c. lotharius. Rñdet̃
pmo ꝙ nō fuit ibi appellatio ſiue ꝓclamatio vel ſi erat appel
latio nō fiebat appellatiōis ꝓſecutio qꝛ forte nō deferebat̃ ap
pellatum ⁊ ipſa deſiſtebat. Vel tertio rñdet̃ ꝙ ter appellauit
i. ter dixit appello. ſiue ter vocē appellationis emiſit dicēs ap-
pello appello appello. vt notat etiam. B. extra de appel. c. ſua

Ad tertiū.

quia forte ꝑpter tumultum nō poterat audiri ẜm Hu. ¶ Ad
tertiā reſpondet̃ iuxta ſctm̄ Tho. in. ij. ij. vbi ſupra negādo cō
ſequētiā qm̄ ideo nō eſt ɔceſſum vt. iij. quis appellet ſuper eo-
dē qꝛ nō eſt ꝓbabile toties iudices a recto iudicio declinare vt
dicitur hic in gl. ideo ne lites in infinitū extēdātur. Lege text.

Exponit literam.

¶ [Omnes ꝓpulſant̃ in ciuili] ⁊ ſimile verbū habet̃. j. e. q. vj.
pulſatus. Arc. [criminant̃]. i. accuſant vel grauantur cauſis
criminalib⁹ libere ſine impedimento iudicis medij. Jo. de fa.
[quoties.] Expoſitum eſt tripliciter in queſtione.

1 ☞ Appellatio fruſtratoria an ſit admittenda.

2 Appellationem esse legitimam quis debeat iudicare.
3 Clausula appellatione remota que ponitur in literis: quid operetur.

A D romanam. Sequitur .v. authoritas ad idē: ⁊ est pape marcelli. Sūma est ꝙ eps iniuste grauat⁹ omissis medijs ⁊ etiā pro sua cōsecratione habēda ad papā appellare pōt, ⁊ libere ad eū ire est pmittēd⁹. Breue est. Lege. ¶ [Ad romanā q voluerint.] ¶ Hic surgit qō. † An appellatio frustratoria sit admittēda. Et vide ꝙ sic. primo ex psenti. c. cōsuluit. extra de app. ¶ In oppositū est. qꝛ ius punit talē frustratorie appellātē. vt. C. de appel. procōsuli. ⁊ l. ab executore. C. quoꝝ app. nō reci. ¶ Rñdeo ad vidēdū cui appellationi sit deferendū cui nō, distinguēdū est iuxta Inn. ⁊ Spe. ꝙ appellationū quedā est manifeste rōnabilis ⁊ legitima, vt illa que fit ex cā in iure expressa: vt pꝫ extra de offi. dele. sup qōnū. §. si. ⁊. c. cum olim. de testi. cū multis alijs ⁊ de tali est conclusio prima. ꝙ tali debet ius deferre. patet qꝛ ius illam admittit: vt pꝫ hic extra de ap. significantibus cum multis si. Quedā vero est manifeste frustratoria. vt. c. ꝓposuit. de appel. ⁊. c. ad nostram. Et de tali est. ij. conclusio. ꝙ iudex non debet ei deferre. vt. c. pastoralis. de app. pꝫ ꝯclusio. qꝛ ius talē nō admittit. vt e. ti. cum sit romana. in fin. peruenit. ⁊ in ca. cum appellationibus. e. ti. li. vj. vnde si inuenis ꝙ frustratorie appellationi deferatur. dic frustratorie. i. q̄ postea apparet frustratoria ꝑm lau. vnde dic: ꝙ appellationib⁹ friuolis nec iustitia defert, nec est a iudice deferendū vt extra. e. ti. lib. vj. cū appellationibus. vbi dicitur ꝙ in hoc casu si appellans prosequitur talē appellationem superior de causa cognoscens eum appellationem remittere debet ad priorē iudicē sine difficultate, ⁊ eadē die condemnationē facere expēsarū. Arch. Quedā est latens frustratoria puta cum causa probabili sꝫ est falsa. de tali est conclusio ꝙ talis admittitur a iudice quousq; veritas pateat sꝫ a iure reprobatur. di. viij. veritate. ⁊ ca. sequenti. Quedam vero est dubia: quam Vincen. vocat naturalē: vt qñ appellatur ex causa: q̄ nō est in iure scripta. videt tñ rationabilis: vt si dico iudicem fore cōpatrē aduersarij vel patrinū. vel qñ dant dilationes q̄ dicūtur minus breues. vel qñ appellatur in causa vbi sunt diuerse opiniones. ⁊ tunc dicit Vincen. ꝙ si iudex dubitat an sit deferendum vel non in dubio est conclusio ꝙ debet deferre. Nam in dubio potius defertur appellationi quā sñie. vt extra ea. de appel. delicti. in si. ⁊. e. ti. ca. vt debitus. §. cum autem. Et notat Joan. an. in. c. penul. de eo qui mitt. in poss. causa rei ser. super ver. cautione. Nam si non admitteret appellationem, q̄ postea appareret legitima puniretur, nisi probabilis error eum excusaret. ar. extra de sen. exc. sacro. ꝑm Hos. in dicto. c. vt debitus.

Exponit literam. Questio. Opponit. Rñdet. Prima cōclusio. Scđa ꝯclu. Tertia conclusio.

Questio.

2 ¶ Surgit hic questio. † Quis iudicabit si sit appellatio legitima ad hoc respondet Jo. an. super predicto. c. vt debitus. dicens. ꝙ cum queritur an appellatio sit legitima consideratur arbitrium iudicis ad quem est appellatum, sed si male arbitretur: potest appellari ab eo. ij. ⁊ non. iij. vt extra de appella. directe. sꝫ si queritur an sit deferendum appellationi tunc hoc arbitrari habet iudex a quo. caueat tamen sibi. qꝛ si nō admittit appellationē legitimā punief: nisi sit priuilegiat⁹. extra de ap. pastoralis. j. vel nisi ꝓbabilis error eū excuset. extra de sen. exc. sacro. ꝑm Hos. Notat aūt Arch. ꝙ dicit Gof. ꝙ vbi dubiū est: an teneat appellatio pēdente appellatione, omnia sunt in suspēso. extra de offi. dele. pastoralis vñ nō trāsit in rē iudicatam. Et iō superior posset moderari sup quo fuit sñiatum. extra de testa. c. Raynaldus. ꝑm Gof. q ita not. extra de eo q mittit. in pos. c. iij. Archi. Surgit hic alia qō que tangif in glo. vꝫ
1 † quid operef illa clausula que ponif in literis qñq; appellatione remota. Sꝫ omissis multis: que dicunf in glo. respondef ꝙ clausula illa aliqd operaf vñ non frustra ponif. Reiectis ergo opinionibus quorundam dicendum est iuxta Hos. in summa. e. ti. §. quid vero. ⁊ ponit Joā. an. in. c. vt debitus. de appel. dicta clausula operatur sequentes effectus. primo quia ab eo cui est commissa causa cum clausula illa non potest appellari: nisi in casibus a iure expresse approbatis. extra de appell. pastoralis. vide ibi Joā. an. super ver. a iure. quia superior poterit nihilominus eo casu si ei videbif rationabilis causa in melius reformare. ¶ Secundo si talis delegatus committat alij negotium non in totum ad eum non ad papam appellari debebit. de offi. dele. super questionum. §. porro. dic tamen vt ibi super ver. maxime per Jo. an. ¶ Tertio quia si in scdis literis fiat mentio de primis sꝫ non de clausula ibi posita non valent secūde. extra de restit. spol. ex conquestione. ¶ Quarto qꝛ non obstan. appellatione interposita a sententia. ipsa sententia mandabitur executioni. extra de appel. c. nouit. nisi sit iam per superiorem recepta appellatio extra. de offi. deleg. pastoralis. §. preterea. ¶ Quinto qō non deferens appellationi per consequens non patitur penam. j. e. q. decetero. ¶ Sexto operatur: quia si cui concessum sit: qō in causa qualibet possit libere appellare ⁊ contra talem impetretur rescriptū cū hac clausula non poterit appellare vt cap. j. extra de rescriptis. ¶ Septimo operatur in reconuentione vt patet extra de mut. petitio. c. ij. ¶ Octauo operatur: quia vbi causa committitur pluribus cum hac clausula non cogitur collega subdelegatū collega sui admittere secundum ea que no. extra de offic. deleg. in c. super questionum. §. si vero. ꝑm Hostiē. Et tantū a nobis de ista materia scriptum sit. maiora ⁊ profundiora magis peritis relinquendo. Lege text. ¶ [Necesse] vt quia grauantur iniuste. Hu. [ꝯsecrationem.] de illis dicit: quos metropolitani sui nolunt vel differunt consecrare sine causa rationabili. vt. viij. q. iij. artaldus. ⁊. ix. q. iij. nunc vero. vel loquitur de his qui cuꝫ debeant consecrari a dño Papa: ⁊ volunt ab eo consecrari: et metropolitanus inhibet: ⁊ vult eos consecrare. Hu. [absq; custodia]. i. non ita in vinculis habeatur: vt appellationem non possit prosequi. Si autē fuerit causa criminalis: ⁊ timef de fuga eius: debet dare idoneos fideiussores: vel habeatur in custodia, donec perueniat ad quē appellauit: sicut in actib⁹ apostolorū legif de Paulo: qui cū cesarē appellasset: habit⁹ in custodia est donec ad eū puenisset. Act. xxv. Hu. [aut excōicatione: aut spoliatione] post appellationē facienda. qꝛ tūc ipso iure nullius esset momēti excōicatio vel damnatio. vel spoliatio. Sꝫ si ante esset excommunicatus: propter appellationem non absoluitur. Hug.

Rñdet. Hostien. Joan. and.

Exponit literam.

S I quis. Sexta authoritas. Ad idem est ⁊ est victoris pape. Conclusio est ꝙ si quis grauatur ab aliquo iudice inferiore: vt puta ab episcopo appellandum est ad superiorem sedem patent omnia. Lege. ¶ [Si quis putauerit] hoc hodie non sufficit ꝙ putet. imo dꝫ causa exprimi extra de app. vt debitus. ⁊. c. cum speciali. Arc. [dioceseos]. i. prouincie: illi⁹ [aut penes.] ergo licite appellatur ad papā quolibet medio pretermisso: ꝙ ex hac disiunctione aperte colligitur. Hu. [vniuersalis.] Mat. xvj. [Quodcunq; ⁊c.

Exponit literam.

A D romanam. Septima authoritas ad idem est Zephirini pape conclusio est sicut dicitur in rubro. ꝙ ad romanam ecclesiam ab omnibus grauatis appellari potest. Lege text. ¶ [Obliuisci.] ecclesia enim romana mater est omnium fidelium: vt dicit Aug. de maioribus ecclesie. c. xxxvj. que non potest obliuisci filiorum suorum. vnde Esa. xlix. Nunquid mater potest obliuisci filij sui quasi diceret non debet: ⁊ ideo ad eam confugitur: vt ad matrem per medium appellationis.

Exponit literam.

P Lacuit. Octaua authoritas ad idem est Julij pape. Cōclusio siue summa est qō semper appellādū est a minori iudice ad maiorem. planum. Lege. ¶ [Placuit ad alios.] non ad quoslibet sed ordinarios iudices illorum iudicum, qꝛ nō est appellandum ad alium metropolitanum, vel primatem sꝫ ad suum. Hu. ⁊ ratio est. quia gradatim debet fieri appellatio. extra de appel. dilecti. [ecclesiasticos] qꝛ non ad seculares. Non enim appellandum est ab ecclesiastico iudice ad secularem. sicut econuerso. extra eo. cum sacro sancta. ⁊ extra eo. ti. c. si duobus. §. deniq;.

Exponit literam.

1 ☞ Priuilegia quinque sedis apostolice.

I Deo. Sequitur ad idem. ix. authoritas. ⁊ est eiusdem romani pontificis. Sūma siue conclusio est sicut capituli supra si quis. Verum ꝙ explicat aliqua priuilegia apostolice sedis. Lege. ¶ [Ideo huic sancte sedi priuilegia.] † narrat specialiter.
1 v. priuilegia aplice sedis. primum est de cōgregādis concilijs: scꝫ vniuersalibus. quoꝝ congregādorū authoritas soli aplice sedi reseruatur. di. xvij. per totum. scdm est de iudicijs eporum quo ad depositionē: imitationē: vel exēptionē. Hu. de hoc nota. di. xij. c. ij. Archi. tertiū est de restitutionibus eporum. ar. ꝙ eps depositus non potest restitui, nisi per apostolicum. sicut nec deponi: nec mutari: nec eximi. vt dis. xij. preceptis. ⁊. xiij. q. vj. quāuis. ⁊. vij. q. j. imitationes. ⁊. xvj. q. j. frater noster. quartum priuilegium est cognitio ⁊ diffinitio de summis ecclesiaꝝ negotijs. di. xvij. multis Arc. Quintū est ꝙ oēs oppressi iniuste valeāt ad papā appellare omni medio intermisso. [Oppressi] qui scꝫ ante sñiam grauanf. ff. de minoribus. l. j. ⁊. ff. de offi. presi. illicitas. Archi. preter aūt hec priuilegia apostolice sedi concessa sunt plura alia: que sunt notata in ca. quod trāslationem

Exponit literam.

nem. extra de offi. lega. vt ibi in glo. mag.

C Um ergo. §. est. Et incipit hic. ij. pars huius q̄stionis ꝑm Archi. in qua querif. An sit licitum frustratorie appellare. Et vera solutio est: ꝙ nō. ⁊ q̄ dicit supficialiter dicit: ⁊ ad hoc probādū inducit. iiij. authoritates ꝑm Arc. ⁊ Vin. authoritates sanctoꝝ patrū secūdū Jo. de lig. cōiūgif cū verbo patet ꝙ sequif Arch. Et diuiditur in tres partes. in prima ex. c. ad romanā. j. ⁊. ij. infert appellationē voluntariā admitti. in. ij. exponit secundū quosdā illa capitula sic vt non probēt predictā illationē. in. ij. reuertitur ad primā illationē: siue intellectū: quē postmodū probat. iiij. authoritatib⁹. ij. ibi, q̄dā. iij. ibi: Sꝫ cum Greg. Lege. [Cū ergo.] cōcludit ex p̄dictis capitulis ꝙ qlibet potest appellare siue grauef siue nō grauef. [Zepherinus]. s. e. ad romanam. ij. [⁊ marcellus]. s. ad romanā. j. [denegāda] scdm iura antiqua: hodie secus. Arch. [Quidā]. ij. pars. Hic ponit opinionē quorūdā: ꝑm quā non licet alicui appellare, nisi grauef sed eā postea improbat. ⁊ quia. c. marcelli: ⁊. c. Zepherini multū videbātur contradicere tali opinioni, ponit determinationē illorum ꝑm opinionē istoꝝ male sentiētiū distinguūt ꝙ marcell⁹ dicit in. c. ad romanā. ab oppressis iniuste per sentētiā, sicut ipse postea exponit secūdū primā: qua dictū est oēs indifferēter scꝫ oppressos: vel nō oppressos posse appellare non oportuit dici hoc. qꝛ secūdū vtrāq;: ⁊ ante sententiā ⁊ post sentētiā possunt dici oppressi. iuxta. ij. qua dictū est: vt volētes ire ad cōsecrationē necessitatē patiētes ad oppressos referāt. Hu. ⁊ sic respicit. v. quidā tamē [ꝑm hanc]. i. vltimā: scꝫ secūdā [qua nō alij.] nisi grauati possunt appellare, ꝙ falsum est: qꝛ quilibet pōt appellare nisi sit aliqd ꝙ inhibeat appellationē. [Sꝫ cū]. iij. pars. Hic magister incipit improbare predictā opinionē: ⁊ ꝓbat authoritate Grego. Julij, ⁊ Nicolai. ⁊ Leonis. [appellāti] etiā causa frustratorie dilationis remediū appellatiōis non esse denegandū: ⁊ suspendif cōstructio vsq; ad illum. §. patet ergo ⁊ in titulo cuiuslibet capituli debet esse cum.

Diuisio. Exponit literam.

1 ☞ Episcopus accusatus coram suo primate potest appellare ad papam.

D Ecreto. Hec est prima authoritas q̄ inducit magr Gratian⁹ ad probādū propositū. Et est authoritas beati Gregorij in registro. sum
1 ma siue ꝯclo est † ꝙ eps accusat⁹ corā suo primate pōt appellare ad papā: in qua appellatiōe interposita inferior nō se dꝫ intromittere de cā, sꝫ per papā vel eius authoritate diffinif. et si cōtingat ꝙ inferior nō deferat p̄dicte appellatiōi, venit puniēdus pōt ergo diuidi hoc. c. in tres partes. in pma ostēdit epm vel aliū quēcūq; accusatū corā primate: seu aliquo suo superiore posse appellare ad papā: p quē vel eius authoritate tūc dꝫ cā terminari. ij. ostēdit ꝙ eo casu inferior nō pōt se introducere. in. iij. ponit penā nō deferētis appellationi. ij. ibi nulli⁹. iij. ibi, Si aūt. Lege. ¶ [Decreto.] Pro pleniori intelligētia capituli sciēdū est. ꝙ casus est iste. vt scribit hu. alderic⁹ cenomaneñ. eps timebat accusari corā suo primate: vel metropolitano ⁊ plus timebat ꝙ dicebaf ei: ꝙ si ꝯtingeret eū appellare ad papā eo casu iudex a quo appellaf: deberet cognoscere an iusta esset appellatio, vel nō ⁊ si deprehēderet eā iniustā nō deberet eā admittere ꝙ notificatū fuit Gregorio. Scribit ergo gregorius oib⁹ epis: ⁊ dicit hoc nō esse faciendum. Sꝫ si aliquis voluerit accusare aldericū: hoc faciat corā primate vel metropolitano suo: ⁊ tunc si voluerit appellare ad apostolicum, quācūq; de causa audiaf ⁊ amplius in causa non procedaf per inferiorem: sꝫ appellatio ad papā referaf vt per se vel per alios causa terminetur. [Emuloꝝ.] ¶ Sꝫ hic surgit questio quō si emuli erāt scꝫ inimici vel suspecti admittebātur ad accusationē, cū hoc canonib⁹ prohibeaf. vt. j. e. q. vij. si qs. ⁊ in. qō. v. c. ij. ⁊. iij. ⁊. iiij. ⁊. v. q. ij. primates. Respōdeo hic vocat emulos vulgariter accusatores: qui vulgo eo ipso putanf emuli, ꝙ accusant ⁊ presumuntur ꝙ stimulo inuidie agitati hoc faciāt. vnde canon vocat accusationē illaudabilē intentionē. vt. j. e. q. vij. si quis eps. vt in gl. ⁊ Hu. [damnabiliter]. i. ad dānationē ipsi⁹ alderici. i. de crimine qō inducit depositionē. Hu. vel. [dānabiliter]. i. criminaliter. Arch. [post auditionē] ergo nō ante. Et ita est ar. ꝙ ante litē contestatā nō est appellādū. vt. j. e. q. non ita. ⁊ de reprehensibilis: [primatū]. i. metropolitani ⁊ primatis: vel eporū ⁊ metropolitani siue primatis. nō enim sunt plures primates in vna diocesi. Hu. ⁊ Arch. [Si necesse] hoc ideo dicit: qꝛ posset esse ꝙ crimē nō ꝓbaref ei, ⁊ tūc nō esset ei opus appellare: ⁊ pmas vel metropolitan⁹ cū epis possent illū absoluere, q nō poterāt eū ꝯdēnare. itē si ꝓbaref ei crimen, ⁊ ipsi nollēt in cā ꝓcedere: sꝫ eā ad dñm papā referre: nō esset ei op⁹ appellatiōe. sꝫ si ipsi vellēt eū in examinatiōe grauare. vel ad sñiam ꝓcedere: tūc necesse esset illi appellare: si illoꝝ grauamē vellet vitare. ¶ Sꝫ hic surgit qō quare ei op⁹ esset appellare: si illi vellēt ad sñiam procedere, cū sñia ipso iure nulli⁹ esset momēti, cū nō possent depositionis sñiam dare. Rñdetur ꝙ ideo erat necessaria appellatio, qꝛ etiā ea que de solo facto tenēt grauāt opinionē alicuius. vel istis forte cōcessum erat a papa: vt in tali cā possent sententiare. Hug. [authoritate nostra.] aliter eñi non posset deponi eps. metropolitan⁹ eñi ⁊ primates possunt epm audire sꝫ non deponere. ⁊ eius cām criminalē examinare. sꝫ non illā ad depositionis sñiam diffinire. vt. j. iij. qō. vj. q̄uis. Hu. [nullus añ hoc] nō est argumentandū a contrario sensu. vñ nullus nec ante nec post pōt eū iudicare nisi papa vel eius legat⁹. Hu. [vt nihil prius]. ergo nec de ipsa appellatiōe cognoscere pōt vtrū sit recte facta vel nō ⁊ an sit frustratoria vel nō. ar. j. e. quoties. Hu. ⁊ sic facit ad ꝓpositū magistri Archi. de hoc nota ꝙ dictū est supra circa. c. ad romanā. j. per Archi. [non plenitudinē] ista est soli⁹ pape nō ergo ad similitudinē pape possunt alij disponere. ꝓ arbitrio suo. de omnib⁹ inferioribus. qꝛ nō de illis: qui subsunt sibi aliquo medio. ergo nec eps de clericis plebani inuito plebano: nec metropolitanus de clericis epi: ipso inuito. ergo nec primas de clericis metropolitani eo inuito. arg. ix. q. iij. conquestus. eius enim esset habere plenitudinē ptātis q̄ soli pape attribuif. Hu. [Si aūt secus] iij. pars. [Secus]. i. si quis remediū appellationis etiā frustra
a torie ei denegauerit [ab afficio] ecce pena iudicis[a] appellationi nō deferētis: dicit gl. dicit aūt Arch. hic addēdum esse: ꝙ si esset causa criminalis: locum habeat pena huius. c. ꝙ ita loquitur: si est causa ciuilis nō deponif iudex sꝫ mitti dꝫ ad curiam: vt satisfaciat de tāto excessu. extra de appel. de priore. Ibi tamē Alanus ⁊ Ber. approbant hoc dictū Jo. ⁊ hic etiā sequif eandē sententiā. Hug. ⁊ Lau. dicit etiā Ber. ꝙ pena hic posita hꝫ locū in clericis sed pena de qua in fi. gl. hꝫ locū in laicis. [ne lupi.] hoc sumptū est ex verbis saluatoris in. c. vij. dicentis veniunt in vestimentis ouiū intrinsecus autē sunt lupi rapaces. de quibus Ezechi. xxij. principes in medio eius quasi lupi rapientes predam. ⁊ soph. iij. iudices eius lupi vespertini [sibi fieri nolunt] quia sicut seipsum debet diligere homo, proximum suum. ⁊ hoc sumptum est ex Thobie. iiij. capitulo. vbi dicitur quod ab alio oderis tibi fieri. vide ne aliquando alteri facias.

Diuisio. Exponit literam. Casus. Questio. Rñdet. Questio. Respōdet. Archid.

a ¶ Judicis appellationi. Adde Pet. de ancha. in. c. venientes. nu. 1. de iureiur.

1 ☞ Appellationes interiecte ad Papam ⁊ cause episcoporum ⁊ maiorum causarum negotia reseruata sunt sedi apostolice.

1 Q Ui se scit. Ad idē est ista authoritas. ij. q̄ est iulij pape. Sūma est † ꝙ appellatiōes interiecte ad papā ⁊ cause eporum ⁊ maiorū causarū negotia sedi apostolice sunt reseruata. Et pōt diuidi in tres partes. In prima ponit exordiū: ꝙ est fundamētalis rō inferēde conclusionis. in. ij. infert. in. iij. cōminaf: siue adijcit penā trāsgressorib⁹. ij. ibi: vñ oim. iij. ibi cuius tramiti. Lege tex. ¶ [Qui se scit.] Pro intelligētia capituli ponendus est casus. Casus est iste. intimatū fuit pape. quomodo erant aliqui prelati: qui non deferebāt appellationibus interiectis ad papā. sed de illis cognoscebant: ⁊ de causis episcoporū ⁊ de maioribus causis se intromittebant. papa volens prouidere primo exordio: dicit. ꝙ quilibet prelatus (licet aliquib⁹ presit) debet scire: ꝙ supra se habet prelatū: scilicet papā ⁊ ecclesiā romanā. que primus est [qui se scit] scilicet eps vel metropolitan⁹. p. [alijs subditis] vel suffragancis. p. [aliquē] scꝫ dñm papā: vel ecclesiā romanā. j. e. qui scit se esse [ipsa ecclesia] scꝫ romana. [in partē solicitudinis] plenitudo aūt vniuersalitatis eccl'ie largita est petro: cui vniuersaliter dñs Jo. vlt. pasce oues meas. tunc enim ipsum non solum aliorum sed etiā episcopoꝝ prefecit caput. vnde Aug. de. q. noui ⁊ ve. testamēti q. lxxix. dicit. sicut in saluatore erant oēs cause magisterij. ita ⁊ post saluatorem in Petro omnes continentur: ipsum enim constituit esse caput eorum: vt pastor esset gregis dñici. ⁊ hoc quoq; origenes recolligit ex verbis dñi. dñs qppe Mat. xvj. petro ait quecūq; ligaueris super terram, erunt ligata ⁊ in celis. ⁊ quecunq; solueris super terram, erunt soluta ⁊ in celis. Sed cum idem dominus ait alijs apostolis Mat. xviij. non dicit in celis: sed in celo dicens quecūq; ligaueritis sup terrā erūt ligata ⁊ in celo. hinc dicit Origenes. dominus ait petro in celis pluraliter ad designandum in eum pluralem ⁊ maiorem plenitudinis potestatem. Alijs vero dixit in celo, singulariter: ad ostendendum minorem ⁊ magis arctam authoritatem [vnde omnium]. ij. pars. omnium ergo ⁊ illorum qui ap

Diuisio. Exponit literam. Casus. August. Origenes.

pellant causa dilationis.ꝛ ad hoc inducitur hoc.c.P.Archi. [Judicia.] de quocunqꝫ negotio vel crimine sit.Hu.[maiorū causarū]que ab alijs pro sui difficultate diffiniri non possunt vt dis.xvij.multis. vel non debent: quia solum cognitionem apostolicam desiderant.sicut est questio de fide.xxiiij.q.j.quoties.ꝛ depositio epōrum vel mutatio ꝛ huiusmodi.vt.iij.qō.vj. quāuis.ꝛ.c.multū.ꝛ dudū.ꝛ.vij.q.j.mutationes.ꝛ.xvj.q.j.frater noster.Hu.[cuius tramiti].iij.pars.i.authoritati. Arch. [causas].i.excusationes. Ber.[periculo.]q2 deponetur.vt.s. e.decreto.Ber.

Item. §.est vbi continuat:ꝛ inducit ad idem sequens capitulum qō est Nicolai Pape.ꝛ est tertia authoritas in ordine.

Diuisio.

Exponit literam.

Hostien. Archid.

Arguta. Conclusio intenta huius capituli ꝙ presumpta per iudicē a quo appellatur post interiectam appellationē veniūt per iudicem ad quem appellatur irritanda: reuocāda ꝛ corrigēda. Et diuidit in tres partes. In prima narrat detestabilē processum archiepi remeñ.cōtra epm rotardū q appellauerat ad papā. In.ij.reprehēdit eū ꝙ priuilegia apostolice sedis obliuioni tradidisset ꝙ nō debuisset. In.iij.reuocat facta per illū restituendo ad honorē suū epm:quē ipse archieps deposuerat.ij.ibi:priuilegia tñ.iij.ibi hoc qppe.Lege.¶[Arguta].i.callida:ꝛ astuta.[Utinā in bono].i.bono motu.B. [accepto fomite].i.ɔcupiscētia iudicādi:quasi diceret ex odio: vel maleuolētia innata hoc fecisti.q2 pronus eras ad condēnādū.Hu.ꝛ Arc.[depositionis].ix.q.iij.cōquestus[ab itinere] erat ergo in itinere:lʒ nō prouocasset verbo:facto tñ intelligit prouocasse.ꝛ plus est facto ꝓuocare:ꝙ verbo.extra de app.dilecti.Bertr.ꝛ Arc.[continuati].i.iterum ꝛ iterum.Arc.[priuilegio].ij.pars[iudicia.]scʒ maiorum causarum.[Hoc quippe].iij.pars.[operatos.]scʒ de infirmatione sententie in rotardum:ꝛ de restitutione eius.infirmauit enim papa sententiam depositionis epi,ꝛ eum restituit suo honori.ꝛ intelligo ꝙ de facto.q2 nō erat opus informatione sñie ipsius:vel restitutione.q2 ipsa sñia vel spoliatio ipso iure nulla erat.q2 post appellationem lata:vel facta,ꝭm Hu.ad hoc.extra de app.ad ꝑsentiam.ꝛ ꝙ habet.ꝛ notat.v.q.ij.si primates.[vt priuilegia] quasi diceret:ꝛ si causa esset tñ restituēdus propter priuilegiū romane ecclesie.Lau.

1 ☞ Prelatus quilibet debet exhibere maioribus suis eā obedientiam quam ab inferioribus suis exigit.

Qui scit se. Sequit.iiij.authoritas ad idē propositū:ꝛ est Leonis Pape.
1 Summa est.†ꝙ quisqꝫ prelatus eam obedientiam maioribus suis exhibeat quam ab inferioribus exigit. Casus ad intentionē magistri posset sic formari. Aliqui erant prelati inobedientes pape in appellationibus: que interponebantur ad eum: quia illis non deferebant. papa hoc intellecto respondit quod continetur in hoc capitulo. Lege. ¶[Qui se scit. prepositum].s.ea.qui se scit.[obedientiam] quippe iuris naturalis:vt que vult sibi fieri ab alijs:alijs faciat.vt precipitur.Matt.vj.quecunqꝫ vultis vt faciāt vobis homines:ꝛ vos facite illis.Hoc enim ad ius pertinet naturale.vt.s.di.j.humanum.ꝛ ꝭm.Grego.li.dialogorum.Non debet ab alijs obedientiam exigere:qui eam non nouit superioribus exhibere.[Sarcinas]non enim debent prelati vt tyranni subditos grauare.sed vt patres filios dulciter supportare:ne eis dicatur quod dominus scribis ꝛ phariseis dicit Matt.ij.imponunt grauia:ꝛ importabilia:ipsi vero nolunt ea digito mouere.[discipuli Christi sumus]qui ait Matth.xj.discite a me quia mitis ꝛc.

Casus.

Exponit literam.

Grego.

Hug.[scit.]xxij.q.v.hoc videtur.⁊ quod hic dicit tantum ha
bet locum in iudicio.Extra iudicium autem si quid fiat non
est necesse appellare.vt notat.Inno.⁊ Host.extra de cau.poss.
⁊ proprie.cum olim.in gl.j.iuxta fi.[quod autem.]ver.[defen
sus]aliquo modo vel legitime.Hug.[Nam si ille]scilicet pro
curator, qui eum defendebat:vt hic scilicet dominus audiat
ad appellandū[difficile est]quasi diceret auditur quandoqȝ
sed difficile.i.non ex leui causa:vel non sine causa cognita: qȝ
habēda est ratio absentie.vel[difficile]id est raro.i.in raris ca
sibus simile.iij.questione.ix.absente.Hugu.super hoc videas
quod not.extra de procurato.non iniuste.§.potuit.et.ff.quan
Questio. do appel.sit.l.j.in fi.Archi.¶ Sed hic surgit questio.quia di
citur ꝙ in raris casibus auditur dominus absens ad appel
8 landum.† queritur in quibus casibus auditur ⁊ in quibus nō
Rñdet. hoc respondetur iuxta gl.⁊ hu.distinguendo.aut domin⁹ erat

Prima cõclusio.
absens ante litis conte. aut post litis cõte. Si ante tunc est cõclusio. ꝙ tunc irritatur quidquid est factum cõtra eum patet conclusio, qꝛ non potuit ferri sentẽtia extra. vt lite non conte. per totum. ⁊ extra de offi. deleg. consultationibus. si post litem contestat. tunc aut fuit defensus: aut non. Si fuit defensus est
Secunda conclusio.
secunda conclusio. ꝙ in nullo restituitur: nisi fuisset absens cã rei publice quo casu tantum ad appellandum restitueretur, ff. de in integ. resti. l. fin. sed ipse appellans circa restitutionem non audiretur. Si vero non fuit defensus: ⁊ tunc aut fuit legi-
Tertia conclusio.
time citatus: ⁊ si sic tunc est tertia conclusio. ꝙ talis qꝛ fuit cõtumax non auditur appellans: nisi veniat stante figura iudicij id est, iudice adhuc sedẽte pro tribunali. j. e. §. sunt quorũ. ⁊ l. si. de in integ. resti. fingit enim ius ipsum non fuisse contumacem: ⁊ restituitur tantum ad appellandum: quia tunc estimatur: non sua culpa sed minus ex audita voce preconis defuisse. vt. ff. de integ. resti. l. diuus. Anto. Hug. Aut nõ fuit le-
Quarta cõclusio.
gitime citatus: ⁊ tunc est quarta conclusio ꝙ tunc non vꝫ sñia ff. de re iudi. l. de vnoquoq;. ⁊ extra de cau. pos. c. j. ⁊ ij. sed secũdum Accur. ⁊ doc. hic loquitur qñ absens post litem contest. non fuit defensus. sed fuit citatus ⁊ legitime sed citatio nõ venit ad eius notitiam. ⁊ sic fuit presumptiue cõtumax: ⁊ sic valuit sententia. sed quia nõ fuit vere contumax: auditur appel-
Questio. 9
lans. ¶ Itẽ surgit hic alia questio † vtrũ procuratore existente vere contumace ita ꝙ ipse non audiret appellans; domin⁹ possit appellare. Et vĩ ꝙ non qꝛ hic vĩ casus ꝙ contumacia procuratoris noceat dño. qꝛ si procurator non appellat domi-
Rñdet.
nus non auditur. Rñdeo dõm iuxta Inn. ꝙ sic. qui ita tenet extra vt lite non conte. c. j. ⁊ dñs Bar. in hoc. §. ⁊ ratio est quia vera contumacia procuratoris que habet excludere ab appellando est delictum: super quo non intelligitur datum mandatum ex virtute generalis mandati. ff. de condi. indebi. l. si procur. nec dolus procuratoris ⁊ vera contumacia eius facit dominum dolosum: vel verum contumacẽ. Cum ergo non appellare sit pena contumacis: hec pena non egreditur delictũ: nec extenditur ad dñm. extra de his que fi. a ma. par. c. qñuit. hinc est ꝙ propter dolum procuratoris licet posset procurator excõicari nõ tñ dñs dꝫ excõicari. extra vt lite non conte. c.
10 primo. ⁊ fin. Item secundum Bartolum † contumacia procu-
Bartolus. a
ratoris [a] bene facit ꝙ index possit procedere contra dominũ ꝑm solitum ordinem iudiciorũ. C. de procurat. eum qui. ⁊ C. de dig. l. quoties. lib. xij. sicut est ꝙ propter contumaciã procuratoris procedatur ad missionem in possessionẽ: vel ad diffinitiuam ⁊ similia: sed non operatur ꝙ extra solitũ ordinẽ iudiciorum contra dñm procedatur. hinc est ꝙ propter contumaciã ⁊ dolũ procuratoris index potest multam imponere procuratori: sed non domino. ff. si quis ius di. non obtemp. l. j. §. si procura. Ad propositũ propter contumaciam procuratoris q nõ appellat. j. decem dies non poterit dñs post. x. dies appellare: qꝛ hoc sequitur ꝑm solitum ordinem iudiciorum: sꝫ infra dies ĩfra q̃s alias de iure ⁊ dñs ⁊ procurator poterat appellare nõ obstãte vera ꝯtumacia procuratoris dñs appellabit: q nõ deliquit. vnde excluso ab appellatione infra. x. dies qua excludit verus contumax est solum pena delicti. extra de procurato. nõ iuste. §. potuerit. secundum hoc respondendum est ad istũ textum secundum eos. scilicet Innocen. ⁊ Barto. vbi dicitur difficile est vt hic scilicet dominus [audiatur] intelligendum est post decem dies.

a ¶ Cõtumacia procuratoris. Cõtumacia pcuratoris vel cuiuslibꝫ administratoris an noceat dño i expẽsis. Pet. de anch. i. c. ad hec de⁹. nu. 13. vt lit. non conte.

1 ☞ Preses prouincie aliquem damnauit ad exilium: nõ habens insulam sue iurisdictioni subiectam mandat imperatori sententiã condẽnationis: vt si approbaret sententiam eius insulam ei assignet casu isto quando sit appellandum.
2 Imperator inductus mendacijs si non approbat appellationem rei quid iuris.
3 Appellari ꝙ non possit a sententia quando quis papam de danda consulit ⁊ ei a papa rescriptum fuerit quam sententiam dare debeat.

Si quidem. xj. pars. §. est principium. l. j. ff. quando appellandum sit. Ad sciendum summam huius. §. est notandum ꝙ hic videntur nobis duo
Casus primus. 1
casus notari siue due questiones. Prima est † preses prouincie aliquem damnauit ad exilium. sed cum insulam subiectam sue iurisdictioni non haberet illi non assignauit insulã: in qua exularet, quia non poterat mandat imperatori sententiam cõdemnationis: vt si approbaret sententiam eius insulã ei assignet. Nunc queritur quando sit appellandum, vel statim: vel recepto rescripto imperatoris. ad hanc questionem lex consulit: quod statim. ⁊ hoc est quod sequitur. [Si quidem in insulam annotauerit] .i. indicauerit [deportãdum] aliquẽ, Hug. [deportetur] in talem insulam. Hug. ⁊ puto tũc esse appellandũ: cũ recipio eũ inter condẽnatos: siue in numero reorũ. ff. de custo. ⁊ exhi. reo. l. diuus. Lau. vel dic recipi in carcerem. vel in vinculis. [Ceterum ⁊c.] vĩ assignare rationẽ: quare statim appellandum sit. vt dictũ est. [rursus] scđs casus,
Exponit literam.
Secundus casus.
2 siue scđa questio. est † quid si imperator induct⁹ mendacijs ꝑ presidentem prouincie prohibet vel non recipit appellationẽ rei: ⁊ scribitur ab imperatore: ꝙ portet in insulã talem vel talem. rñdetur ꝙ etiam illo tpe quo imperator scribit appellandum est: nec huiusmodi appellatio est dicenda esse aduersus principẽ. sed aduersus calliditatem iudicis. qui eũ apud principem forte mendacijs onerauit. [onerauit] scilicet princeps prouincie [eum] scilicet reũ hu. [intercludat] qꝛ forte imperator prohiberet vel non reciperet appellationem eius, ex quo tot mala audiret de illo. ⁊ hoc scilicet cũ ab ĩperatore rescribitur vt deportetur [et illo] scilicet cum preses iubet eum recipi inter condẽnatos: iterũ ꝙ insula ab imperatore sit assignata: quasi diceret vtroq; tempore appellandũ: ⁊ cũ preses prouincie recipi iubet inter damnatos: ⁊ cum rescribit imperator
3 [qꝛ non aduersus principem] ar. † ꝙ si quis apostolicum de danda sententia consuluit: ⁊ ei a papa rescriptũ fuerit quam sententiam dare debeat ab illa sententia potest appellari. Nõ enim a sentẽtia pape sed a calliditate iudicis appellet. ⁊ sic potest appellari a quolibet rescripto: ⁊ mandato principis. vel pape: quod alicui iudici mittitur ad mandandum executioni: qꝛ in omnibus his non fit appellatio a sententia principis. sꝫ a calliditate iudicis ⁊ hoc intelligo generaliter verum esse: si in rescripto vel mandato non sit prohibita appellatio. Huguti. ⁊c.

Casus.
Illud. §. est ⁊ lex vltima ff. quando appel. sit. Casus est talis. Si litere presidis ad imperatorem in quibus sententia damnationis cum allegationibus ⁊ gestis continetur: fuerint ostense reo anteq̃ mitterentur: ⁊ ipse tunc non appellauit ⁊ rescribatur contra eum. Post non potest appellare ab illis literis scilicet presidis sibi primo ostensis. qꝛ illis semel consensisse videtur ⁊c. Lege tex. ¶ [Scriberet] a preside. [literarũ] cõtinentium gesta ⁊ sententiam presidis. Hu. [editũ] id est mõstratum Archi. [scriptum sit] scilicet principi pro eo deportãdo: vel a principe pro loco assignato [traditis] alias editis id est monstratis, Archi. [possit] dic ꝙ non Arch. qꝛ ⁊c. consensisse videtur. Nota qui tacet consentire videtur. Ber. de hoc. xxvij. di. diacono. ⁊ extra. de presump. nonne. Nam ex quo sibi monstratur: nec appellauit consensisse videt: nec credo ꝙ sufficeret contradicere sine appellatione: vt in casu consimili notat Inno. ⁊ Host. extra de re iudi. quod ad consultationem. in fi. ⁊ hoc satis probatur hic, Arch.
Exponit literam.

1 ☞ Procurator constitutus ad audiendam sentẽtiam an teneatur appellare,

Non solent. Hec est lex. j. ff. de app. recipien. Et est hic quinta pars qõnis: i qua ponit casus diuersos, Jo. de. Et ostẽdit in hac parte qs possit appellare. Diuidit autem in duas partes. In prima ponit quatuor casus: in quib⁹ quis potest appellare. In secunda circa quartum remouet dubium. secunda ibi: sed si mater. Lege. ¶ [Non solent audiri] in causa ciuili: secus in criminali. quia in criminali quilibet appellans admittit etiã inuito condemnato creat enim humanitatis ratio quẽlibet in tali casu prouocãtem audiri debere. ff. de appel. nõ tatum, Hu. [quorum interest] vt sunt dñi causarum Hu. [qbus mãdatum est] vt ꝓcuratores, Hu. ¶ Sꝫ hic sur-
Diuisio.
Exponit literam.
Questio. Rñdet.
1 git qõ † nũquid si constitui procuratorem ad audiẽdum sñiam nũquid appellare tenetur. rñdetur dicit Archi. puto ꝙ nõ. qꝛ vnum concedẽdo videor aliud ꝓhibere, ff. de iudic. cum ꝑtor. C. de procu. maritus. ꝑm Gof. q ita notat extra de procur. non iniuste. Arch. ⁊ ibi ponit Jo. an. sup ver. põt. [vel q negotiũ] vt negotiorum gestores, Hu. [ratum habeat] sponte; vel etiã coactus ꝑ iudicẽ: al's si dominus nõ habeat ratum, nec per iudicem cogitur habere ratum: totum irritabitur: ex quo nõ mandauit. ff. de nego, ges. sꝫ an vlti. ⁊ l. pomponius. Laurẽ. [Sꝫ si] secũda pars [ꝓuocauerit] pro filio ꝯdẽnato. Hu. sensus est: ꝙ quis mater a ꝑncipio non potest agere pro filio; tamen ꝑ eo condemnato potest appellare, ⁊ causam appellationis prosequ. [⁊ si litem] id est causam appellationis ꝓparandam prosequẽdo: scilicet appellationẽ [curare] .i. in propria ꝑsona exequi: et tractare. Hu. nõ videt intercedere. Et iõ non iuuat velleiano nec potest vti de exceptione velleiani: si succumbat. quia suum negotium

negotium videtur tractare ⁊ in proprio negotio nõ habet exceptionem velleiani. Hug. [sꝫ ab initio] .i. ante damnationem filij. Hu. [non potest] qꝛ tunc non damnificaretur: cũ esset tuta ipso iure: vel per exceptionem velleiani si succumbat quia intelligeretur tractare negotiũ alienum: ⁊ intercedere ꝓ alio. Non enim negotium filij ita videtur esse suum: ⁊ ad se pertinere: sicut post condemnationem ⁊ appellationem. Hug. Uel sic iuxta Abb. ⁊ Inno. pro filio non potest mater agere vel ipsum defendere quia hoc est virile officium. C. de procuratoribus. alienam.

1 ☞ Appellari an possit ab omni interlocutoria. et numero. 2.

Exponit literam.
Ante sententiam. Lex est. ij. ff. de appel. non reci. conclusio est † ꝙ ab interlocutoria que per appellationem a diffinitiua interpositam reparari nõ potest ꝑm leges appellatur. Breue est. Lege. ¶ [Ante sententiã diffinitiuã. hu. [si index interlocutus est in negotio] ciuili, vel criminali [questionem esse habendam] .i. tormentum esse habendum id est aliquẽ subijciendũ esse tormento: qui non deberet subijci puta de canone: qui non dꝫ subijci tormento: nisi casualiter forte. vt. C. de questionib⁹. l. decuriones. nec incipiẽdũ est a tormentis. vt. ff. de questionibus. l. j. in prin. ⁊ C. eo. titu. l. oportet. vel cum iudicat tunc esse habendum tormentum: cum non debet haberi. scilicet in prin. cause. Hoc enim seruandum est generaliter, vt nunq̃ a tormentis incipiat: nisi precedant aliqua indicia: nisi forte obijciatur de crimine lese maiestatis
Questio.
hu. [contra leges]. ¶ Sed hic surgit qõ. quõ stat in veritate iste tex. qꝛ si interlocutio sit ꝯ leges: ⁊ per ꝯñs nullius sit momenti: extra de sen. ⁊ re iudic. c. j. nõ erit opus appellatione. vt
Rñdet.
ibi. ⁊ j. e. §. diffinitiua. rñdet ꝙ sic est intelligendũ ꝯ leges. i. cõtra mentem legis, non contra verba legis: qõ est dicere cõtra ius litigatoris non contra ius constitutionis. Hug. ⁊ Archi. vel sic contra leges: non directe sed per consequentiã vt si dico istum subijciendum esse verberibus. ⁊ ipse quidem est decurio nec debet subijci: nec ego dico decurionem esse subijciendum sed istum directe. sed per consequentiam dico. Similiter dico istum statim subijciendum esse tormentis: nec ego dico esse incipiendũ a tormentis directo: sed per consequẽtiam. Nam si directo daretur: interlocutoria contra leges ipso iure esset nulla: sicut diffinitiua: nec opus esset appellatione vt dictum est. Ecce in hoc casu appellatur ab interlocutoria Hug.
Questio. Respõdet.
2 ¶ Sed hic surgit questio † vtrũ ab omni interlocutoria possit appellari. rñdetur iuxta Hu. ꝙ sic secundum canones. arg. ꝯ. e. qõ. ad Romanã. si quis putauerit. ⁊ c. quoties. ⁊ extra. de app. qua si per totũ. ⁊ c. cum cessante. ⁊ c. licet. ⁊ c. si a iudice. eo. tit. lib. vj. Scđm leges vĩ ꝙ non. qꝛ cũ specialiter concedatur in hoc casu: videtur in alijs prohiberi. quod enim de vno conceditur. ⁊c. xxxiij. q. v. qui sicut. Hug.

Casus.
Eius qui causam. Lex est. iiij. in e. tit. casus videt esse iste. Aliqs trahit in cã corã ordinario suo: ⁊ dt ꝙ nõ vult rñdere: sed ꝙ dent ei inducie: qꝛ ad papã misit pro eodẽ negotio: dt lex ꝙ nõ est audiẽd⁹. vel summa est ista. ꝙ propter supplicationẽ factã principi index inferior non impedit procedere. ⁊ ob eã cãm appellans nõ auditur. secũdũ
Diuisio.
Bar. Et põt diuidi in duas partes secundũ duo dicta. in prima parte ponitur casus. in scđa prohibetur eius appellatio recipi. secunda ibi, ⁊ si ob eam causam. Lege. ¶ [Ordo litere est iste [desiderium] scilicet ꝙ expectetur [eius prohibetur audiri qui ideo causam agere frustratur] .i. frustrando differt. Hu. [qui dicit se libellum] scilicet preces continentem. Hugu. [principi dedisse ⁊ sacrũ] .i. imperiale rescriptũ expectare. [et si.] secunda pars patet. dicit autem hic gl. ꝙ hoc omnes intelligunt cũ nuntiũ misisset. sꝫ aliud est si in propria persona ⁊ ante citationem iter arripuit. vt extra. e. de appel. c. meminim⁹. ⁊ c. suggestum: Sed contra inducit. c. cum causam. extra. de offi. deleg. ⁊ in fi. contra. c. vt debitus. extra de appel. vbi vĩ haberi ꝙ missio nuntij vel itineratio non operet aliquid super quo dicit Archid. ꝙ cum permissum sit iura iuribus concordare: vt in. c. cum expediat. de elec. lib. vj. probabiliter dici potest: quod omnia iura remanent in suo statu: ⁊ etiã decretalis. vt debit⁹. ⁊ post multas opiniones quas recitat circa prefatam decretalem. vt debitus. dicit. Tu dic ꝙ detur: vt debitus. loquitur in iudice ordinario: ⁊ sic eam intelligunt Jo. Uincen. Host. ⁊ pe. de sam. ⁊ hoc indicat finis ipsius ips⁹ decretalis: ibi saluis ⁊c. ⁊ hunc intellectum ponit gl. que incipit: ⁊ si propterea. in prin.
Exponit literam.
Joannes. Uincen. Hostien. Petrus de samprana.

ver. ratio huius ⁊c. Alia vero iura loquuntur in iudicibus delegatis: ⁊ sic non se tangunt. Noli igitur esse iuris peruersor seu corrector: sed saluator: quoniam hoc non est sana doctrina sed peruersa.

1 ☞ Apostoli vnde dicantur.
2 Libelli refutatorij qui dicantur.

Post appellationem. Lex est vnica. ff. de libel. dimis. Et diuiditur in duas partes. in prima dicit: ꝙ interposita appellatione index a quo dꝫ tradere petenti aplos dirigendos iudici ad quem. in scđa ꝙ si index non tradat aplos appellanti nullũ preiudiciũ generetur ipsi appellanti. secunda ibi: sufficit. Lege textum. ¶ [Post litere dande sunt.] Nota ꝙ iste litere aliquoties ap-
Diuisio.
Exponit literam.
1 pellantur apostoli. vt. j. dicitur. † Et dicuntur tales ab apo. ꝙ est de ⁊ stolos: qõ est missio: qꝛ sunt quibus quis dimittitur de potestate alterius ad aliam superiorem quo ad illam causam ⁊ est nomen grecũ. hu. Et ex hoc dicuntur apostoli vt hic. ⁊ ff. de appel. l. j. Aliquando dicunt libelli dimissorij. qꝛ per eos apparet. ꝙ index appellationi detulit. ⁊ sic prosunt quo ad hanc cãm [a suo manu] .i. potestate ⁊ iurisdictione dimittit ⁊ ipsam ad illũ ad quẽ appellatum est mittit. vt. ff. de libel. dimis. l. vnica. item dicũtur litere dimissorie. vt. j. sequitur. ⁊ ff. de app. l. j. quandoq; dicuntur reuerentiales: qñ scꝫ propter reuerẽtiam superioris defertur vt in aut. de no. ⁊ extra. de appel. c. cordi. cũ gl. lib. vj. Host. interdũ dicunt libelli refutatorij. C. de app.
2 eos. §. super his † ⁊ sunt hi per quos apparet ꝙ index non defert appellationi: sicut alia scriptura dr refutatoria. C. de rela. j. l. ⁊. C. de appel. qñ nonnulli. Host. Aliquando dicuntur libelli appellatorij. C. de appella. l. si quis libellos [sensus] qꝛ verba formarum melius ponuntur in. §. sequenti transimus nũc [sufficit] scđa pars [petijsse.] Nota ꝙ si non petuntur non valet appellatio. i. renuntiasse videtur siue reputatur non appellans. vt. d. c. cordi. extra. de appel. lib. vj. ⁊ eo. titu. c. ab eo. [intra tempus] scilicet intra. xxx. dies. vt. j. ea. q. §. iudicib⁹. Hu. [si istanter ⁊ sepius] sufficit eos peti vno contextu ⁊ sepius, et instanter. extra de appel. cle. quamuis. licet de hoc dubitaret in decretali. ab eo. e. tit. lib. vj. Jo. de san. [⁊ si non accipiat] qꝛ index non dat. Hu. [contestetur] coram multis: ⁊ in presentia multorum testiũ. [constitutiones] .i. leges. Hug. idẽ est etiam obseruandum in petendis literis dimissorijs: quibus cleric⁹ absoluitur a iurisdictione sui episcopi. vt dist. lxxij. eps. item ⁊ in petitione pallij. vt di. C. prisca. [ne noceat] dic hodie; vt in predicta. cle. quis. hodie statutum est: ꝙ is a quo appellatur apostolos appellanti tribuat requisitus: ⁊ si non exhibuerit: ex tunc si forte in causa procedit inualidus ⁊ irritus est processus, nisi ipsi appellationi fuerit renuntiatũ. vt extra. de appel. lib. vj. vt. ŝ. vbi notauit Inno. ꝙ illud erat ius nomini. Et ꝙ dicit requisitus: dic scꝫ tunc demum illud obtinere cũ ipse index super hoc cũ debita instantia ⁊ loco ⁊ tempore congruo requisit⁹ eos expresse denegat. vel infra. xxx. dies malitiose aut negligenter illi tradere pretermittat. vt extra. de appel. lib. vj. c. ab eo. Archidia.

1 ☞ Innouari ꝙ nihil debeat post appellationem an sit semper verum.
2 Appellatio an debeat recipi vel non quis debeat cognoscere.

Appellatione. Lex est. ff. nil innouari pendente appellatiõe. l. j. breue est. summa. ꝙ appellatione pendente inter litigantes ꝑ iudicẽ a quo nihil est innouãdũ. Lege tex. ¶ [Appellatione siue non fuerit recepta] a iudice a quo appellatum est cum tamen deberet recipi. hug. qꝛ si manifeste esset friuola posset in causa procedi, ⁊ appellans condemnari. extra de appella. cum sit Romana. [nihil innouari] alius potest conueniri. ff. man. l. creditor. in prin. Arc. ¶ Pro plenio-
Exponit literam.
Questio.
1 ri intelligentia huius queritur † vtrum hoc sit semper verum ꝙ post appellationem nihil innouari possit. Et vĩ quod sic ex presenti ca. ¶ In oppositum vero arguitur qñ appellatio nõ debeat recipi ⁊ ea pẽdẽte potest fieri innouatio. vt. l. j. ij. ⁊. iij. ⁊ quasi per totum. C. quorũ app. non reci. rñdeo ꝙ ista lex q̃ hic ponitur habet aliquas exceptiones: sicut patet in glo. vbi ponuntur multi casus. vnde singulariter intelligitur quando appellatio de iure tꝫ. Nam si de iure non tenet quamuis interponatur tñ index procedet in cã. ⁊ ita aliquid innouabitur et immutabitur: puta cũ ille appellat: qui est verus cõtumax. vt
Opponit i cõtrarium.
Respõdet.

xxiij.q.iij.de illicita.item si appellans est in notorio crimine vt.c.cum sit romana.de appel.⁊.xxvij.q.j.si custos.item si appellat inuasor ecclesie:vt extra de appel.c.exquiritur.⁊.j.eo.§.sunt.gloss.⁊ in multis alijs casibus in quibus appellatio non tenet:⁊ tunc non habet locum quod hic dicitur:ar.ff.de appel.l.constitutiones.sunt preterea certi casus: vt notat hic Archi.ex Innocen.maxime in quibus post appellationem a se factam iudex exercet iurisdictionem suam.vnus est extra de appel.personas.alius est.e.titu.c.si duobus.alius est.eo.tit.cum teneamur.vbi de hoc per Innoc.item est alius in.c.qua fronte.eod.titu.Nam ibidem iudex qui detulit appellationi recepit cautionem nomine ecclesie ⁊ absoluit.Alius est in.c.ij.extra.de matrimo.contracto contra inter.eccle.⁊ ibi de hoc per Innocen.item alius casus fm Hostien.extra de appella.peruenit.vbi de hoc ipse nota.in alijs casibus secus fm Innocen.vt not.in prece.c.de matri.contrac.contra interdict.eccle.c.ij.

Arcbid. Innocen. Innocen.

Questio. Rndet.

2 quod est notabile.¶ Sed hic surgit questio † quis debet cognoscere an debeat recipi appellatio vel non.dic qd superior ad quem est appellatum.vt no.ff.nil inno.appel.pen.l.j.⁊ not.per Io.and.post Innocen.⁊ Hostien.extra de offi.dele.pastoralis.§.preterea.¶ Sed qualis erit hec cognitio. Nonne per hoc cognoscetur de iustitia appellationis.respondeo q hec cognitio an appellatio sit recipienda an non precedit cognitionem fiendam super iustitia vel iniustitia appellationis.et erit hec cognitio summaria: et potest fieri etiam parte absente.ff.de admini.tutorum.l.chirographis.§.j.⁊.ff.de appel.reci.vel non reci.l.si cuius.⁊.ff.nil inno.appe.pen.l.ista.fm Innocen.⁊ est vbi.s.⁊ no.bart.in.l.sciendum.de appel.reci.vel non.Io.de fan.Nota hic iuxta arcbid.q non solum innouata post appellationem a diffinitiua sententia interiectam debet semper exceptis casibus in quibus post sententiam iura prohibent appellare ante omnia per appellationis iudicem penitus reuocari:sed ⁊ ea omnia que medio tempore inter sententiam et appellationem:que post modum infra decennium interponitur ab eodem contingeret innouari: ac non post appellationem eandem innouata fuissent.vt extra.lib.vj.de appel.non soluz.vbi videas.Nam ibidem exprimitur quid iuris de his que innouantur post appellationem ante diffinitiuam sententiam interpositam.arcbi.

Questio. Io.de fan. Arcbidia.

1 ☞ Sententia pro parte potest rescindi.

Si quis.

§.est vltimus.in.l.vnica.ff.nil.inno.ap.pe.Casus est talis.si codenat⁹ ex plurib⁹ criminibus propter queda tm appellat:si talia sint grauiora ei⁹ recipit appellatio:⁊ pena differtur pro alijs.als secus.Et diuiditur in duas partes. In prima mouet questionem. In secunda soluit per distinctionem, secunda ibi:si quidem.Lege.¶ [Si quis propter quedam appellauerit] ar.q ab vna parte sententie potest appellari,† ⁊ sic sententia pro parte potest rescindi.arg.j.c.si quis in quacunq.⁊ arg.ff.de mi.l.et si.§.ex causa.⁊ extra de preb.c.dilectus.[Et si] scda pars.varius intellectus dat in gl.huius legis.Sed iudicio nostro iste est ver⁹ intellect⁹ q cu quis pro grauioribus appellat differeda est omnis alia pena debita minoribus:que impedire posset prosecutione appellationis.exepli gratia qs peccauit duob⁹ peccatis:ppter vnuz grauius meret depositionem.propter minus priuatione bnficij:ne priuat⁹ bnficio no possit prosequi appellationem.itez quis propter grauius meret decapitationem propter minus deportationem appellatione facta a prima differt pena deportationis siue carceris q2 impediretur a prosecutione appellationis facte a codenatione mortis.⁊ sic de similib⁹.¶ Sz hic surgit qo duplex.vna est quid si paria siue equalia sint illa propter que appellauit:⁊ illa propter que non appellauit.ad hoc rndet hic glo.q idem credit.s.q pena esset differenda.Uerum dicit Hu.⁊ Archi.q in casu vr:q statim apponenda sit pena cum non a grauioribus appellauerit nisi quis dicat ex humanitate differendam:quasi interim aliquid fieri possit quod eu liberet.ff.de adul.l.denuntiasse.§.fi.xj.q.iij.cum apud.secundu Io.de fan.⁊ Arch.¶ Secunda qo est posito q vnus sit condenatus de duobus criminibus quoru vtriusq pena est decapitationis:⁊ appellat a minori vtrum sit decapitandus secundum hanc legem rndetur.q huiusmodi lex non loquit de huiusmodi criminibus sed de illis que puniuntur citra mortem sicut ad exilium ⁊ huiusmodi.

Casus. Diuisio. Exponit literam. 1 Questio. Rndet. Questio. Rndet.

Forma.

§.est in quo quia superius dixerat: quod in libello est appellandu:⁊ q dimissorie litere instanter sunt petende:ostenditur nunc horum forma.Et diuiditur in quinq partes.in prima ponit formam apostolorum.in secunda formam appellationis ante sententiam.in tertia formam appellationis post sententiam.in quarta formam appellationis plurium.in quinta dicit appellationes fiedas in scriptis.secuda ibi:forma vero.tertia ibi:si vero.quarta ibi.si autem.quinta ibi:huius.Lege.¶ De forma apostolorum loquens ait.[Ego ⁊c.ab obseruatione iudicij dimitto.] Hoc addit gratianus ex se.cetera a legibus habuit.Hugu. [forma] secunda pars.hanc formam potius habuit ex consuetudine: q ex authoritate.Hu.[sentiens me grauari] supple ex tali causa als non valet.extra.de appe.vt debitus.⁊.c.cordi.e.ti.li.vj.[romanam sedem appello.] sic.lxxx.di.c.j.vbi de hoc et s.eod.c.iiij.⁊.v.[Si vero] tertia pars.[anno incarnationis mil.cv.] hic potest colligi quantum tempus efluxit ex quo liber iste conditus est.Sed credo dicit Hu.literam esse falsam cum non videatur tantum temporis efluxisse:q liber iste fuerit compositus.fuit enim compositus docente Iacobo Bon. in legibus:vel Alexandro in theologia.qui postea fuit Alexander tertius.Et hoc fuit anno millesimo.cl.vt ex chronicis pz vt etiam dicit glo.hic.[Et si autem duo] quarta pars. [in scriptis] quinta pars.si appellatio iudici,a quo quis appellat in scriptis porrigitur non potest ex eo q non fuit lecta coram eo rationabiliter impugnari.vt extra.de appella.c.appello.libro.vj.Arcbid.de istis formis vide plenius in summa Host.eo.titu.

Diuisio. Exponit literam.

Ad iudicium.

§.est in quo dicit.q catholic⁹ no dz appellare ad fidelitate alteri⁹ fidei siue infidele.Et hoc subiungit ideo,q2.s.e.§.anterioru.§.j.⁊ vltimo.dictu est q iudex ad quem debet esse alterius gradus ne per hoc crederetur q possit appellari ad iudice alterius fidei,dicit.q diuersitas gradus est attendenda in iurisdictione non in fidei diuersitate.q2 semper iudex ad quem debet esse maioris authoritatis,quam iudex a quo,non tamen alterius fidei. ⁊c.

1 ☞ Christiano an liceat appellare ad iudicem infidelem.

Catholicus.

Ad probandu qd dixerat in.§.pcedenti inducit hoc c.ex carthagineñ.concilio.iiij.sumptum in quo statuitur:vt excoicetur catholic⁹: qui ad alteri⁹ fidei iudice puocat siue appellat.Breue est.¶ [Catholic⁹.] Pro
1 pleniori intelligentia queritur.† Utrum liceat Christiano appellare ad iudice infidele.Et videtur q sic exeplo Pauli qui vt hr Actuu.xxv.ad cesare appellauit.¶ In oppositu vr litera pns.¶ Rndeo dom:q aut catholic⁹ pot habere iudice: ad quem appellet catholicu aut no.Si pot hre tuc est conclo.q no est licitu appellare ad iudice infidele.ista coclusio pz primo ex presenti.c.ij.patet.j.ad cor.vj.vbi apls reprehendit fideles,q ad iudices infideles recurrebant cu poterant hre iudices fideles,dicens no est inter vos sapies quisq q possit iudicare super fratre suu.sed frater cu fratre contedit in iudicio ⁊ hoc apud infideles.quasi diceret.q vbi hr iudex fidelis ad illu est recurrendu.Tertio et pz coclusio q2 infidelib⁹ sunt interdicta officia publica.C.de iudeis.l.vlti.⁊.xvij.q.iiij.costituit.Si vero appellans non pot hre iudice catholicu:sicut in terris in quib⁹ infideles presunt prouincijs, sicut in Alexandria.vbi soldanus preest,vbi sunt multi Christiani,tuc est coclusio q licite tunc potest appellari ad iudice infidele.pz conclusio exeplo pauli,q appellauit ad cesare.Hu.vero dt hoc intelligendu esse si xpianus infidele coueniat sub iudice infideli, vel qn iudex a quo fidelis esset sub infideli.Et ita pz rnsio ad rones.[Excoicet].i.ad aliqd tps suspedat,⁊ separet a coione sacramentoru quousq desistat a tali appellatioe.Lz em talis appellatio de iure non teneat:sicut nec principalis ca teneret.ar.xj.q.j.inclyta.tamen.sicut de facto appellauit.ita ⁊ de facto vult prosequi appellationem,vel si velit desistere siue non,tamé in penam illius peccati q appellauit precipitur q excommunicetur.Hugu.

Exponit literam. Questio. Opponit ⁊ Rndet.

Notandum.

§.est,⁊ est.vj.pars huius qonis,in qua probat:q ab arbitris non est appelladu:⁊ licet de arbitris dicat in hoc.§.superficialiter tm inducit canones qui loquuntur in iudicibus ordinarijs electis a partibus ex causa excepto.c.seq.quod intelligitur in arbitro.secundum Io.de.Arch.

1 ☞ Appellari quod non possit ab arbitris an sit licite constitutum.
2 Arbitrium est actus trium personarum exequentium compromissum.
Et an ab eo possit appellari.nu.9.

Arbitri

3 Arbitri si sint plures quomodo sit proferenda sententia.
4 Sententia arbitri si sit iniqua aut iniusta an sit aliquod remedium.
5 Laudum continens peccatuz per partes irremissibile est ipso iure nullum.
6 Iniquitas laudi si est notoria competit parti exceptio doli.
7 Laudum quando est dolosum competit exceptio alteri parti.
8 Arbitramentum debet reduci ad arbitriuz boni viri si pars parata est probare lesionem.

A Iudicibus.

Ad probandu qd dixerat inducit.c. hoc: qd est cocilij mileuitani:cuius coclusio est q a iudicibus s.arbitris prouocari.i.appellari non dz.¶ Sz p pleniori intelligentia capli.Querit sic p modu disputationis
1 sequentis.Utru† licite sit costitutu q ab arbitris iudicibus appellari non possit.Et vr q no:qm maius est vinculu ordinarie potestatis:q proprie electionis.sed a iudicibus ordinarijs est licitu appellare:vt pz per tota ista qone.ergo et ⁊ multomagis ab arbitris.¶ In oppositu est tex.presentis capit.¶ Rndeo dom.q arbitri ad pns sunt i duplici dria.qda em sunt q copromissarij vocant.⁊ volutate adeunt:⁊ de qb⁹ hic fit metio:de qbus loquedo ponit talis coclo.q ronabilr fuit istitutu: vt a talib⁹ arbitris appellari regulariter no possit:nec est sile de alijs iudicibus ordinarijs.Et ro est iuxta S.Tho.in.ij.ij.q.lxix.ar.iij.q2 ex pprio defectu.vel negligentia pcedit q aliquis sua sponte se alteri⁹ iudicio subijciat de cuius iustitia non confidat.Leuis et animi esse videtur:vt homo non permaneat in eo qd semel approbauit:⁊ ideo ronabiliter denegat subsidium appellationibus a iudicib⁹ arbitrarijs,qui no habent potestate:nisi ex cosensu litigantiu.sed ptas iudicis ordinarij non dependet nisi ex consensu illius qui eius iudicio subdit.sed ex authoritate regis ⁊ principis qui eum instituit:⁊ ideo contra eius iniustum grauamen lex tribuit appellationis subsidium.ita q etiam si sit simul ordinari⁹ ⁊ arbitrarius iudex potest ab eo appellari.quia videtur ordinaria potestas occasio fuisse q arbiter eligeretur:nec debet ad defectum imputari eius,qui consentit sicut in arbitrum in eum que princeps iudicem ordinarium dedit.hec sanctus Thomas.Alij dicutur arbitri qui de necessitate iuris habent assumi de quibus in.c.ab arbitris.de offic.delega.libro.vj.⁊ de talib⁹ est coclusio.q a talibus bene appellat: vt in predicto.c.iudicibus.
2 a scilicet arbitris.hu.hic nota † q arbitriu [a] est actus triu personarum exequentium compromissum. Nam exequetur inquirendo veritatem actor vt obtineat.reus vt absoluat scdm Azo.Sed hoc idem vt arguit Host.est in iudicio : vnde non plene diffinitur hic.¶ Secundo diffinitur iuxta Innoce.sic arbitrium est causa in dicendo voluntarie posita : et recepta.vel tertio sic fm Hostien.Arbitrium est potestas data alicui et recepta ad pronuntiandum in lite prout arbitro visum fuerit aliqua certa pena illata:⁊ certis terminis limitata.arg.l.diem.§.stari.ff.de arbi.¶ Quarto iuxta gloss.sic diffinitur Arbitrium est tertius actus personarum super ciuili questio
3 ne in iudicio contendentium.¶ Sed hic surgit questio † multiplex.prima si plures arbitri sunt quo modo sit proferenda sententia.respondetur q cum ab vno arbitrorum vel iudicu alijs presentibus et mandantibus scripta sententia perinde habetur:ac si simul ab omnibus etiam recitata.oportet tame quod is qui recitat: non vtatur verbis singularis numeri: sed pluralis:vt dicat nos tales arbitri vel iudices pronuntiamus ⁊c.licet in arbitris super electione seruetur contrarium.Nam pronuntio per verba singularis numeri est facienda vt notat ipse Hostien.extra de elec.in genesi.facit ad hoc extra.de arbi.c.si ex tribus.lib.vj.in fi.Arch.Sed tu dic:vt in.c.cuz ab vno.de sen.⁊ re iudi.lib.vj.vbi text.de hoc.¶ Alia questio
4 surgit hic† vtrum sit aliquod remediu si sententia arbitri sit iniqua aut iniusta.Et vr q non qm vt hic dr a iudicibus arbitris non lz prouocari.¶ In oppositum est glos.in presenti c.vbi ponit:q per exceptione doli potest remediari.⁊ Inn.in c.ij.extra de arb.dt:q licet contra sententiam arbitri non sit remedium ordinarium:tamen potest implorari officium iudicis:si sit iniqua.respondeo dicendum sub certis conclusionibus.Prima est Archid.qui ita dicit hic.Si ergo peto arbitrium corrigi:⁊ postea peto arbitrium excommunicatum debet iudex pronuntiare compromissum ⁊ arbitrium nullum.et sic in curia inquit romana fuit pronuntiatum sepius de mandato domini pape.⁊ ita tenet ⁊ seruat curia Romana.Na illa verba arbitratu boni viri in seruum non cadunt.ff.de verbo.significa.l.illas.sed ⁊ bona.⁊ excommunicatus est seruus peccati.j.eodem questio.vij.§.quia ergo pro hoc facit expresse qd no.compo.extra de electio.in causis.in glo.vlti.ver.sed quid si vnus.⁊ ibi videas Archidiaco.¶ Secunda conclusio que est Hostien.est quod si euidenter liqueat quod dictum arbitri iniquitatem peccati contineat ordinarius ex officio hoc emendari faciet.extra de arbi.c.ij.⁊.c.exposita.⁊ capitu.iij.¶ Tertia conclusio.si euidéter apparet de lesione partis.⁊ per cosequés de peccato:non est standum legi.l.legi diuine.§.stari.ff.de arb.sed standum est canoni.Et hoc intellige quado.j.x.dies a parte conquerente fuerit contradictum:alioqui contra.eodem titulo capitulo per tuas.Et dicit tenendum pro constanti: vt ipse Hostien.notat extra de arbitr.capitu.ij.⁊ hoc etiam innuit glo vt infra sequitur Archidia.Dicit etiam hic Uince.credo ⁊ ita vult curia quod si arbitrium continet iniquitatez sit corrigendum.extra.de arbitr.exposita.⁊ hoc ipse notat de elect.causam que.Nam vbi liquet de iniquitate ipsius:corrigeda est:vel quia arbiter per sordes vel per exceptioné doli mali vel de eo quod non spectabat ad eum: vel excessit arbitratus est.vel si contra acta manifeste condemnauit me intolerabiliter.hoc ita notat in predicta decreta.exposita.Archidia.Concordare videtur Abbas:qui distinguens de laudo extra
5 de arbitr.capitu.primo ponit certas conclusiones.† Prima quod si laudum continet peccatum per partes irremissibile tunc est ipso iure nullum: siue pronuntians fuerit arbiter siue arbitrator pro hac conclusione videtur facere illud primum.c.de arbi.secundum expositionem glo.in eo quod exponit absoluas id est,absolutum ostendas.ad idem capi.fina.de re.permu.⁊ hoc casu no est opus vt fiat reductio ad arbitriu boni viri:q2 quando ad arbitramentum est nullum potest iudex simpliciter pronuntiare nullum:vt est text.in dicto.c.fin.⁊ in capitu.examinata.de confir.vti.nulla enim lex nec aliqs superior potest sustinere cum peccato.vt in ca.fin.de prescrip.et xj.qo.iij.qui resistit.⁊ in.c.Iulianus.⁊.xl.dist.c.j.⁊ in hoc casu indubie non habet locum.§.stari.nec hoc casu procedit restrictio Hostien.dicentis.vt infra decem dies reclametur.quia potest reclamari quandocunque sicut sententia iudicis non transit in rem iudicatam ratione peccati imminentis:vt in.c.lator.⁊ quod ibi notatur.de re iudi.⁊ bona gloss.in capi.inter monasterium.eod.titul.¶ Aut laudum continet remissibile per partes quia solum tangit preiudicium bursale:siue pe
6 cuniarum: † ⁊ tunc si iniquitas laudi est notoria est secunda conclusio eius q non solum ex officio iudicis potest retractari:sed etiam contra executionem competit parti exceptio doli. patet conclusio.quia omnis iniquitas notoria habet dolum presumptum.vt in.c.j.⁊ quod ibi nota.de presum.
7 et in cap.creditor.§.lucius.ff.manda.† sed vbi laudum est dolosum competit exceptio alteri parti.vt in.l.iij.et in.l.non distinguemus.§.cum quidam.ff.de arbitris.nec etiam in hoc casu est curandum vt dicit de lapsu decem dierum respectu exceptionis quia exceptio doli semper potest opponi aut laudum non continet euidentem iniquitatem : et tunc debet distingui inter arbitrium et arbitramentum . Si est arbitra
b mentum [b] est conclusio.† quod tale arbitramentum debet re
8 duci ad arbitrium boni viri,ex quo pars est parata probare lesionem.vt in ca.veniens.extra de iureiuran.⁊ in dicto.c.per
9 tuas.⁊ ibi nota.Si vero sit arbitrium tunc est conclusio † qd non est remedium: sed opus est patientia.vt in dicto.§.stari.Et ratio est quia ex quo non constat de euidente iniquitate non presumitur dolus: ⁊ sic nullum remedium competit.imputet enim sibi qui omisso iudice voluit adire arbitrum.⁊ tantum de hac questione.[consensus] in causa ciuili. Secus in causa criminali vbi sufficit consensus rei.vt.xj.questio.capitulo iudices.gloss. Et sic patet responsio ad contraria capitula.

Questio. Primu ar. Opponit ⁊ Rndet.

a ¶ Arbitrium.Nota q arbitriu dr circa substatia styl⁹ circa ordinez. Bar.in.l.j.ver.querit hic gl.C.de sacrosan.eccle.Azo. Hostien. Innocen. Questio. Rndet.

Questio. Opponit. Respodet. Prima coclusio. Archid.

Compostellanus. Scda conclusio. Hostien. Tertia conclusio. Arcbid. Abbas. Prima coclusio. Secunda conclusio.

b ¶ Si est arbitrametu. Adde q arbitrametu non emologatur cursu dece dieru sicut snia arbitri pet.de anch.i.c.qntauallis.nu.12.de iureiuran.

2 ☞ Authoritas iudicum ordinariorum in potestate seculari accipitur ex lege diuina.
Et in potestate spirituali.nu.3.
Et etiam authoritas iudicum arbitrorum.nu.6.
Et etiam delegatorum.nu.7.
4 Differentia ordinarie potestatis in nouo testamento accipit ex sacra scriptura.
5 Gradus secularis potestatis accipitur ex sacra scriptura.
9 Ordinarius vtroq iure pot in se recipere compromissum du modo partes in eum sponte compromittant.
10 Compromitti non potest in iudicem ordinarium tanquam in arbitrum:bene tanquam in arbitratorem.
11 Delegatus an possit esse arbiter.

Quod de arbitris.

§.est in quo magister Gratian⁹ determinat

Diuisio. inquo casu intelligatur.c.precedens.Et diuiditur in quatuor partes.In prima facit quod dictum est.In secūda distinguit iudices ordinarios ab arbitris. In tertia distinguit puros arbitros a mistis.In quarta circa mistos ponit opinionē suā secunda ibi:iudiciū.tertia ibi:alij.quarta ibi:ab his.Pro pleniori intelligentia huius.c.queruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum ista differentia iudicum scilicet ordinariorum arbitrorum ꝛ delegatorū ex lege diuina sumat authoritatem.

8 ¶ Secundū est vtrū iudex ordinarius possit esse arbiter illorum quorum est iudex ordinarius.

Rn̄det. 1 *Prima cōclusio.* **Ad primum** respondeꝛ sub certis conclusionib⁹ Prima cōclusio† authoritas iudicum ordinariorū in ptāte seculari accipiꝛ ex sacra scriptura siue lege diuina.pꝫ ista conclusio.accipiꝛ enī ex illo Exod.xvij. vbi dꝛ.ꝙ Moyses electis viris strenuis decūcto Israel constituit eos principes ppl'i tribunos,ꝛ cēturiones:in quinquagenarios ꝛ decanos:q iudicarēt populū dei.¶ Scđa cōcl'o *Scđa ꝯclusio* 3 † authoritas iudicū ordinariorū in ptāte spūali accipitur ex sacra scriptura.pꝫ ꝯcl'o.qm̄ ex illo nuū.3.vbi ponitur gradus summi sacerdotis Aarō ꝛ minorū sacerdotū subministrātiū Aarō.vn̄ dꝛ functiꝙ sunt sacerdotio Eleazar ꝛ Ithamar coram Aaron.itē subministratio leuitarū ꝑm grad⁹ differētes. vn̄ ibi dꝛ dabis leuitas Aaron:ꝛ filijs ei⁹: qb⁹ traditi sunt a filijs Israel in ministerio.Et iterum ibi dꝛ quō filij Gerson erāt sunt principe Heliasaph.filr filij Raaphat erāt sub pncipe Heliasaph.ꝛ principes principum leuitarū Eleazar filius Aaron sacerdotis.¶ *Tertia conclusio.* 4 Tertia ꝯcl'o.† dn̄ia ēt ordinarie potestatis ī nouo testō accipiꝛ ex sacra scriptura.pꝫ cōcl'o.Et primo q̄tū ad distinctionē ptātis sacerdotalis.Nā sicut dꝛ i.c.in nouo.di.xxj.ꝛ hꝛ in gl.Luce.x.Et dt Hug.de sancto victore. *Hu.de sancto victore.* pſbyteri vicarij sunt.lxxij.discipulorum q precedebāt dn̄m in oēm ciuitatē ꝛ locū quo erat vētur⁹ ipse sicut dꝛ Luce.vij.epi successores apostolorū q eliguntꝛ a Deo.Luc.vij.ꝛ Matth.x. Summus pōtifex successor Petri cui cōmittiꝛ plenitudo potestatis in clauib⁹.Matt.xvj.tu es Petrus ꝛc.Et tibi dabo claues ꝛc.ꝛ vl'is cura regiminis.Joā.vl.si diligis me Simon Petre pasce oues meas.sub ptāte vero pſbyterorū est ptās siue ordo diaconorū:q in archidiaconib⁹ hn̄t iudiciariā ptātē qđ sumptū est.j.ad Ti.iiij.vbi post descriptionē epi dt diacones si bn̄ ministrauerint gradū bonū sibi acquirēt.¶ *Quarta cōclusio.* 5 Quarta cōclusio†grad⁹ secularis ptātis accipiꝛ ēt ex sacra scriptura.pꝫ cōcl'o.Ait enī Petr⁹ prima ep'la sua subditi estote omni humane creature ꝛc.siue regi tanꝙ ꝑexcellēti:siue ducibus tanꝙ ab eo missis.ꝛ ad Ro.xiij.dꝛ.Ois aīa ptātib⁹ sublimiorib⁹ subdita sit.Et ita pꝫ ꝙ ex nouo ꝛ veteri testō accipiꝛ authoritas iudicū ordinariorū : siue secularium siue spiritualiū. *Quinta cōclusio.* 6 ¶ Quinta cōcl'o†authoritas ēt iudicū arbitrorū qui cōi consensu litigantiū in iudices eliguntꝛ accipiꝛ ex sacra scriptura. vn̄ Exo.xxj.vbi lex dt de illo:q percutit mulierē pregnātē:q facit abortiuū sꝫ ipsa viuit : ꝙ si pt⁹ nondū viuificat⁹ fuerit i vtero subiacebit dāno q̄tū marit⁹ petierit ꝛ arbitri iudicauerint.¶ *Sexta conclusio.* 7 Sexta cōcl'o † authoritas iudicū delegatorū ēt colligiꝛ ex sacra scriptura.pꝫ cōcl'o.hꝛ enī Exo.xxiiij.ꝙ ascendēs Moyses in montē senioribus ait.habetis Aaron ꝛ hur vobiscum.Si quid natum fuerit questionis referetis ad eos.et ex abdia propheta.vbi diciꝛ auditū audiuimus a dn̄o legatū ad gentes misit.

8 *Primū ar.* **Ad secundum** sic procediꝛ.† Et vꝛ ꝙ iudex ordinari⁹ siue ēt delegat⁹ nō possit esse arbiter eorū quorū est ordinarius in causa:in qua habet iurisdictionem ordinariam primo ex.§.tria.ver.cognitores.iij.q.vij.vbi in fine ita dicitur.si qs vero iudex sit arbitriū suscipere eiusdē rei:de q̄ iudex ꝛ in se cōpromittere iubere phibeꝛ. *Opponit ꝛ Rn̄det.* ¶ In oppositū est gl.hic.¶ Rn̄deo dōm ꝙ i hac 9 materia triplex occurrit opinio. *Prima opi.* Prima est:† vt ordinarius vtroꝗ iure tā ciuili q̄ canonico possit in se recipere compromissum dūmō ptes in eū sponte cōpromittāt.Et hāc opinionē sequiꝛ hic Jo.in gl.dicens *Joannes.* ꝑm canones.credo ꝙ ordinari⁹ ꝛ delegat⁹ pōt esse arbiter.de ordinario pꝫ extra.e.cū tpe.ꝛ extra de elect.cām.de delegato ptꝫ extra de presum.c. literas.et c.vlt.ꝛ extra de preb.nisi idem Jo.super.§.tria.j.iij.q.vij.vbi narrata opinione contraria sic ait.Ego credo ꝙ ordinarius nō possit esse arbiter.Nunꝙ enim precise inuenies ꝙ ordinarius possit esse arbiter.sed vbiꝗ dꝛ.ꝙ non pōt cogere ptes vt in se cōpromittāt.vn̄ licite in eū cōpromittiꝛ volētib⁹ ptibus. vt.ff.de tut.ꝛ cur.l.iiij.§.ptor.in fi.hec Jo.hanc opi.sequitur *Goffredus Vincen. S.Thom.* Goff.vincē.Ber.in gl.in pdicto.c.cū tpe.Phi.ꝛ Jo.Andr.ꝛ q̄si opi.canonistarū vꝛ esse opinio S.Tho.ij.ij.q.lxix.art.iij. in rn̄sione ad scđm.¶ *Scđa opi.* Scđa opi.est vt de iure ciuili nō posset esse ordinari⁹ arbiter.licet bene de iure canonico.Ista opinio est Inn.qui in.c.ex parte.extra.de arb.super ver.debuisti cognoscere.dt ar.ꝙ ordinari⁹ pōt esse arbiter.vt.s̄.eod.cū tpe.ꝛ hoc ꝑm canones.ꝑm leges aūt secus.ff.de arb.l.sed si seruum. *Innocen.*

10 ¶ *Tertia opi.* Tertia opinio est : † ꝙ in ordinariū iudicē nō pōt cōpromitti tanꝙ in arbitrū.nec iure ciuili nec canonico:sed bn̄ tanquā in arbitratorē.Et istam opinionē sequnt⁹ est hic Hug.q sic ait super ver.sue ditioni.Hoc ideo dꝛ:qꝛ iudex ordinarius aliquorū nō pōt esse arbiter eorū:nec ipsi pn̄t cōpromittere in eū:ꝛ si sponte vel coacti cōpromittunt non tꝫ cōpromissum:ꝛ si daꝛ sn̄ia non tꝫ nec dāda est pene prosecutio.vt.iij.qō.vij.§. cognitores.l.si qs iudex sit.sꝫ amicabiliter bn̄ pōt iudex ordinarius cōponere inter eos in cā in qua est iudex:si volūt ꝛ cōsentiunt.Et dt ꝙ iura videnꝛ velle posse in iudicē cōpromitti loquunꝛ non in arbitro:sꝫ in arbitratore.Lauren.sequnt⁹ est *Laurētius* hāc opi.ꝛ etiam Host.extra de arb.cū tpe.hec opinio quantū ad illam partem in qua dicit: ꝙ iudex ordinarius possit esse arbitrator ꝛ in eum vt in talem possit compromitti verissima est:ꝛ cōiter teneꝛ:ꝛ videtur probari de iure ciuili in auꝛ.si vero contingit.C.de iudi.de iure canonico non est dubium:vt in c.causam.de elec.Hoc etiam est verum in delegato:vt probatur in capitu.nisi.de preben.Quantum vero ad aliam partē: in qua dicit quod non possit ordinarius esse arbiter non tenetur.imo quod de iure canonico possit esse quasi omnes canoniste tenent:quam etiam Archidia. tenere videtur super *Archidia.* ver.suppositi.qui ibi supplet maxime:hanc etiam opinio.se- *Abbas.* quitur Abbas in predicto.c.ex parte.et in cap.cum tempore. *Ad argu.* Et ad istam nos inclinamur.¶ Ad rationem in oppositum respondetur.ꝙ per illam legem non prohibetur nisi ꝙ iudex ordinarius non compellat partes in eum compromittere nō ante quoniam si partes vellent possunt in eum compromittere.Et hec de ista questione.Lege textum.¶ *Exponit literam.* [Qđ de arbitris iudicum]secunda pars.[ab apostolico] vel ab alio quia episcopus potestatē habet a metropolitano:ꝛ metropolitanus a primate.Hugu.[arbitrarij.Nullam potestatem] saltem super eos qui in se compromittunt.Hug.[horum]tertia pars 11 [ordinarij]secundum canones dicit glo.† credo quod delegatus ꝛ ordinarius possit esse arbiter.vt supra inductū est.[Ditioni].i.iurisdictioni.Hu.[suppositi] subaudi maxime.vt expresse colligitur.extra.de arb.c.ex parte.ꝛ in.c.a nobis Arch. [valebit]dicit gl.ꝙ hoc falsum est.Et idem sentit Hu.ꝛ lau. qꝛ a compromisso non potest appellari siue alias sit iudex siue non.ꝛ sic sanctus Tho.videtur dicere contrarium vbi.s̄.circa.c.a iudicibus.

Sane. Inducit magister hoc.c.ad probationem eius qđ dixerat ꝛ est sumptum ex concilio tertio carthaginensi:vbi est conclusio.ꝙ a iudicibus qui eliguntur cōi consensu appellari non licet.Breue est.Lege.¶ [Sane]istud.c.varie exponitur *Exponit literam.* iuxta triplicem intellectū siue casum qui assignatur de eo.primus est papa volēs delegare causam aliquorū proposuit eis: vt ipsi eligerent sub quibus velint esse ipsi eligunt tres papa committit illis causam duo ex istis pronuntiant:est cōclusio quod ab istis licet eligantur consensu partium potest appellari non quia sint arbitri:sed qꝛ delegati:vt.j.e.§.iudicib⁹. Et hunc casum tangit Hug.Et hunc intellectum sequiꝛ Jo.de.dicit enim.ꝙ hoc.c.loquitur siue intelligatur de iudicibus electis:a quib⁹ appellatur.Et idem dicunt secundum eū duo.c.seq.Et tunc dic numero:qꝛ tres erant:ꝛ duo tulerunt sn̄iāꝫ.ꝛ ita tꝫ.ff.de re iudi.duo ex tribus.Arch.hoc intellige si terti⁹ erat presens.licet contradixerit.secus si absens.vt in.d.l.duo ex tribus qꝛ altero absente sententia lata non valebit:q̄uis si presens esset ꝛ contradiceret valet sententia lata a maiori pte. Et est ratio.quia sententia absentis sententiam presentiū potuit trahere ad se.vt etiam dicit Hos.Et sufficit si vnus alijs presentibus et mandantibus pronuntiet.extra.de re iudi.cuꝫ ab vno.de quo dic vt ibi.Sed caueat pronuntians dicit Hostien.quod non singulariter dicat.Ego talis.sed in plurali pro- *Hostien.* nuntiet dicens.Nos tales.ꝛ sic.ff.eodem,item si vnus.§.finali. Alius intellectus est.Septem episcopi debent esse in causa presbyteri:illum condemnant:ille condemnatus infra decem dies vult appellare:non potest omnes simul vel maiorem vel mediam partem illorum inuenire dicitur hic.quod potest appellare minore parte.scilicet quia a tribus:vel duobus:vel ab vno eorum.ꝛ tunc dic a paucioribus quam sint absentes.hug. Tertius casus aut intellectus.septem episcopi tractauerunt causam epi:quinꝗ condēnarunt eum:ꝛ duo absoluerunt bene potest appellari ab illis.v.licet minor si numerus quam fuerit constitutum ad diffiniendum.et tunc a pauciori numero quam

q̄ fuerit constitutū:qꝛ septē erāt constituti[appellari]subaudi maxime cū appellatio sit tempore peritura:non debet expectare coniudicem.ar.ff.de admini.tuto.tutor qui.§.j.ꝑm Lau. Archi.Hodie habes ꝙ si sunt plures iudices:a quib⁹ sit appellandum nō est necesse ꝙ coram omnibus simul appelletur maxime si omniū copia simul haberi non possit.extra de app. in cle.j.tn̄ forte fuit mens gl.ꝙ si sunt tres delegati tn̄ clausula appellatione remota eo ipso ꝙ duo procedunt sine ipso tertio:ꝛ intellige vbi non est clausula.si nō omnes potest ab illis appellari.Jo.de fan.

1 ☞ Episcopus an conuenienter deleget causam episcopo.

qb⁹ ab oibus debeť obediētia ⁊ reuerētia,⁊ q̄ ad eorū accusa/
Diuisio. Exponit literam.
tionē laici admitti nō debent:scōm q̄ duo pōt diuidi hoc.c.in
duas partes.scōa ibi:nec vulgus,Lege text.[Sacerdotes
q pprio ore]pbat primo ex sublimitate dignitatis sacerdota
lis:q̄ laici nō debeāt ei3 detrahere,nec accusare:s3 reuerentiā
exhibere.qm̄ pprio ore ɔficiunt sacramentū corporis xp̄i.Sa
cerdotes eñ verba ɔsecrationis sup panē triticeū ⁊ vinū vitis
dicēdo,hoc est corpus meū:⁊ hic est calix sanguinis mei ⁊c.ore
suo exprimēdo verū corpus xp̄i ⁊ sanguinē p̄ficiūt. quib⁹ dñs
ait,hec quotiescūq̄ feceritis in mei cōmemorationem facietis
1 Mat.xxvj.†Magna pfecto est hec sacerdotalis dignitas:q̄
etiā angelis data nō est:nec ceteris hoīb⁹ quātācūq̄ p̄fulgeāt
dignitate cōicatā.vñ rōne huius magnus honor ⁊ reuerentia
debeť sacerdotib⁹.vnde sequiť.[ab oībus sunt obediēdi]passi
ue.i.quib⁹ ab hoībus est exhibēda obediētia.Hu.Sunt enim
patres alioꝝ.Et iō puerbiorū.j.dr audi disciplinam p̄ris tui.
q2 vero habent claues:quib⁹ ligandi ⁊ soluēdi habēt potesta/
tē:sunt merito timēdi,nō dilacerandi ⁊ detrahendi.Exo.xxij.
dijs.i.sacerdotib⁹.nō detrahes.[q2]assignat rationem huius:
videlicet q2 sacerdotes sunt ministri salutis nr̄e per doctrinā
⁊ per dispensationē sacramentoꝝ.Et hoc est quod dicit bene/
dixi.⁊c.[arguere]imperiose:vel vt infament eos.Hugu.[nec
vulgus]scōa pars.[vulgus].i.populares laici in eorum accu
satione[debet suscipi populus]assignat rōnem.[docendus]
ipsi enim habent docere populum:quibus deus ait.Mat.vl/
timo.Euntes docete omnes gentes ⁊c.[Corripiendus]corri/
pere etiam habēt sacerdotes populum quibus dicitur prima
ad Thessa.v.Corripite inquietos discipulos.hoc saluator di/
cit Mat.x.⁊ Luce.vj.dei ergo ordinationē qui potestati resi/
stit inquit Apostolus.vel dei ordinationē accusat:quasi deus
Archidia.
non iuste ordinauerit sacerdotes in ecclesia.Hu.⁊ Arch.vt di
cunt multi heretici vt paternij dicentes non debere esse in ec/
clesia ordinem sacerdotum.Hug.

Si qui patres. Hoc fm Hu.est totū cō
tinuū cum litera precedentis.c.⁊ est totum vnum.c.⁊ tunc est hic scōa pars
Bar.brix.
fm Bar.brixi.In quo ponunť due ɔclusiones.Prima q̄ nō
recipianť ad accusationē,nisi q idonei sunt.Scōa ɔclusio q̄ q
aduersus patres sacerdotes armanť accusando:vel ɔuiciādo
⁊ diffamādo,sunt infames.fm quas pōt diuidi hoc.c.in duas
Diuisio. Exponit literam.
ptes.scōa ibi,⁊ oēs.Lege.[Hi qui patres]patres sp̄ūales
sunt sacerdotes,q ex vtero baptismi ⁊ euāgelio generant:pa/
scunt verbo doctrine:⁊ educāt exemplis cōuersationis. vnde
fm Apl̄m.ij.ad Timo.iiij.Non increpandi.s3 obsecrandi vt
patres armanť verberādo.vel cōuiciando vel infamando,⁊ ca
lumniose accusando.vt.iij.q.v.omnes.

4 Suspitio ⁊ iudicium qualiter differant.
5 Iudicare firma sn̄ia aliqō graue malum ex suspitione siue ex
leuibus indicijs de aliquo est peccatum mortale.
7 Iudicium est multiplex.
8 Suspitio est triplex.

Oues. Ad idē sequitur hoc.c.q̄ est Pij pape.
Summa est q̄ subditi vel inferiores nō
debeāt reprehēdere vel accusare suos prelatos siue
superiores:maxime ex suspitione.Et potest diuidi
Diuisio.
in quatuor partes scōm quatuor rōnes: quas inducit ad hoc
scōm ibi:quia nō est discipulus.scōa ibi,epi enim a deo. tertia
ibi nemo.quarta ibi:quātominus in suspitione.Quia vero in
hoc.c.circa finem reprehenditur iudicium suspitionis pro ple
niori intelligentia huius queruntur tria.
1 Primum vtrum omnis suspitio sit reprobanda.
2 Secundum an ex suspitione liceat iudicare.
3 Tertiū est vtrū iudiciū ex suspitione sit mortale peccatum.
6 Quartū est vtrū ex aliqua suspitione pōt esse iudiciū rectū.

1 **Ad primum** Sic pceditur†⁊ videť q̄ nō oīs su/
spitio sit reprobanda sic. Suspitio
Primū ar.
vť esse in genere opinionis:⁊ pōt esse de malo: q̄ sit malum,⁊
de bono qō sit bonū.ergo pōt esse suspitio.qd bonū. ergo non
Opponit i cōtrarium.
reprobādū.In oppositū vť esse tex.p̄ntis.c.scōo glo.sup il/
lud p̄s.amputa opprobriū qō suspicatus sum.q̄ dicit magnū
vitiū humanitatis est suspitio,cum sit vitium reprobanda est.
Respōdet. Alexander de balis.
Rn̄deo dicendū iuxta Alexādrū de balis in scōo q̄ suspi/
tio pōt accipi dupliciter.vno modo cōiter put dr esse opinio
vel de malo:vel de bono.Et scōm hunc modum pōt esse suspi/
tio bonū in genere.⁊ sic est ɔclusio.q̄ nō oīs suspitio est repro/
banda:s3 mala ⁊ temeraria.Alio mō accipiť suspitio put ap/
propriať ad opinionē scōm q̄ opinio mala est de bono. qō sit
Tullius.
malū:⁊ ecōuerso.fm q̄ Tullius diffinit suspitionē esse opinio
nē mali.Et scōm hoc est ɔclusio.q̄ oīs suspitio est reprobāda
⁊ fm hoc dicit p̄dicta gl.sup p̄s.q̄ oīs suspitio est reprobanda
q̄ est vitiū humanitatis.Et dicitur malū prout dicitur super
illud.p̄s.de necessitatibus meis erue me.glo.infinite sunt ne/
cessitates:vt nescire cor alterius suspicari bonū de amico infi/
deli.Et hoc modo loquendo de suspitione intelligitur qō dici
tur in presenti.c.q̄ sit reprobanda.

2 **Ad secundum** †Responsum est.s̄.ij.q.j.c.j.vbi
sufficienter dictum est.

3 **Ad tertium** Sic pcediť.†⁊ vť q̄ iudicium suspi/
tionis sit pctm̄ veniale,⁊ nō mortale
Primū ar.
p id qō dr in p̄s.de necessitatib⁹ meis erue me.Necessitas aūt
nō est mortale pctm̄.ergo iudiciū suspitiōis nō est mortale pec
Opponit i cōtrarium.
catū,⁊ est pctm̄.ergo veniale.In oppositū vť esse Aug.qui
ait sup illud apl̄i.j.ad Corin.iiij.añ tp̄s nolite iudicare.Si su/
spitiones vitare nō possumus:iudicia tamē vitare debemus.
ergo iudicium suspitionis est peccatum mortale.Itē glo.sup
illud.j.ad Corin.iiij.ante tp̄s.⁊c.dicit phibet nobis apostolus
Respōdet.
iudicia.q2 occulta sunt corda hominū.Rn̄sio.l3 ad hāc que
stionē satis patet quid dicendum sit ex dictis superius in p̄di/
cto.c.j.ij.qō.j.vbi iuxta sn̄iam scti Thome plene rn̄sum est ni/
Alexander de balis.
hilominus aliqd dicā nūc iuxta sn̄iam magistri Alexandri de
4 balis in scōo q satis ɔcordat cū sctō Tho.†dicimus ergo qō
differūt suspitio ⁊ iudicium scōm q̄ iudicium proprie dicitur
Hierony.
prout dicit beatus Hieronymus de dubijs non diffinias,sed
suspensam tene sententiam.Et hec est ɔclusio.q̄ suspicari vel
dubitari ex quadam pronitate:vel leuitate malum de bono est
peccatum veniale.quia ex glo.prehabita sup illud p̄s.de neces
sitatib⁹ meis erue me.q2 talis suspitio pertinet ad tentationē
humanā.sine qua vita ista nō ducitur:vt dicitur super illud.j.
ad Corin.iiij.Nolite ante tēpus iudicare.Cōcordare videtur.
Cācellari⁹ parisiensis
Cancellarius parisiensis in summa sua theologie dicēs.suspi
tio.vt sc3 nō includit aliquā assertionē non est aliquod pecca/
tum.vnde dicit idem dicendum est de suspitione,quod dicitur
de primis motib⁹ q2 suspitiōes sunt qdam mot⁹ primi ipsius
intellectus.Et ad illud Aug.q̄ suspitio sit maximū vitiū hu/
manitatis.Rn̄dit q̄ vitium appellat ibi eam:q2 de suspitiōe
qn̄q̄ venitur ad iudiciū temerariū:sicut de motu carnis qn̄q̄
venitur

venit ad fornicationem.vñ dr vitiū nō q̄ sit pctm̄:s3 q2 vitiat.
Et est via q̄dā ad vitiū siue pctm̄.Et dr maximū q̄tū ad vni/
Scōa conclusio.
5 uersitatē multoꝝ ⁊ nō q̄tū ad intētionē.Scōa ɔclusio†q̄ iu
dicare firma sn̄ia aliqō graue malum ex suspitione siue ex leui
bus indicijs de aliquo est pctm̄ mortale.pt3 cōclusio ex dictis
gl.j.ad Cor.iiij.sic itaq̄ suspitio:cū nō progrediť in sn̄iam fir/
mā ⁊ diffinitiuā veniale pctm̄ pt eē.Cū aūt pgrediť ē mortale.
Cū eñ hō moneť ex ɔiectura ad opinādū ⁊ nō extēdiť plus q̄
ɔiectura exigit,tūc ē humana tētatio.cū aūt min⁹ amat suam
sn̄iam:⁊ pl⁹ forte sibi ex malitia libidinose voluntatis diaboli
ca vť tentatio inqt ipe Alexā.de bal.Et ita p3 rn̄sio ad oīa.

Primū ar.
6 **Ad quartū** Sic pcediť.†Et vť q̄ ex nulla suspi/
tiōe possit pcedere iudiciū rectū fm
q̄ vniuersal'r oē iudiciū ex suspitiōe pcedens nō sit rectū dicit
enim Aug.in gl.sup illud.j.ad Corin.iiij.nolite añ tp̄s iudica
re.suspitiōes vitare non possum⁹:q2 hoīes sumus.iudicia aūt
vitare debemus.ergo videť ex hoc q̄ oē iudiciū ex suspitiōe
Opponit i cōtrarium.
nō sit rectū.Sed in oppositū arguiť sic.pōt enim aliqs ha/
bere vehementē suspitionem cū plura sunt signa mali:⁊ scōm
hoc iudicare.sicut videbať facere Apl̄s.Actuū.xxiij.cū dixit
principi sacerdotū pcutiat te deus paries dealbate.Et Mat.
iij.dicit Ioā.genimina viperarū ⁊c.Sed tale iudiciū vť fuisse
rectū.ergo ex suspitiōe iudiciū pcedens pōt dici rectū.Rn̄
Rn̄det. Alexander de balis.
7 sio iuxta Alexādrū de balis†q̄ multiplex est iudiciū. Est eñ
iudiciū quoddā eoꝝ que occulta sunt in opere.Et illorum que
sunt in opere quorūdam pōt esse pbatio ⁊ quorūdā non. qua
distinctione habita sit ista prima cōclusio.Occultorū cordis ⁊
occultoꝝ similiter opis nō est iudiciū faciendū p suspitiones:
vt homo solis suspitionib⁹ innitať.Et ita iudiciū ex talibus su
spitionib⁹ procedens non pōt dici rectū.vbi vero est opus qō
8 per signa probari pōt distinguendum est.†Est enim suspitio
triplex:sc3 quedā temeraria:sc3 quādo multa sunt signa boni
⁊ pauca mali.tunc est cōclusio.q̄ iudicare.i.cōdēnare ex tali su
spitione est peccatum mortale si fiat cū deliberatione,⁊ per cō
sequēs tale iudicium non potest dici rectum.Alia est suspitio
probabilis que est qñ multa sunt signa mali ⁊ pauca boni,⁊ de
tali est ɔclusio:q̄ ex tali iudicare peccatum est:sed non ita gra
ue:s3 veniale:dum stat in suspitione.Si vero veniat ad asser/
tionē firmā cū pertinacia presumiť esse mortale,⁊ ita nō rectū.
tertia est presumptio violēta cū oīa signa mali apparent nul/
la boni.tūc est conclusio q̄ ex talij suspitiōe iudicare nō est pec/
catū.Et ita apparet ex qua suspitione pōt pcedere rectū iudi
ciū.⁊ ex qua non.His habitis dicēdū est ad rōnes in oppo/
Ad argumenta. Alexander de balis.
situm.Ad ambas simul rn̄detur iuxta eundē magistrum Ale
xādrū de balis q̄ illud iudiciū q̄ fuit apostoli,vel bti Ioānis
ex inspiratiōe diuina credendū est esse:vel fuit verbū cautele:⁊
nō assertionis.quasi diceret si talis es:percutiet te deus ⁊c.Et
similiter intelligēdū est de predicatorib⁹ quorum est dicere in
vniuersali ⁊ non in particulari ne determinata persona scan/
dalizetur vel occasione illius scandalizentur alij.Lege textū.
Exponit literam.
[Oues.]Oues sunt subditi ⁊ inferiores.sic eñ Dauid ait
scōi Regum.xxiiij.Isti oues sunt:pastores vero sunt sacerdo
tes:qui ouili dñi presunt.de quib⁹ Hieremie.iij.Dabo vobis
pastores iuxta cor meum,⁊ pascent vos scientia ⁊ doctrina.⁊
Hiere.xxiij.In cunctis ciuitatibus tabernaculū pastorum:q2
in qualibet ciuitate est sedes ep̄alis:⁊ ecclia cathedralis.s̄.di.
lxxx.c.epi.⁊.xciij.dist.legimus.⁊ di.xcvj.qs dubitet.oues ergo
pastores audiant obediēdo:non insurgant detrahēdo popu/
lus siue plebs ep̄m suum nō reprehendat:sc3 imperiose vel ac/
cuset non cōuinciando arguat:quem estimare d3 suū doctorē.
quia.j.ad Timo.iij.Oportet ep̄m doctorē esse nec d3 a popu/
lo doceri.quia Mat.x.⁊ Luce.vj.Nō est discipulus supra ma
gistrū[Epi.]Sic ɔstantinus in synodo nicena epis dixit.vos
a nobis non estis iudicādi:q a vobis debemus iudicari.Uos
autem qui dñi estis debetis a deo iudicari, ⁊ sic eos ad pacem
reduxit:⁊ libellos famosos sibi porrectos a se non lectos: sed
visos cōcludit.vt refert Eusebi⁹ libro sue historie.c.j.[iudicā/
dis a deo].i.ab ecclesia.vt.xj.q.j.§.item cōstantinus.ij.q.vij.ac/
Arcbid.
cusatio.Hu.⁊ Archi.[Oculos elegit]q2 per eos contemplať
⁊ speculatur ⁊ supintendit custodie gregis sui.vñ ppheta Za
charias.Qui vos tangit,tangit pupillā oculi mei.Zach.ij.⁊
ij.q.vij.accusatio.⁊.viij.q.j.qui vos.Hu.⁊ Archi.vel sic epi di
cuntur oculi dñi:quia sicut per oculos dirigiť pes:vt nō offen
dat ⁊ totum corpus ne ruat:sic dñs elegit apostolos. Mat.x.
⁊ Luce.x.aut eorum successores episcopos:vt per eos tanq̄ p
videntes oculos[pedes].i.subditos ⁊ totum corpus ecclesia/
sticum dirigat:⁊ ducat per vias rectas,⁊ semitas iustitie,ne si
cecus cecum ducat:ambo in foueā cadant.Mat.xv.⁊ Luc.vj.
Ambro.
vnde Ambro.in pastorali sic ait.Oculorum in corpore officiū
in ecclesia voluntarius appetisti:vt reliquū per te corpus du/
catum lucis haberet:⁊ nūc quadam lippitudine ⁊ caligine vi/
tiorum obtenebratus: nec teipsum luci idoneū prebes:⁊ alijs
adimis lucem.si oculus tuus simplex fuerit,totum tuum cor/
pus lucidum erit ⁊c.Ex hoc vero q̄ dominus dicitur elegisse
episcopos oculos suos:clarissime elicit qō sequitur: videlicet
q̄ epi nō sunt accusandi aut rep̄hendendi a subditis.i.laicis.
Laici eñ dicunť subditi s3 clerici dicunť fratres:⁊ socij epoꝝ.
vt.viij.q.j.vt qd.⁊.x.q.iij.cauēdum.Hu.[aut praue vite homi
nib⁹]siue clericis:siue laicis[nemo faciens bonū].i.nemo bo/
nus nocere vult.Et hoc q2 vt dicit charitas nō agit perperā:
nec emulať.j.ad Corin.xiij.Nocere eñ alicui charitas nō pmit
tit:cū charitas patiēs sit:benigna:nec irritať:nec cogitat ma
lū:nō gaudet super iniqtate.cōgaudet veritati,⁊ oīa sustinet.
vbi.s̄.ergo charitas nō vult alicui nocumentum inferre.ergo
qui bonus est:non cogitat malum de aliquo:nec alicui nocere
Arcbid.
vult:de quo nullum malū d3 credi[quātominus]tertia.ratio
scōm Arch.[ille fidelis homo]sc3 qui fidem habet:⁊ est bon⁹
⁊ nō vult nocere alicui[d3 venire]in suspitione alicuius:sc3 q̄
aliquis suspiceť de eo,vt ipse dicat,aut faciat alicui ea:que ipe
nō vult pati ab alio:vel fieri siue dici sibi:q̄si diceret.Nō debet
qs suspicari vt talis noceat dicto vel facto.ius enim naturale
est vt nō faciat qs alteri:qō sibi non vult fieri.vt in prin.decre
ti.humanū genus.⁊ Thobie.iiij.Omnis suspitio temeraria ⁊
vana.Hug.⁊ Archi.De suspitione triplici tangiť hic in gl.⁊
nos de ea.s̄.ij.q.j.c.j.loquuti sumus:ibi vide.⁊ in qōne nūc di/
sputata fm theologos:satis dictum est.

1 Detractio an sit in remedium peccati:sc3 adulationis.

Ipsa autem. §.est.Q2 enim magister supra fece/
rat mentionē de detractione in illo
Continuatio.
c.sacerdotes.⁊ in.c.oues.ideo nūc subiūgit hūc.§.in quo osten
dit:q̄ l3 detractio mala sit:tamē de⁹ permittit detrahi bonis
⁊ iustis:sc3 vt non extollanť propter bonū qō habent:vel pro/
pter laudes alioꝝ:quasi diceret nō extollanť malo arrogantie
August.
sed remaneant in bono humilitatis.de⁹ enim vt dicit Aug.in
enchiridion.c.xj.summe bon⁹ ⁊ sapiens ⁊ iust⁹ mala fieri nō p/
mitteret,nisi inde eliceret bona.ipse qppe vitiū detractiōis in
bonos ⁊ sanctos pmittit vt probenť per patientiā coronenť:⁊
vt humana ifirmitas agnoscať.Pro pleniori intellectu hu
Questio. Primū ar.
1 ius queriť.†Utrū sit verū q̄ detractio sit in remediū peccati
sc3 adulationis.Et vť q̄ nō. Primo sic.detractio est sicut ve/
nenū.vnde Ecclesi.x.sup illud.si mordeat serpens in silētio.di/
cit gl.Sicut serpēs occulte mordens venenū infundit:sic q de
trahit.Sed venenum veneno non expelliť.ergo detractio non
Scōm arg.
est remediū peccati siue medicina morbi.Scōo sic.Sicut de
tractio opponiť adulationi:sic adulatio detractiōi.S3 adula/
tio nō est in remediū detractiōis.ergo nec detractio adulatio/
Opponit. Rn̄det. Alexander de balis.
nis.In opposi.est tex.p̄ntis capl̄i.Rn̄sio.dicendū iuxta
sn̄iam magistri Alexādri de bal.in scōo q̄ de detractione pos
sum⁹ loq dupliciter.vno modo ex parte detrahētis:vel ex par
te ei⁹ cui detrahiť.Cū ergo dr q̄ detractio sit i remediū adula
tionis:intelligiť respectu ei⁹ cui detrahiť.Cū enim iste aduer
tit sibi detrahi:cōuertit se ad considerationē sue infirmitatis:
si forte illud reprehēsibile est in eo:⁊ sic humiliať. vñ iā non est
venenū,s3 medicina.illi vero q audit detractionē si acquiescat
est venenū infusum a detrahēte.illi vero cui detrahiť nō dr es/
Ad primū arg. S.Thom.
se venenū,nisi ex ipso ɔbat nocumētū.Et sic p3 rō ad primam
rōnē in oppositū.vel dicendū iuxta sctm̄ Tho.in.ij.ij.q.lxxiij.
q̄ vtilitas q̄ est ex detractiōe puenit nō ex intētione detrahen
tis:s3 dei ordinatiōe:q ex quolibet malo elicit bonū.Et hec so
Ad scōm. Alexander de balis.
lutio est iuxta tex.p̄ntis litere.Ad scōam rōnē rn̄deť negā
do ɔn̄am.Et rō est iuxta prefatū Alexā.de bal.q̄ adulatio nō
permittit hominē videre suū imperfectū.detractio vero facit.
Et ideo adulatio nō dr esse i remediū quēadmodū detractio.
Exponit literam.
Lege.[Ipsa domestica].i.ppria ⁊ int⁹ innata.Hu. p̄sum/
ptio.i.p̄sumptuosa elatio domesticaꝝ psonaꝝ laudibus orta.
Hu.⁊ Arc.vel aliorum.s.non domesticorum.Hu.Arc.

1 Petrus quare tertio confitetur,⁊ tertio interrogatur de
dilectione dei.
2 Petrus negando Christum an peccauerit mortaliter.qō sic.
numero.3.
4 Surreptio accipitur dupliciter.

Imitare Petrū. Ad idē ppositū
iduciť ɔn̄s hoc.c.qō est beati Ambro.i quodā sermone.Sūma est i
Diuisio.
Ambro.Et diuidiť in duas partes.In prima istruit
ne aliqs de se nimis presumat. In scōa assignat rōnē q2 sepe

tales iusto dei iudicio pmittunt cadere,q̄ ⁊ ostendit in duob⁹
exẽplis Petri:sc3 ⁊ dauidis.scd̄a ibi:Nā ⁊ si petrus ⁊c.Lege.
Exponit literam.
Albertus.
¶[Imitare Petrũ]dicentẽ Jo.xxi.Tu scis dn̄e:q2 amo te.
ac si dicat vt exponit Alber.nosti plusq̄ ego Actuũ.j.Tu no-
sti dn̄e corda hoīm.[imitare]ergo dicit[Petrũ]quasi diceret
1 imitare eũ in cõfessione nõ in negatione.Hu.vbi not.†Qd̄ idõ
Petrus tertio confitetur ⁊ tertio interrogatur de dilectione
dei:⁊ tertio ei precipitur:vt pasceret oues:siue agnos:vl' quia
gregem sibi cõmissum fidẽ trinitatis debeat docere,vel q2 de-
beat pascere tria genera hominũ,sc3 cõiugatos,continentes,
virgines siue prelatos.vel quia gregem sibi cõmissum debeat
pascere:corde:ore:⁊ opere.i.voluntate:⁊ oris predicatione: et
operis exemplo.vel ideo tertio confitetur:quia tertio negaue
rat:vt sic trina cõfessione dilueret peccatum trine negationis
vt hic dicit Hug.Et ita dicit Aug. homil.cxxij.super Joan.
Questio.
⁊ de pe.di.j.§.his authoritatib⁹[negauit]Matt.xxvj.¶Hic
2 surgit qõ†vtrũ Petrus negãdo xp̄m mortal'r peccauerit.Et
Primũ ar.
vr̄ q non.dicit eñ quedã gl.q Petrus peccauit p surreptio-
nem:s3 peccatum per surreptionẽ est veniale:⁊ non mortale.
vnde primi motus qui per surreptionẽ fiãt sunt venialia pec-
cata.ergo Petrus negãdo xp̄m peccauit venial'r:⁊ nõ morta-
Scd̄m arg.
liter.¶Scd̄o sic.dicit Bernardus in li.de diligẽdo deũ: q in
Petro fuit charitas sopita:nõ extincta.s3 p pctm̄ mortale cha
Opponit i cõtrarium.
ritas extinguit.ergo Petrus nõ peccauit mortal'r.¶In op
positũ est.c.pñs.vbi manifeste ostendit:q Petrus in negãdo
xp̄m peccauit mortal'r.Ad idẽ scd̄o est beatus Greg.in mora-
lib⁹ vbi dicit.q̄ Petrus ab ipsis faucib⁹ eripit:s3 i faucibus
3 diaboli nõ est qs:nisi p pctm̄ mortale.†ergo Petrus peccauit
Rñdet.
mortaliter.Que cõclusio multipliciter pbat primo ex illo tex.
euangelij vbi dr:q Petrus fleuit amare.Culpa autẽ q̄ ama-
re fleta fuit diluenda manifeste deprehẽditur fuisse mortalis.
S.Thom.
¶Scd̄o sic.iuxta sctm̄ Tho.in quodam quolibeto Petrus
negauit fidẽ xp̄i:vbi periclitabat ⁊ eius ɔfessio requirebatur.
Ore autem confessio fit ad salutem.ad Roma.x.in quo videt
innui:q sit de necessitate salutis cõfessio fide in casu predicto.
¶Tertio sic.xp̄s aplis p̄cepit Mat.x.vt dũ starẽt añ reges
⁊ presides non timerent xp̄m confiteri,⁊ suum nomen portare.
S3 Petrus transgressus est hoc preceptum, ergo negando
August.
xp̄m peccauit mortal'r.¶Quarto sic mẽdacium in his q̄ fidei
sunt periculosissimum est.vt dicit August.libro de mendacio.
S3 Petrus negãdo xp̄m dixit mendaciũ in fide cõtra fidei
professionẽ,quia confessus fuerat xp̄m esse filium dei, pro qua
beatificauit eum xp̄s Mat.xvj.Ergo Petrus negãdo xp̄m
peccauit mortaliter.dicitur enim.perdes omnes qui loquun-
tur mendacium.¶Quinto sic.xp̄s non negat queq̄ corã pa-
tre ⁊ angelis eius:nisi ex culpa mortali propter quam quis ne
gatur fieri particeps glorie patris ⁊ angelorũ:s3 Xp̄s negan-
tem se negat.Mat.x.qui negauerit me coram hominib⁹: ne-
gabo eum coram patre meo.negari autem a xp̄o coram patre
est excludi a gloria:sed cum a gloria nemo excludat:nisi ppter
culpam mortalem:ergo Petrus peccauit mortal'r.¶Sexto
hoc patet manifeste qm̄ negationi addidit periuriũ ⁊ blasphe
miam:q2 vt dicitur Mat.xxvj.cepit detestari ⁊ iurare: q2 nõ
nouisset hominẽ:pseuerare aũt in pctõ dat incrementũ sceler.
Et qui minima spernit cadit in maiora.vnde manifestũ est:q
Petrus peccauerit mortaliter:⁊ tanto magis quãto plus de
se p̄sumpsit dicẽs cum eo paratũ in mortem:⁊ in carcerem ire.
Luce.xxij.⁊ in eo nunq̄ scãdalizari: nec se vnquam negaturũ
Mat.xxvj.Ad hanc cõclusionẽ induximus tot rõnes ppter
nouellũ errorẽ quorũdã dicentiũ Petrũ nõ peccasse mortal'r.
Ad primũ argu.
S.Thom.
¶Ad rõnes in oppositum dicendũ est.Ad primam rñdetur
4 iuxta sctm̄ Tho.in quolibeto†q surreptio dupl'r accipit.vñ
vno mõ bm q opponit deliberatiõi,⁊ sic primi motus dicunt
esse in surreptione.Si aũt Petrus ex surreptione non pecca-
uit.Alio modo accipit surreptio scd̄m q opponit electioni:⁊
sic Petrus ex surreptiõe peccauit.q2 non peccauit ex electiõe
q̄si ex certa malitia,s3 ex passione timoris.talis aũt surreptio
nõ excusat a mortali sicut patet in incõtinenti,q fornicat mo-
Ad scd̄m.
S.Thom.
tus cõcupiscẽtia cũ haberet propositũ cõtinẽdi.¶Ad scd̄am
rñdet iuxta eundẽ sanctũ Tho.q beatus Bernar.improprie
loquit.Et vt eius vbũ verificet.est intelligendũ de quadã dile
ctiõe familiaritatis:quã Petrus ad xp̄m cõceperat:que in eo
mãsit etiã post negationẽ vel si intelligitur de dilectiõe gratui
ta,intelligendum est:q nõ fuit extincta bm p̄destinationem di
uinam:que eius penitentiã preparabat:q̄uis esset ex se extin-
cta.sequitur in lr̄a.[negauit in nocte].i.in nocte culpe: siue in
tenebris peccator.Hu.[in die].i.in luce gratie:q2 diuina luce
inspirat⁹.[hec aũt].i.de ei⁹ negatione.hu.[dicta sunt]in exẽ-
plum[vt sciamus ⁊c.]vel[dicta sunt].i.facta[a deo].i.pmissa
a deo fieri a Petro[vt sciamus ⁊c.]hu.Et hec est vna rõ q̄re
deus pmisit Petrũ cadere.i.negare.s.vt daretur exemplũ:qd̄
nullus d3 se iactare:alia.rõ reddit.di.l.ɔsiderãdũ.Hu.⁊ Arc.
Archidia.
Nõ ergo mirandũ:si sancti ad sui humilitatẽ aliquãdo cadere
permittant:cum Petrus caput ⁊ princeps oīm aplorũ ita la-
psus est:vt xp̄m ter negaret[deniq3]scd̄m exẽplũ[dixerat]q̄si
arroganter de sua iustitia p̄sumens.ps.lxxxi.dicẽs.Ego dixi
in abũdantia mea.i.in confidentia mee abundantis bonitatis
non mouebor a tali bonitate.Hu.quã iactantiam sibi obfuisse
cõfitet.vnde plorans.ait ps.xx.Auertisti faciem tuam.i.p̄sen-
tiã a me:⁊ factus sum cõturbatus.i.infirmus:ecce q Petrus
⁊ Dauid se iactauerunt:⁊ ceciderunt.simile ingt Hu.vidi ho-
nonie de quodã,qui cũ multũ se iactaret de sermonib⁹ facien-
dis:tandẽ in penam illius iactationis obmutuit in medio cu-
iusdam sermonis:nec vltra procedere potuit.Hu.

Sunt plurimi. Ad idẽ sequitur hoc c.quod est beati Gre-
gorij in registro.Summa.est deus permittit quã-
doq3 bonos detractionibus malorũ percuti:vt in
humilitate semp cõsistant,⁊ ne vanis laudibus extollant.põt
Diuisio.
capitulũ diuidi i duas partes.In prima facit qd̄ dictũ est.In
scd̄a pbat illud exẽplo apl'i Pauli.scd̄a ibi:hinc est.Lege tex.
Exponit literam.
¶[Sunt amplius q̄ deberent laudant]sicut dicit gl.hoc est
veniale peccatum.xxv.dist.criminis.S3 qui commendant vi-
tia mortaliter peccant.xlvj.di.sunt nonnulli.Quando autem
adulatio sit peccatum mortale:⁊ quando non: disputauimus
circa.c.idem ibi vide.[ne qua].i.aliqua.[permittit] nihil eñ
est boni vel mali:quod non fiat deo volente vel permittẽte.vt
Archi.
xxvj.q.v.nec mirum.ver.nec ideo.Hug.Archi.[alteratione]
i.inuidiam,liuorem,emulationẽ,scd̄m papiam.Archi.[obiur
gatione]obiurgare est reprehẽdere bm papiam.Archi.[hinc
est]scd̄a pars.[doctor gentium] Paulus in cursu predicatio
nis sue,⁊ cursus hui⁹ studij inter laudes ⁊ vituperia ambula-
bat.ij.ad Cor.vj.[p infamiã ⁊ bonã famã]q2 ab aliqb⁹ fama-
bat:ab alijs diffamabatur:⁊ ab alijs verax dicebatur,ab alijs
S.Thom.
Gregorius.
autem seductor accusabat.vbi notãdum q vt tangit sanctus
Tho.super istũ locũ apl'i sanctus Grego.dicit q homo nõ d3
ex se causam infamie sue:sed potius d3 procurare bonam fa-
mã.iuxta illud Ecclesiasti.xxvij.Curam habe de bono noie:⁊
hoc propter alios.q2 oportet nos bonum testimonium habe-
re apud eos,qui foris sunt.j.ad Tim.iij.Si vero cõtingat ali-
quem incurrere infamiam iniuste,non debet esse ita pusillani-
mis:vt propter hoc derelinquat iustitiam.Si vero sit in bona
fama apud fideles:non debet inde superbire, sed debet inter
vtrumq3 medio modo incedere.

1 ☞Rugitus dicitur sonus terribilis.
2 Ut dictio tenetur consecutiue.

Uerum. §.est:in quo incipit quarta pars secundum
quosdam huius questionis in qua cõcludit
spirituales posse accusare carnales ⁊ non econuerso . Lege.
Exponit literam.
¶[Uerum hac authoritate.]scilicet Pij pape in.c.suprapo-
sito.oues quib⁹ in eodem capitulo.j.⁊ in inferiori parte eiusdẽ
Uersus.
capituli[capite ⁊c.]cui capitulo verba sequẽtia cõtinuant[ca
pite].i.plato languescente[facilius cetera]quia.Dum caput
egrotat cetera membra dolẽt.sicut scriptum est Esaie primo.
[Omne caput].i.maiores in populo Israelitico[cor].i.sapiẽ
tes[merens]pro peccatis aliorum[a plãta].i.a minimis.[ad
verticem]id est,maiores ⁊ prelatos.[in eo.]sc3 populo israeli
tico.Hu.[sanitas nõ est.]Ex eo eñ q caput erat languidũ:fa
cili⁹ ifirmitas animi inuaserat cetera mẽbra.hu.[quapropter
sicut leo]p̄ma Petri.v.Nota regula vba.p hoc eñ q dicit leo
inuit q sit fortis.vnde Job.xij.q non est ptãs in terra:que ei
valeat cõparari:per hoc q dicitur rugiẽs innuit,q sit terribi
1 lis.†Rugit⁹ enim est sonus terribilis.[circuit]Job.j.legit q
Gregorius
diabol⁹ a dño requisit⁹ vñ venis:Rñdit circuiui terrã,⁊ perã
bulaui eã:vt dicit Gregori⁹.Terram circuit q̄ terrena corda
circũuenit:vt bona tollat:⁊ mala iserat:inserta cumulet:cumu
Archi.
lata pficiat,⁊ pfectos in iniqtatibus socios secũ ad penas acq
rat.[querens quẽ deuoret]dic:vt dixi.iij.q.j.nulli.Archi.[vt
2 saltẽ.]†istud vt nõ est cansatiuũ s3 consecutiuum.sed põt esse
causatiuum si referat ad illud verbũ suadere.Ad hoc eñ dia-
bolus sic suadet:vt illi cadãt.Hu.⁊ Archi.ad ostendendũ aũt
q̄ graue sit peccatũ detractionis,⁊ infamatiõis suor p̄latorũ:
⁊ quãtũ malũ inde sequat in populo:subinfert dicẽs[multum
distant]q̄tũ sc3 distant minima bona a maximis.Bona enim
bm phm.j.Ethi.tripharie diuidunt.sunt bona corporis.sunt
bona exteriora.s.diuitie tẽporales.vñ q̄to aīo p̄cellit corpus:⁊
corpus exteriora tantum damna morum ⁊ virtutum distant a
damnis tẽporaliũ vt quasi p nihilo debeant estimari respectu
damnorum

damnorũ morũ,⁊ virtutũ que inferunt quantum in se est a de-
tractoribus ⁊ infamatoribus : vnde respectu detrimenti ani-
me nihil prodest:si vniuersum mundum lucretur. Matt.xvj.
[peius malũ.]q2 per hoc fructus animarũ negligitur:odia ⁊
rancores oriuntur crescunt violentie vt oberret grex in preci-
pitium tanquam oues errantes:neglecto pastore ezechielis.
xxxiiij.disperse sunt oues mee:eo q non esset pastor.

Quiescite. Sequit ad idẽ hoc.c.qd̄ est fe-
licis pape.scd̄i. Sũma. Absti-
nendũ est a p̄secutione,⁊ vexatiõe bonorũ prelato-
Diuisio.
rũ:siue etiã quorũcunq3 deo recte famulãtiũ.Et di-
uidit in duas partes.In prima ponit qd̄ dictũ est. In secũda
Exponit literam.
assignat rõnẽ huius.scd̄a ibi:q2 nõ decet.Lege. ¶[Quiesci-
te.] a persecutione ⁊ vexatione bonorũ prelatorũ,Hu.[nolite
persequi] infamãdo:detrahẽdo:accusando : ex quo boni sunt.
Hug.⁊ Archi. [Legibus].i.canonibus:que hic dicuntur le-
ges.⁊.s̄.di.xxxi.nicena.Archid.[q2 non decet.]scd̄a pars.[vt
carnales spirituales persequant.]Non eñ placuit deo q esau
malus persequebatur simplicem Jacob. Hoc nõ placuit deo
q peruersus Cain persequebat iustũ Abel. Displicuit etiã
ludus persecutionis hismael in Isaac filium sare.vc3 ecclesie.
que Gene.xxi.ait. Ejice filiũ ancille.per quẽ secundũ.c.signi-
ficantur carnales.Gal.iiij.Is qui secundũ carnem natus est:
persequebatur eum qui secundũ spiritum.Non ergo decet, q
carnales persequãtur spirituales : imo ab ecclesia tanquã filij
ancille sunt eijciendi. Ex isto.c.dicit Hug.haberi.q carnales
subditi prohibeantur ab accusatione sanctorũ prelatorũ. Et
hoc verum est si sint clerici.Si vero sint laici ex toto prohiben
tur a tali accusatiõe siue sint carnales: siue spirituales.omnes
tamen laici solent dici carnales ⁊ clerici spirituales.vt.s̄.ea.q.
beatus.⁊ dist.x.suscipitis. Et secundum hoc est violẽtum hic
ar.q laici non possunt accusare clericos.Hug.

1 ☞Prauus an quis efficiatur propter aliorũ crimina : aut
possit deprauari aut iustificari.
2 Episcopi suis proprijs peccatis praui ⁊ mali preficiuntur po-
pulo propter meritum ⁊ demeritum ipsius populi.

Ex merito. Ad idẽ sequitur hoc.c.quod
est autherij pape.Alij dicunt
Gregorij pape.Summa est, q subditi non debeãt
accusare suos p̄latos.q2 sepe ex merito ipsorũ sub-
Diuisio.
ditorũ dant eis prelati mali.Et põt diuidi in tres partes.In
prima assignat cãm:quare subditi nõ debeãt accusare suos p̄-
latos.In scd̄a oñdit:q̄ graue sit detrahere de alijs. In tertia
hortat ad vitandã detractionẽ.scd̄a ibi:deteriores sunt.tertia
Exponit literam.
ibi:caueat vnusq̄sq3.Lege.¶[Ex merito].i.demerito.hic sur
Questio.
1 git qõ.†Utrũ propter alior crimina quis prauus efficiatur:
Opponit i cõtrarium.
aut deprauari:aut etiã iustificari potest.Et videt q sic ex pre-
senti litera.¶In oppositũ videtur.s̄.j.q.iiij.crimen.vbi dicit
Leo papa:crimẽ vel pena paterna nullã maculã infligere po-
Rñdet.
test.Nam vnusquisq3 in suo dimisso sorti subijcitur:nec alieni
criminis successor cõstituit. ¶Rñsio.dicendũ q nullus pro-
pter aliorum crimina prauus efficit:aut deprauari põt:nisi sit
imitator illius sicut nec aliquis propter virtutes aliorũ iustifi
cari potest:nisi sit imitator eorũ.Ista conclusio est manifesta.⁊
colligit Ezechiel.xviij.vbi dñs ait.filius nõ portabit iniqui-
tatẽ patris. Et idẽ pt3.s̄.j.q.iiij.c.homini.vbi ait Gregorius
homini qui similis tui est : nocebit impietas tua,⁊ filij homi-
nis non adiuuabit iustitia tua. Humana impietas ei nocet:
quẽ peruertẽdo coinquinat,⁊ rursum eum adiuuat nostra iu-
Ad argu.
stitia:quem a prauis actionibus immutat. ¶Ad rationẽ in
contrarium sumptã ex presenti litera respõdetur,q talis non
est presentis litere intellectus.q propter meritũ alicuius ali-
quis possit iustificari.aut propter demeritũ deprauari.q2 so-
lum actione proprie voluntatis quis damnat:aut iustificatur
loquẽdo de deprauatione corporis:aut iustificatione.Sed in-
2 tellectus est:vt tam glo.q̄ Hug.tangit,† q epi suis proprijs
peccatis praui ⁊ mali preficiunt populo propter meritũ ⁊ de-
meritũ siue peccatũ ipsius populi.qui ppter peccata sua me-
retur habere talem prelatũ.hinc Job.xxiiij.dicitur.Qui facit
regnare hypocritã.i.fictũ ⁊ malũ:ppter pctã populi.[q̄ten⁹]
i.vt ⁊ teneat cõsecutiue.[cadãt] in pctm̄ [procliuius].i.facili⁹:
q̄ p̄lato existẽte malo:siue puerso facili⁹ cadit populus,q2 ta-
lis prelat⁹ nõ gubernat:sed tanq̄ mal⁹ pastor:s3 mala vita ⁊
exẽplo oues quasi lupus dispergit, ⁊ mactat.⁊ vbi non est gu-
bernator corruit populus,prouer.xj. [Capite languescente.]
infirmitate peccati[inficiunt facilius membra.]q2 vt ait glos.
cõponit orbis regis ad exẽplũ.[deteriores.] scd̄a pars q2 de-
terius agit famã bonam auferens:q̄ qui diuitias aufert.quia
melius est nomen bonũ quã diuitie multe,puer.xxij. Utrum
autẽ detractio sit peccatũ mortale disputauim⁹ circa.c.detra-
ctores.iij.q.iiij.[caueat.] tertia pars. Cauere d3 quilibet:ne
linguã suã laxet ad detrahendũ.ps.xxxiij.prohibe linguã tuã
a malo,⁊ labia tua ne loquant dolũ.q2 linguam mendacẽ odit
deus.puer.v.[aures.] q2 non solũ peccant qui loquũtur mala
de proximo:sed qui prebẽt aures ad hoc vt audiãt.vt.xj.q.iij.
non solũ.Hu.Tum q2 dãt audaciã detractori.Tum q2 osten-
dunt se non diligere famã pximi.Tum q2 ex suo auditu dant
occasionẽ:vt infamia proximi apud alios multiplicetur:sic fit
Bernar.
princeps impietatis de.quo.puer.xxix. Princeps qui liben-
ter audit verba mẽdacij:h3 ministros impios.vñ Ber.detra-
here vel detrahentẽ audire qd horũ dãnabilius sit non facile
dixerim cõtra quos audiẽtes libẽter detractores dr.Eccl.xx-
viij. Sepi aures tuas spinis, ⁊ noli audire linguã neq̄. [pru-
riẽtes.] de qbus apl's.ij.ad ti.iiij.coaceruabũt sibi magistros
pruriẽtes aurib⁹.[sedẽs.inquit.ppheta] dauid.ps.xlix. [par
cant singuli detractionis lingue sue.] ⁊ recte parcendum est,⁊
abstinendũ a detractione : tam ex parte detractorũ q abomi-
nabiliter peccant.q2 prouer.xxiiij.dr.Abominatio est deo hõ
detractor:ipm̄ eñ deus detestat.q2 ponit inter fratres discor-
dias.⁊ puer.vj.tam ex parte eius cui detrahit cuius fama de-
nigrat.vnde ppheta ɔtra tales detractores clamabat dicens.
Dñe libera aīam meã a labijs iniquis ⁊ a lingua dolosa.ps.
cxix.Hinc sapientie.j.dr. Custodite vos a murmuratione que
nihil prodest,⁊ detractioni pcite lingue.⁊ Jaco.iiij. Nolite de-
trahere alterutrũ:custodiãtq3 sermones suos.⁊ magna custo-
dia habenda est circa sermones.vñ ps.xxxviij.ppheta ait.di-
xi custodiã vias meas:vt nõ delinquã in lingua mea:posui ori
meo custodiã.⁊ ps.cxl.petebat.pone inquit custodiã ori meo:
⁊ ostiũ circunstantie labijs meis.Igit custodiẽdi sunt sermo-
nes.vñ eccl.v.sint pauci sermones tui.⁊ prouer.xvij.in multis
eñ sermonibus inuenies stultitiã.⁊ puer.xvij.qui moderatur
sermones suos prudẽtissimus est.[iudicabunt].i.condẽnabũ-
tur:nisi emẽdata fuerint in hac vita:quasi diceret ppriã ⁊ sin-
gularẽ sniam sustinebunt pro his q̄ hic sic male loquũtur:nisi
resipiscãt.Hu.Si eñ cũcta creata adducet deus ad iudiciũ,⁊
de omni verbo otioso reddent homines rationẽ in die iudicij
Mat.xij.quid ergo de verbis detractorijs.vtiq3 magis [ne-
mo.]reddit cãm quare culpabil'r peccat:qui libẽter audit ver-
ba detractor.q2 si libẽter nõ audit qs detractores:nõ erit qui
ei referat. [q2 nemo inuito ⁊c.] ⁊ sic cessabit detractio. Hug.⁊
Archi.[oculos castos.]q2 si nõ sunt casti:impudici sunt nun-
Archid.
tij siue signa.vt.xxxij.q.v.nec solo. Hu.⁊ Archi. Hinc pphe-
ta orabat dicẽs.auerte oculos meos ne videant vanitatẽ:con-
iecit Dauid oculos suos impudice in Bersabee,⁊ adulteriũ ⁊
homicidiũ inde cõmisit.ij.reg.xj.contra hoc est remediũ Esa.
xxxiij.Clausit oculos suos:ne videat malũ.⁊ Job.xxxj.pepigi
fedus ad oculos meos:vt nõ cogitarem de virgine. [sed ⁊ lin-
guam.] sc3 ne loquat iniqua.Job de se ait. Non inueni in lin-
gua mea iniquitatẽ [ne qd in cuiusquã domo.] videt loqui de
curiosis.qui nolũt causa correctionis accusare:sed vt infamẽt
inuestigãt ⁊ passim publicant aliorũ crimina.phibet ergo hic
Juuena.
Uersus.
curiositas:siue vitiũ curiosorũ:de qb⁹ Juuenalis ait.vt dicit
in glo.Scire volũt secreta domus:atq3 inde timeri.[simplici
tatẽ colũbe.]sic quippe deus aplis ait Mat.x. Estote prudẽ-
Grego.
tes:sicut serpentes, ⁊ simplices sicut colũbe.q2 vt dicit Greg.
in pastorali.In electorũ cordib⁹ d3 simplicitatẽ colũbe acuere
astutia serpẽtis:colũbe simplicitas tẽperare:quatenus ne se-
ducti per prudentiã caueant:ne ab intellectus studio per sim-
Hierony.
plicitatem torpeant.Et vt dicit Hieronymus sup Matt.per
prudentiã deuincẽt insidias,⁊ p simplicitatẽ nõ faciẽt malum.

Sapiens. Ad idem sequit hoc.c.qd̄ est Lucij
pape.Sũma.Non est sapiẽtis velle
nocere,vnde omnis qui nocet:nõ est sapiẽs.Breue est
Exponit literam.
⁊ non diuidit.Lege.¶[Sapiens non est] nocere eñ proximo
non prouenit ex sapientia:que de sursum est:que docet dilige-
re proximũ sicut seipm̄.Mat.xx.sed puenit ex sapiẽtia terre-
na:que est carnalis ⁊ diabolica:de qua dr Jaco.iij.si zelũ ama-
rũ habetis,⁊ contẽtiones sunt in cordibus vestris:nolite glo-
riari,⁊ mẽdaces esse aduersus veritatẽ. Non eñ est ista sapia
desursum descendẽs:sed terrena:als diabolica.que eñ de sur-
sum est sapientia pudica:pacifica:modesta:benigna:plena mi-
sericordie, ⁊ oībus bonis:q2 eã docet spũssanctus:cuius fru-
ctus sunt charitas:gaudiũ:pax:benignitas:bonitas:mansue
tudo,Igit nõ est sapiẽs hac sapiẽtia qui proximo nocet.Nam
innocens dicitur qui ignorat qd noceat.xxij.q.iiij.innocens.

1 ☞Detractor diminuit formam alicuius quandoq3 directe
quandoq3 indirecte.

Deteriores. Ad idẽ est hoc.c.qd̄ est anacle-
ti pape. Summa est.q detra-
ctores presertim prelatorũ ⁊ maiorum deteriores sunt

Diuisio. raptoribus bonorū exterioꝝ.quo circa tales merito sunt infames. Et diuidit᷑ hoc.c.in tres partes. In prima ponit qđ diximus:vcȝ ꝙ detractores sunt peiores his qui rapiūt res exteriores:puta diuitias. In scđa declarat vitatē hui⁹. In tertia infert,ꝙ ꝓpter hoc merito tales sunt infames.scđa ibi:ipsi
Exponit literam. enī.tertia ibi,ꝛ ideo iuste. Lege. ¶ [Deteriores qui doctorū] i.prelatoꝝ:qb⁹ cōmissa est auctas docēdi populū xpianū.ſm illud Mat.vlt. Ite docete oēs gentes ꝛc. Attende ꝙ maxime peccāt qui prelatis aut maiorib⁹ suis detrahūt. Et iō pcipue cauendū est a detractione eorū:qui patres spūales ꝛ magistri nostri sunt. vnde Geñ.ix.qꝛ Cham patris sui verenda derisit: ideo in semine suo maledictionē accepit. Itē Exo.xxij.dicit᷑. dijs nō detrahes.glo.cum oīs detractio perniciosa sit:in illis est perniciosior.ꝛ.ij.reg.vij.legitur de oza percusso a dño.quia manū ad arcam extendit.per arcam in qua erat māna:vga,ꝛ tabule significat᷑ prelat⁹:in quo dȝ ꝯtineri māna dulcis cōsolationis:virga correctionis,ꝛ scīa discretionis.ad quā arcam si detractor manū extenderit illi detrahendo percutiet᷑ a dño.
Grego. vñ Grego. Multi dū vitā sacerdotū plusquā suā discutiūt:in erroris foueā dilabunt᷑.ſ.j.q.j.multi[corrumpūt]infamando: detrahendo.[his qui substātias] hoc ptȝ hac aucte.ꝛ.c.quiescite.ꝛ.ca.ex merito.ſ.e.qm̄ fama bona prefertur oībus diuitijs vñ in de secretis secretorū dr, ꝙ non est pretiū nec thesaurus
August. quo quis valeat redimere bonā famā. Et August.dicit lib.de ope moabitarū. Nihil melius ꝙ̄ bone fame cōsulere. Itē nihil crudelius quā bone fame detrahere.qꝛ bona fama impinguat ossa.puer.xv. Et ideo crudelis est qui famā suam negligit:nec deterior qui eam auferre satagit[ipsi enī.]scđa pars.[Ea que extra nos.] pbat siue declarat id qđ dixit primo qꝛ qui aufert diuitias aufert que ex͂ sunt.sed detractor aufert bonos mores qbus laudamur,ꝛ famamur.vt dicit phs.ij.ethico.vñ vt
Bernard⁹. dicit Ber. Vere diuitie nō sunt opes:sed virtutes quas ꝯscia secū portat vt in perpetuū diues fiat.secundo qꝛ detractor armis seuit inimicitie.vñ dicit armant᷑ detrahēdo conuitiando infamando:vel verberando. Hu.[ꝛ ore decipit.] puer.xi. Simulator ore decipit.vnde dicit ꝓprie. [nos ipsos decipiūt].i. decipiendo ꝛ mentiendo ledūt quātū in ipsis est. Hug.vbi no-
S. Thom. 1 ta hic iuxta sanctū Thom.in.ij.ij.q.lxxiij.ar.j.† ꝙ detractor diminuit famā alicuius qñqȝ directe qñqȝ indirecte. Directe quidē quadrupl'r. Uno modo qñ falsum imponit alicui.scđo qñ peccatū auget suis verbis.tertio qñ occultū reuelat.quarto qñ id qđ est homini dicit mala intentione esse factum. Indirecte aūt vel negando bonū alterius.vel bonū malitiose reticēdo.[Et ideo.] tertia pars [infames sunt ꝛ extorres].i.merito ab ecclia repelluntur:tanꝙ̄ inimici dei.vñ ad Ro.j.dr.ꝙ detractores deo odibiles sunt[pro meritis igit᷑] quasi diceret ꝛ quia ita mali sunt:inde est ꝙ eis sepe datur malus prelatus. [depꝛauantur] expone.vt.ſ.ca.ex merito. depꝛauantur.i.ipsi praui proprijs peccatis preponuntur plebi:propter peccata ipsius plebis:qꝛ tales pastores meretur. Hug. Job.xxxiiij.facit regnare hypocritam propter peccata populi.

2 ☞ Detractio non est ita summa iniquitas:vt sit simpliciter maior omni alia iniquitate.ꝛ num.3.
4 Detractio minus est quam homicidium vel adulterium.
5 Bonum triplex est.
7 Famam alicui auferre potest aliquis tripliciter.
8 Detrahere prelatis dicitur summa iniquitas.
9 Homicidiorum tria sunt genera.

Diuisio. **Summa.** Ad idē sequit᷑ hoc.c.qđ est Alexandri pape. Sūma detractio est summa iniqtas. Et diuidit᷑ in duas partes. In prima dicit qđ dictū est. In scđa probat hoc siue assignat rōnē.scđa ibi vnde scriptū est. Pro pleniori intellectu huius querunt᷑ duo.
1 ¶ Primum est vtrum detractio sit summa iniquitas.
6 ¶ Scđm est vtrū detractor tenet᷑ ad restitutionē fame:ꝙ̄ lesit.

Primū ar. Scđm ar. **Ad primū** sic ꝓcedit᷑.† Et vr̄ ꝙ detractio sit summa iniquitas. Et primo ex lr̄a p̄ntis c. que expresse hoc dicit. ¶ Secūdo sic glos.sup illud ps.pro eo vt me diligerēt detrahebāt mihi dicit sic.plus nocēt in membris detrahētes xpo.qꝛ aīas creditorū interficiūt:ꝙ̄ qui eius carnē resurrecturā peremerūt. Sed summa iniquitas vr̄ esse
Tertiū ar. interfecisse xp̄m ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Tanto aliqđ pctm̄ est grauius:quāto grauiorē defectū inducit. Sed detractio inducit grauissimū defectū:scȝ excōicationē mētis:vt dicit Greg.
Quartū ar. ergo ꝛc. ¶ Quarto arguit᷑ sic.detractio est homicidiū:vt ha-
Opponit i cōtrarium. betur expresse in lr̄a.ergo dectractio est grauius pctm̄ oībus peccatis que in proximū cōmittunt᷑. ¶ In oppositū est veri-
Rñdet. tas qm̄ blasphemia ꝛ infidelitas sunt maiora pctā:ꝙ̄ detra-
Prima cōclusio. 2 ctio. ¶ Rñdeo dicendū sub certis cōclusionib⁹.prima † ꝙ detractio non est ita summa iniquitas vt sit simpl'r maior omni alia iniquitate:aut grauius omni alio peccato.ptȝ ista cōclusio qm̄ cum pctm̄ formaliter consistat in auersione a deo:tanto aliqđ peccatū dr grauius alio:ꝙ̄to per ipsum magis hō separat᷑ a deo:sed clarū est ꝙ hō per peccata aliqua alia vt per infidelitatem:per heresim:per blasphemiā.ꝛ per alia que cōmittunt᷑ in deū hō magis separat᷑ a deo:ꝙ̄ per detractionē vt ptȝ ergo sequitur ꝙ detractio non sit simpl'r grauior iniquitas ꝙ̄
3 cetera peccata. ¶ Scđa ꝯclo.† detractio nō est grauior iniquitas ꝙ̄ sint cetere iniquitates:aut pctā que cōmittūtur in ꝓximum.ptȝ ista cōclo ꝙ grauius est peccare facto:ꝙ̄ verbo.sed detractio est peccatū verbi:adulteriū ꝛ homicidiū sunt peccata in factis.ergo detractio non est grauius ceteris peccatis ꝙ̄ Scđa conclusio.
4 sunt in ꝓximū. ¶ Tertia ꝯclusio.† detractio licet sit grauius ex genere suo ꝙ̄ furtū:minus tñ ꝙ̄ homicidiū vel adulteriū. pro cuius cōclusionis pfecta declaratione. Est notandū iuxta sanctū Tho.in.ij.ij.q.lxxiij.ar.iij.ꝙ peccata que cōmittunt᷑ in proximum sunt pensanda per se quidem secundum nocumenta que proximo inferunt᷑.qꝛ ex hoc habēt rōnem culpe. Tanto Tertia conclusio. S. Thom.
5 autē maius nocumētum quāto maius bonū dimittit᷑.† Cum aūt sit triplex bonū hoīs scȝ bonū aīe.ꝛ bonum corporis ꝛ bonum exteriorū rerū.bonū autē aīe qđ est maximū non pōt alicui ab alio tolli nisi occasionaliter:puta ꝑ malā psuasionē que necessitatē nō infert:sed alia duo scȝ corporis ꝛ rerū exteriorū pñt ab alio violēter auferri. Sed qꝛ bonū corporis preeminet bono exteriorū rerum:grauiora sunt peccata quibus infertur nocumentum corpori quam ea quibus infertur nocumentum exterioribus rebus.vnde inter cetera peccata que sunt in proximum grauius est homicidiū:per qđ tollit᷑ vita proximi iam actu existens. Consequenter autē adulteriū qđ est cōtra debitum generationis humane:per quā est introitus ad vitā. Cōsequenter aūt sunt exteriora bona inter ꝙ̄ fama preeminet diuitijs eo ꝙ ꝓpinquior est spūalibus bonis.vnde dr puer.xxij. Melius est nomen bonū:quā diuitie multe. Et ideo detractio ſm genus suū est maius peccatū ꝙ̄ furtū:minus tñ ꝙ̄ homicidiū:vel adulteriū hec sctūs Tho. ¶ His habitis dicēdum est ad rōnes in oppositū. Ad primā de.ca.p̄nti.rñdet᷑ dupliciter ꝙ hic loquit᷑ papa Alexander de detractione que fit cōtra prelatos.ꝛ talis detractio dicit᷑ summa iniquitas.nō absolute: sed respectu detractionū ꝙ̄ fiunt contra minores:aut equales. Ad primū arg. Cum enī prelati sint vicarij xpi:ꝛ detractio ꝛ cōtumelia ꝙ̄ infertur eis videt᷑ inferri xpo.vnde Luce.x. Qui vos cōtemnit: me contēnit. Tum qꝛ quāto aliqua iniuria in plures redūdat ceteris paribus tanto grauius est peccatū. Et inde est,ꝙ grauius pctm̄ est detractio cōtra principem:siue prelatū:ꝙ̄ cōtra priuatā personā.qꝛ illa vt ptȝ ex.c.quiescite.ꝛ.c.ex merito.ꝛ.c. deteriores. Scđo rñdet᷑ ꝙ ideo dicit᷑ summa iniquitas detractio:non intentione grauitatis peccati:sed extensione.qꝛ quasi oēs inuadit.qꝛ vt dicit glo.puer.xxiiij.hoc vitio periclitat᷑ totum genus humanū sicut supra dictum est circa.c.oues.de suspitiōe que dr maximū vitiū hūanitatis. ¶ Ad scđam rñdet᷑ iuxta sanctū Tho.in.ij.ij.vbi supra.ꝙ ratio non ꝓcedit qꝛ illi qui detrahunt xpo impediētes fidē mēbrorū eius derogāt diuinitati eius cui fides innitit᷑.vñ non est simplex detractio:sed blasphemia. Et ideo merito talis detractio dr grauius pctm̄ ꝙ̄ fuerit occidentiū xp̄m.nō autē simplex detractio de qua loquimur hic. ¶ Ad tertiā rñdet᷑ ꝙ ratio non ꝓcedit:qꝛ vt dicit sanctus Tho.vbi.ſ.iste effectus ita potest sequi etiā alijs pctīs:que pertinēt ad odiū ꝓximi. ¶ Ad quartā rñdet᷑ iuxta magistrū Alexand.de halis in scđo.ꝙ homicidiū aliqñ dicit᷑ proprie:aliqñ large extendendo.s.nomē vocabuli. Et qñ dicit᷑ ꝙ detractor est homicida:vel detractio homicidiū:non est verum proprie:sed large extendendo nomē vocabuli. Ratio autē esse pōt:quare detractio dicat᷑ homicidiū.qꝛ quātū in ipso est aufert᷑ quedā vita:qua homo viuit in bona opinione alterius. Concordat sanctus Thom.in.ij.ij.q.lxxiij.ar.iij.dicens. ꝙ detractor dicitur homicida occasionaliter:inquātum scilicet per sua verba dat alteri occasionem vt proximū odiat vel contemnat propter qđ in epistola clementis dicitur detractores esse homicidas:scilicet occasionaliter.qꝛ qui odit fratrem suum homicida est.vt dicitur.j.Joan.iij.hec sanctus Tho.de his vide que nos diximus.de penit.dist.j.homicidiorum.

Ad scđm. Ad tertiū. S. Thom. Ad quartū Alexander de halis. S. Thom.

6 **Ad secundū** sic ꝓcedit᷑.† Et vr̄ ꝙ detractor non teneat᷑ ad restitutionē. Primo sic. nullus tenet᷑ ad impossibile. Sed pōt cōtingere ꝙ ille qui lesit famā alterius non pōt eā reparare.ergo non tenet᷑ in illo casu ad reparationē:sed nihil aliud est restitutio ꝙ̄ reparatio ergo nō tenet᷑ ad restitutionē. ¶ Scđo sic. Non est in ipso vt hoīes bonā opinionē habeāt de aliq̄.sed nullus tenet᷑ ad id qđ nō est in ipso.ergo null⁹ tenet᷑ ad restitutionē fame. ¶ Tertio sic.cōmittere pctm̄ null⁹ tenet᷑.qꝛ sic hō esset ꝑplexus:sȝ qñqȝ fama ablata non pōt restitui sine pctō.puta cum aliqs alicui famā abstulit Primū ar. Scđm ar. Tertiū ar.

abstulit verū dicēdo.ergo in tali casu nō tenet᷑ detractor restituere famā:quā lesit. ¶ In oppositū arguit᷑ sic.dicit᷑ prouer. Opponit i cōtrarium. xxij.melius est nomē bonū:ꝙ̄ diuitie multe. Cum ergo per detractionē auferat᷑ nomē bonū:sicut per furtū ꝛ rapinā auferūtur bona tpalia.sed auferens bona tpalia scȝ aurum:argentū ꝛ similia:tenet᷑ ad restitutionē. Non enī dimittit᷑ pctm̄:nisi restituat᷑ ablatū.vt dicit Augu.ꝛ.ſ.xiiij.q.vlt.c.j.ergo detractor tenet᷑ ad restitutionē fame:quā lesit. Eadem ratio pōt colligi
Rñdet. ex.c.deteriores.ꝛ.c.ex merito.ſ.e.q. ¶ Rñdeo dicendū sub ista cōclusione.ꝙ detractor tenetur ad restitutionē fame quam lesit ꝙ̄tū in ipso est. Ista cōclusio ptȝ ex dictis. Et ꝓbat᷑ sic.dicit enī Grego. Multū distāt dāna morū a dānis rerū corporaliū.cū ista extra nos sint:illa vero in nobis. Maius est bonū qđ est intra nos:quā qđ est extra nos.ergo q aufert illud magis tenet᷑ ad restitutionē.sed ille est detractor.ergo detractor tenet᷑ ad restitutionē. ¶ Ad rōnes ergo in oppositū dicendū
Ad primū arg. Alexander de halis. est. Ad primā rñdet᷑ negando pro parte minorē. Sicut enī dicit magister Alexand.de halis aliqd est possibile apud ipsum detractorē ꝛ aliqd impossibile. Apud ipsum est possibile bonū dicere de eo illis quibus dixit malū forte autē impossibile est
Ad scđm. ei minuere opinionē:quā illi ꝯceperūt. ¶ Ad scđam rñdetur ꝙ tenet᷑ facere qđ in se est.vñ ipse tenet᷑:vt bonū dicat sicut dixit malū,ꝛ ostēdat se deliquisse ex quo forte mutabitur opinio aliorū sicut enī exhibuit mēbra seruire iniquitati ad iniquitatem:ita tenet᷑ exhibere mēbra sua seruire iustitie in sanctifica-
Ad tertiū. tionē. ¶ Ad tertiā rñdet᷑ cōcedendo,ꝙ in aliquo casu sicut in casu posito:nō tenet᷑ quis ad restitutionē fame lese.ꝓ quo no-
S. Thom. tandū iuxta sanctū Tho.in.ij.ij.q.lxij.†ꝙ aliqs pōt alicui fa-
7 mam tripliciter auferre vno modo verū dicendo,ꝛ iuste puta cū aliquis crimē alicuius prodit ordine debito seruato.ꝛ tunc non tenet᷑ ad restitutionē fame. Alio modo falsum dicendo,ꝛ iniuste ꝛ tunc tenet᷑ restituere famā cōfitēdo se falsum dixisse. tertio modo verū dicēdo sed iniuste:puta cū aliqs prodit crimen alterius cōtra ordinē debitū,ꝛ tunc tenet᷑ ad restitutionē fame quātū pōt sine mēdacio tñ:vtpote ꝙ dicat se male dixisse vel ꝙ iniuste eū diffamauerit:vel si non possit famā restituere:
Exponit literam. tūc dȝ ei aliter recompensare. Lege. ¶ [Sūma detrahere.]scȝ
8 prelatis:qui xpi locū ꝛ vices gerunt in terris.† His enim detrahere dicit᷑ summa iniquitas respectu detractionis:qua detrahit᷑ alijs inferioribus:sicut exposuimus in questione.vel si loquat᷑ detractione in generali dr summa iniquitas:nō inten-
Hierony. siue:sed extensiue.qꝛ oēs serpit oēs inquinat.dicit enī Hieronymus.ꝙ lingua detractoris bestijs ferocitate:volucrib⁹ velocitate:serpentibus virulētia cōparat᷑.[accusare].i.infamare ꝛ est inculcatio verborū. Hu. Et ideo quidā exponūt [et] pro id est Archi. Et no.ꝙ detractores non admittunt᷑ ad accusationē eporum.iij.q.iiij.detractores. Archid. [Scriptū est].secunda pars. Scriptū est.j.Joā.iij. Omnis qui odit fratrē suū homicida est. Nō detrahit aūt qui diligit:sed qui odit detractor ergo cū aduerset᷑ charitati que ꝓximū diligit:dr homici-
9 da. Nota hic ꝙ sicut tangit᷑.de pe.di.j.homicidiorū.† Homicidiorū tria sunt genera. Unū est eorū qui manu proximū occidūt,ꝛ hoc dicit᷑ proprie homicidiū.de quo genere homicidij dicit᷑ numeri.xxv.homicida sub testib⁹ puniet᷑.scđm est largo sumpto vocabulo eorū:qui detrahūt. detractores enī fame ꝓximi occidūt ꝓximi bonā vitā.de quo puer.xviij.qui subtrahit aliquid a patre vel matre particeps homicide est. Ille enī qui patrē spūalem diffamat:vel virū virtuosum subtrahēdo sibi nomē ꝛ famā:particeps homicide est. Tertiū est eorū qui proximū odiūt:de quo est illud.j.Jo.iij. Qui odit fratrē suum homicida est. Et oīm istorū est vna pena in genere.qꝛ omnis homicida excluditur a vita eterna. Et hoc est hoc qđ sequit᷑. [Omnis homicida non habet partem in regno dei.]

Exponit literam. **Patet.** ſ.est:in quo Gratianus cōcludit ex premissis.ꝙ carnales nō possunt accusare spūales. Lege ¶ [Patet carnales].i.peccatores[ab accusatione spūaliū.] ꝛ etiam carnalium. Nam carnalis.i.malus ex toto probibetur ab accusatione nisi in criminalibus exceptis. Hug.

Continuatio. **Cum itaqȝ** hic incipit scđa pars huius.q.in qua enumerat oēs infames:qui accusare non possunt.ꝛ continuatur sic. Quia facta est mentio de infamibus qui ab accusatione repelluntur. Ideo ostendit qui ſm canones infames appellentur.ꝛ hoc ostendit.per.c.sequens.

1 ☞ Criminosi oēs hic enumerati an sint infames ipso iure.
2 Crimen capitale capitur tripliciter.

S.Thom. Thom.in.ij.ij.q.clxxxv.ar.iiij.ꝙ in qualibet obligatione precipue attendi debet obligationis finis.Obligant autem se episcopi ad exequendum pastorale officium propter subditorum salutem.Et ideo vbi subditorum exigit persone pastoris presentia:non debet pastor personaliter suū gregem deserere. nec propter aliquod cōmodum temporale. nec etiam propter aliquod personale periculum imminens cum bonus pastor aiam suam ponere teneatur pro ouibus suis. Si vero subditorum saluti possit in absentia pastoris per alium prouideri:tūc licet pastori vel propter aliquod ecclesie cōmodum:vel ꝑpter perso
August. ne periculum gregē deserere. vnde Augustinus dicit in epl'a ad honoratū. fugiāt de ciuitate in ciuitatē serui Christi.qn̄qꝫ eorum quisqꝫ specialiter a persecutoribus queritur:vt ab alijs qui nō ita querūtur:non deseraꝛ ecclia.Cū aūt oim cōe est periculum:hi qui alijs indigent non deserantur ab his quib⁹ indigētur.Si eñ perniciosum est nautam in tranquillitate nauē deserere:quāto magis ī fluctib⁹.vt dicit Nicolaus in.c.ꝑsenti.
Nic. de lyra Concordat magister nicolaus sup mat.c.x.dicens.Considerādum est,ꝙ ꝑsecutio aliqñ est ꝑsonalis : vt qñ aliquis queritur ad mortem:non qꝛ fidelis principaliter: sed ꝑpter odiū persone determinate,ꝛ tunc est fugiendū. sicut paulus querebaꝛ ad mortem in damasco : vt habetur actuū.ix. patet qꝛ alij fideles permittebantur pacifice habitare:sed querebant solum paulū interficere:ideo dimissus a fratribus per murū fugit persecutionem personalem.Aliqñ nō est persecutio persone: sed est fidei ꝛ iustitie:tūc si homo percipiat probabiliter ꝙ ex fuga sua sequatur derisio fidei,ꝛ depressio iustitie: fuga est mala ꝛ pctm̄ mortale.Si autem hoc non apparet probabiliter : sed magis cōtrariū:vtpote qꝛ ex fuga tali potest fieri alibi vtilitas eccl'ie ex remansione aūt non habetur nisi occisio ministrorū ecclesie a canibus obstinatis infidelibus, ꝛ conculcatio margaritarū. i.articulorū fidei ab ipsis:tunc est fugiendum ꝛ alibi proficiscēdum.hec nicolaus de lyra. de ista materia vide.j. satis plene.j.
Ad primū argu. c.pxi.aduersitas.¶Ad rationes in oppositum dicendum est ad primam de.c.pn̄ti patet responsio ex dictis.intelligitur eñ
Ad scōm. in casu:cum oim cōe est periculū sicut dictū est. ¶Ad secūdā de.c.io.x.dicendum:ille tanquā mercenari⁹ fugit qui cōmodū temporale:vel saltem salutem corporalem spūali proximorum preponit.ille aūt qui ad vitandum periculum recedit:absqꝫ de
Ad tertiū. trimēto gregis nō tanꝙ mercenarius fugit. ¶Ad tertiā re-
S. Thom. spondetur negando consequentiam. ꝛ est ratio iuxta sanctum Tho.qꝛ ille qui spondet pro aliquo:si per se implere nō possit: sufficit ꝙ impleat per alium. vnde prelatus si habeat impedi-
Ad quartū mentū propter quod non possit personaliter cure subditorum intendere sue sponsioni satisfacit si per aliū prouideat. ¶Ad
S. Thom. quartam respondetur negando ꝙ sit necesse talem epm fugientem ad religionis statum transire. Et ratio est iuxta sanctum Tho.qꝛ ille qui ad epatum assumitur:assumit statū perfectionis secundum aliquod perfectionis genus a quo si impediatur ad aliud genus perfectionis nō tenetur : vt scilicet necesse sit eum ad statum religionis transire : imminet tamen sibi necessitas vt animum retineat intendendi proximorum saluti: si
Exponit literam. opportunitas adsit,ꝛ necessitas requirat ꝛc.Lege.¶[Sciscitaris.conuersari.] subaudi ꝛ relinquere gregē tibi cōmissum: qꝛ adhuc non intrauerat iste monasteriū:vt ibi remaneret perpetuo:licet forte ꝑpter ꝑsecutionē se illuc cōtulisset: sed intrare volebat.ꝙ qꝛ non poterat facere sine licentia pape : ideo eū super hoc consuluit.Hug.ꝛ archi.Et nota ꝙ hic accipitur ar.
2 †ꝙ non potest quis relinquere epatum inconsulto papa. [proretam].i.gubernatorem nauis: a prora ꝙ est anterior pars nauis.hu.[in quo].ij.pars.i.in quo exemplo.hug.[vbi non].iij. pars.[non fugiamus]qm̄ qn̄qꝫ licitum est:quod patet exēplis sanctorū patrum.vnde prophetas legimus declinasse persecutoris insidias.helias enim fugit a facie achab,ꝛ abscōdit se in torrente.deinde venit ad viduam in sareptam.iij.re.xix.dauid fugit a facie saul.j.re.xxiiij.hieremias quoqꝫ fugit in egyptum hiere.xliij.dn̄s quoqꝫ aplis dicit mat.xj. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate:fugite in aliam.Petrus fugit herodis furorē actuū.xij. paulus dimissus in sporta euasit.actuū.ix.Et dominus legitur frequēter inimicorum insidias declinasse: vt qñ ꝑpter herodē fugit in egyptū.matt.ij. Et qñ de supercilio montis voluerūt eū precipitare:ab illis euasit.Luc.iiij.Et qñ reliquit iudeam ꝛ transiuit in galileam.Jo.iiij.ꝛ sic de multis alijs. Sūme eñ prudentie est pro tempore ꝛ loco pericula declinare sibi,ꝛ alijs ꝑficere:ꝗuis vbi veritas ꝛ iustitia exigit sic fortitudinis ꝛ perfectionis propter iustitiam pati.mat.v.ꝛ in hoc saluator nobis exēplum reliquit. ipse eñ mortis pericula declinauit donec venit hora eius:non fugit:sed querētibus se obtulit dicens.quem queritis.Et dicētibus Jesum nazarenū impauide respondit ego sum.Sic apostoli aliqñ mortem fugerunt,ꝛ multi alij martyres.Sed cum locus ꝛ tempus fuit mar
3 tyria sustinuerunt sponte ob multitudinē.ar.†ꝙ propter peccata nostra interdum deus barbaras nationes suscitat cōtra nos ꝛ fame ꝛ alijs molestijs facit nos affligi.ar.di.lvj. si gens. xvj.q.j.reuertimini.ꝛ.xxiij.q.iiij.si quos. [nocendi facultatem
Questio. diuinitus].i.a deo.¶Hic tam glo.ꝙ hu.ꝛ archi.monent que
4 stionem† vtrum potestas nocendi siue peccādi sit a deo. Et vi
Primū ar. detur ꝙ non.Primo sic.omnis potentia que est in nobis: aut est naturalis:aut gratie.Sed potentia peccandi non est natu-
Anselmus. ralis: patet.dicit enim Anselmus ꝙ posse peccare nō est libertas:nec libertatis pars,ꝛ tamen omnis potentia naturalis q̄ est in nobis ad agēdum actus humanos ad liberum arbitriū pertinet.Constat etiam ꝙ non est potentia gratie quia ꝑ gra-
Scōm arg. tiam nullus ordinatur ad peccatum.ergo videtur ꝙ potentia peccandi

peccādi nō sit nobis a deo.¶Scōo sic.peccare est deficere. sed posse deficere est nō posse, ꝛ priuatio potētie:sed priuatio ꝛ defectus potentie nō est a deo. ergo potētia peccandi in homine
Tertiū ar. nō est a deo.¶Tertio sic.deutero.xxxij.dei perfecta sunt opera.ergo quāto aliquid magis est perfectū: magis debet cōputari inter diuina opera:sed actus est ꝑfectior potētia:cū actus peccati nō sit a deo:videꝛ ꝙ nec etiā potētia peccādi erit a deo.
Quartū ar. ¶Quarto sic.ad opus humanū concurrunt potentia: sciētia ꝛ voluntas.sed voluntas peccandi non est a deo. ergo ꝛ eadem
Quintū ar. ratione nec potentia peccandi ab ipso est.¶Quinto gloria est ꝑfectiua,ꝛ saluatiua nature. sed per gloriam aufertur potētia peccandi.Si ergo gloria non aufert qd deus dedit:videtur ꝙ
Sextū ar. ipsa potentia peccandi non sit a deo.¶Sexto sic.potētia peccandi est potētia faciendi cōtra deum.ergo potentia peccandi inquātū hmōi aduersatur potētie diuine.Si ergo diuina potētia nihil cōtra se facit: videtur ꝙ ab ipso nō sit potētia peccan
Opponit ꝛ Rn̄det. di.¶In oppositum est litera pn̄tis.c. ¶Rn̄.dicēdum iuxta sanctū Tho.in.ij. sentētiarū di.xliiij.ꝛ concorditer quasi dicūt
S. Thom. oēs doctores potentia cognoscitur ꝑ actus. vnde ex cōsideratione actus peccati iudiciū sumēdum est de potentia peccādi. in actu aūt peccati duo sunt scꝫ substātia actus, ꝛ deformitas in actu:vel defectus debitarum circūstātiarū.vñ oportet ꝙ in potentia ipsa peccati duo attendātur.primū est ipsa potētia q̄ prin.actus.Et de ista sit ista cōclusio ꝙ potentia peccandi sit a
Prima cōclusio. deo.ista conclusio patet primo.qꝛ dicit philosophus.ꝙ potentie rationales sunt ad opposita . ergo eadem est potentia peccandi,ꝛ bene operandi.sed potētia bn̄ operandi est a deo.ergo ꝛ potentia peccandi. Secūdo sic. oē ens est a deo. sed potentia peccandi hoc modo est quoddam ens.ergo est a deo.¶Secūdo consideratur etiā impotentia peccādi defectus quidam secūdum quem actum deficientē producere pōt.potētie eñ perfectissime nunquā deficiūt ab eo:ad qd ordinate sunt: vt patet in necessarijs.vñ ꝙ potētia impediaꝛ:vel retrahatur ab eo:ad qd naturaliter ordinata est:oportet ꝙ sit ex defectu ei⁹:inquātum scꝫ alteri agenti qd impedit succumbit. vnde cū potētia voluntatis humane sit per se ordinata ad bonū oportet dicere ꝙ defectus a bono in actu eius causetur ex aliquo defectu : in ipso per quem ab aliquo vinci pōt:vel delectatione vel suggestione: vel quocunqꝫ alio: ab eo qd est naturale sibi ad id qd est innaturale trahatur.hic aūt defectus non est a deo:sed conue-
S. Thom. nit creature secundum ꝙ vt dicit sanctus Thom.ꝛ dominus
Bonauen. Bonauentura in.ij.secundum ꝙ ex nihilo est ꝛ secundum hoc
Scōa conclusio. est secunda cōclusio.ꝙ potētia peccādi prout dicit hmōi defectum ꝛ imperfectionē:nō est a deo. ista cōclusio ꝑbatur primo oē qd est in homine a deo habet exēplar in deo: sꝫ potētia peccādi inquātū importat hmōi defectū nō habet exēplar in deo: in quo null⁹ defect⁹ cadere pōt cū sit summe ꝑfectus. ergo potentia peccādi inquātum hmōi in homine nō hꝫ originē a deo ꝛ ita potētia peccādi aliquo mō est a deo,ꝛ alio modo minime. Et ꝫm hoc currunt rationes ad oppositas partes.Nihilomi-
Ad primū arg. nus rn̄detur ad rationes primas.¶Ad primā rn̄detur negādo,ꝙ potētia peccādi ꝫm ꝙ dicit ipsam potētiā que est principium actus nō sit potētia naturalis.Et ad ꝑbationē rn̄detur ꝙ posse peccare nō est pars libertatis.qꝛ nō requiriꝛ ad libertatē volūtatis:vt in peccatū possit.sed sufficit ad rōnem volūtatis:vt in vtrūqꝫ ꝯtrariorū possit. ꝗuis in his q̄ peccare pos sunt ꝑ liberū volūtatis arbitriū peccetur. qꝛ voluntas est qua
Ad scōm. peccaꝛ,ꝛ recte viuitur vt dicit augustinus.¶Ad scōam patet rn̄sio ex dictis.Concedim⁹ eñ iuxta anselmū ꝙ posse deficere:
Ad tertiū. vt defectū nominat nō est posse:nec est a deo. ¶Ad tertiā rn̄detur negādo cōsequētiā.Et ad ꝑbationem dicim⁹ iuxta san-
S. Thom. ctum Tho.ꝙ actus ꝑfectior est potētia ꝑfectiōe ꝑprij generis vñ actus bonus ꝑfectior est in bonitate:ꝙ principia bona,ꝛ similiter actus malus perfectior est in malitia ꝙ potētia mala: quia in actu est malitia simpliciter : sed in potentia ad malum secundum quid.Et ideo actus malus simpliciter nō dicitur a deo esse:sed ꝫm quid.scilicet secundum ꝙ dicit actionē:sed potētia ad malū dicitur simpliciter esse a deo, ꝛ ꝫm qd a deo non esse.Nota tn̄ ꝙ ꝑfectio in malitia nō est ꝑfectio ꝑprie,ꝛ simpl'r dicta sed trāssumptiue:sicut diximus⁹ ꝑfectū latronē,ꝛ ꝑfectionē
Ad quartū cecitatis:vt philosophus dicit in quinto metaphysice. ¶Ad
5 q̄rtā rn̄deꝛ†ꝙ volūtas dupliciter.pōt sumi vel ꝑ ipsa potētia volūtatis:vel ꝑ actu ei⁹:ꝑmo mō volūtas qua peccaꝛ a deo est ꝛ hoc mō accipiēdo falsa est minor assumpta. secūdo mō sumpta volūtas peccādi non est a deo:sicut nec potētia peccādi;vt
Ad quintū Bonauen. nominat defectū ꝑdictū.¶Ad quintā rn̄detur iuxta dn̄m bonauēturā.ꝙ gloria nō tollit potētiā peccandi: sine qua peccaꝛ: licet bn̄ tollat defectū eius,ꝛ sic quodāmodo dicitur per gloriā
Alexander tolli,ꝛ quodāmodo relinqui ꝫm distinctionē datā. ¶Ad sextam rn̄detur ꝫm eundē.ꝙ ratio nō ꝑbat: nisi ꝙ potentia peccandi ꝗtū ad defectū qui implicaꝛ nō est a deo,ꝛ hoc concediꝛ: nec etiam ꝫm hoc est potentia dicenda:sed magis impotentia etiā nō dicit positionē:sed priuationē magis.quātum vero ad id quod potentie est a deo: vt sepe dictum est. Sequitur litera [nō debeamus nos clerici.]laici eñ bn̄ possunt si hostes sunt vel ꝗuis nō sint hostes.si imperāt iniuste laici iuste cōtra eos impugnant ꝛ eos repellunt.hu.[ꝑdire]pugnando armis bellicis.hoc in nullo casu licet clericis.vt di.l.clericum.cū multis alijs.vñ dn̄s ait petro.mat.xxvj.cōuerte gladiū in vaginā:sed bn̄ alias hortari ad bellū:iustū tn̄ ꝛ cū eis esse in bello vt.xxiij. q.viij.igitur.ꝛ.c.hortaꝛ.hu. [prophetas.] Supra expositū est per multa exempla[arietes.]epos cōparat arietib⁹ : qꝛ vt fortiores debēt ouibus christi ducatū ꝑbere,ꝛ cū eis aduersitatū participes fieri:quib⁹ diciꝛ.Matt.x.Estote fortes in bello:sic iudas ait machab.iij.melius est nobis mori in bello, ꝙ videre mala gētis nostre[pastores.]Epi sunt pastores:de qbus hiere.iiij.dabo vobis pastores iuxta cor meū:scꝫ vt gregē ducāt,ꝛ dispersum aggregēt in vnitate fidei, ꝛ pacis: verboqꝫ salutis pascāt ꝛ ꝑditas querāt vt fecit ille pastor:q̄ ouem ꝑditā ꝗsiuit: donec inuenit,ꝛ inuentam in humeris portauit.mat.xviij.

1 ☞ Aduersitas siue tribulatio adueniēs hominibus an sit iudicium reprobationis,ꝙ non.nu.2.
3 Tribulatio in homine indicium est non reprobationis sed societatis ꝛ familiaritatis.
4 Aduersitas patiēter suscepta signū est diuine ꝑdestinationis.
Et signum militie christi.nu.5.
Et purgationis peccatorum.nu.6.
Et sanitatis.nu.7.
Et virtutis.nu.8.
Et accumulationis meritorum augmenti perfectionis.nu.9.
Et stimulus quidam accelerandi gressus suos ad deū.nu.10.
Et pretium quo emitur regnum celorum.nu.11.

Aduersitas. Ad idē sequitur hoc.c. qd est eiusdem gregorij. Summa est in rubro. vel est ꝙ ꝑpter aduersitatē officiū charitatis nō est deserēdū.Et pt diuidi in duas ꝑ-
Diuisio. tes.in ꝑma dicit ꝙ aduersitates ꝛ tribulatiōes nō sunt initiū reprobatiōis:sꝫ ꝑbatio veritatis.in.ij.hoc ꝑbat verū eē ī paulo.ij.ibi:quis nesciat.¶Pro pleniori ītelligētia hui⁹.c. Que-
Questio. 1 ritur sic.† Utrū aduersitas siue tribulatio adueniēs homini-
Primū ar. bus sit indiciū reprobationis.Et vr̄ ꝙ sic.Primo ex illo geñ. xlij.dicebāt fratres ioseph.merito hec patimur:qꝛ peccanim⁹
Scōm arg. in fratrē nr̄m:iō venit sup nos tribulatio. ¶Scōo ex illo ꝑs.
Tertiū ar. multa flagella peccatoris. ¶Tertio ex illo ad ro.ij.ira ꝛ indi
Opponit ꝛ Rn̄det. gnatio ꝛ angustia in oēm aiam hoīs operātis malū.¶In op
2 positū ē tex.pn̄tis.c.¶Rn̄.qd† aduersitas tpalis hoīs hoīb⁹
Prima cōclusio. nō ē idiciū reprobatiōis:sꝫ idiciū tā dignitatis ꝙ vtilitatꝫ.pꝫ ista cōclusio.Tū qꝛ aduersitas siue tribulatio est signū ꝛ indiciū diuine dilectionis.puer.iij.q diligit filiū assiduat ei flagella:vt letetur in nouissimo suo. Et apoca.x.quos amo castigo.
Scōa conclusio. 3 ¶Secūda ꝯclusio.†Tribulatio in homine indiciū est nō reprobatiōis:sꝫ societatis ꝛ familiaritatis. pater nr̄ abrahā per multas tribulatiōes amic⁹ dei effect⁹ est.Sic isaac:Sic iacob: Sic moyses,ꝛ oēs q placuerūt deo ꝑ multas tribulatiōes trā-
August. sierūt.vñ augustin⁹.null⁹ seru⁹ christi sine tribulatione est,ꝛ si putas nō habere ꝑsecutiōes nōdū cepisti esse Christian⁹.Ha-
ꝑs.xc.c. bet qdē tribulat⁹ sociū ꝛ ipm deū:q de tribulato dicit.cū ipso
ꝑs.xxxiij.d sum in tribulatiōe,ꝛ rursum ꝑpheta.iuxta est dn̄s his q tribulato sūt corde.vñ ꝛ beat⁹ Ber.Quātūcūqꝫ seuiat tribulatio nō putes te eē derelictū:sꝫ memineris scriptū eē.cū ipo sum in
Tertia cōclusio. 4 tribulatiōe.hec bernard⁹.¶Tertia ꝯclusio.†Aduersitas patiēter suscepta indiciū ē signūqꝫ diuine ꝑdestinatiōis:sicut ꝯtinuus successus tēporaliū indiciū est eterne reprobationis.Sicut eñ mactādus vitulus liber ad delectabilia pascua mittiꝛ: ꝛ reseruat⁹ ad aratrū sub iugo ꝛ vinculis retineꝛ:sic in hoībus iniustis sepe qd videꝛ esse mīa est ira, ꝛ hoībus iustis qd videꝛ
August. ira:vere est mīa:vñ augustinus.pcutis:vt sanes,ꝛ occidis nos ne moriamur abs te.Hinc multis tribulationib⁹ aspersa ē via
ꝑs.xxxiij.d electorū.ꝑs.multe tribulationes iustorū. ¶Quarta ꝯclusio.
Quarta cōclusio. 5 †Aduersitas ꝛ tribulatio est indiciū siue signū militie christi. quas si patienter qs sustinuerit gloriosus miles euadet.Hꝫ mō impator celestis de seruis ꝛ rusticis hoībus facit aliquos milites:vt puta q ꝑpter christū disponūt se ad sustinēdū viriliter
Job.vij.a. tribulatiōes ꝑ qb⁹ potissime in libro iob dr̄.militia ē vita hominis sup terrā.ꝛ paul⁹.ij.ad tit.ij.Nō coronabiꝛ:nisi q legiti-
Quinta cōclusio. 6 me certauerit.¶Quinta cōclusio.†Aduersitas homini bono est indiciū ꝛ signū purgatiōis pctōrū.ꝑs.igne scꝫ tribulatio-
ꝑs.xvj.a. nis me examinasti ꝛ nō est inuenta in me iniqtas.vñ sicut cera

igne mollificaꝛ, ⁊ veteri imagine deposita nouā recipit: sic corda tribulatione emolliūtur, ⁊ vetustatē vitiorū deponūt, ⁊ virtutū nouitatē assumūt. hic gregor⁹ ait ꝙ lima ferro: qḋ flagellū grano: hoc tribulatio iusto.

Sexta conclusio. August.

7 ¶ Sexta ꝯclusio. † Aduersitas est indiciū siue signū sanitatis. Est em̄ tribulatio quasi medicina q̄dā a summo medico ministrata. vn̄ Augustin⁹. intelligat hō medicū esse deū, ⁊ tribulationē medicamētū esse ad salutē, ⁊ nō ad dānationē. sub medico posit⁹ vreris, secaris. clamas non audit medic⁹ ad volūtatē: sʒ audit ad sanitatē. hec augustin⁹.

Septima conclusio. Hierony.

8 ¶ Septima ꝯclusio. † Aduersitas siue tribulatio est indiciū siue signū aut experimētū virtutis. ptʒ ex p̄nti tex. vbi in prin. ait. ꝙ est ꝓbatio virtutis. Et est vt dicit Hierony. tribulatio adiutrix virtutū. vn̄ hec est nutrix humilitatis: doctrix patiētie: custos virginitatis: cooperatrix eterne felicitatis.

Octaua cōclusio.

9 ¶ Octaua ꝯclusio. † Aduersitas patienter tolerata est indiciū siue testimoniū accumulatiōis meritorū, ⁊ augmēti pfectiōis. Nempe sicut martellus auri fabro cogit sub manu ei⁹ metallū extēdi: de quo vas suū ītēdit opari. ita ꝑfecto auri faber toti⁹ creature ītēdit cor hōis iusti dilatare, ⁊ extēdere: vt ī eo plura dona ⁊ bona spūalia possit ponere: ꝑ q̄ ad maiorē pfectionē ascendat, de quo ps. In tribulatiōe dilatasti mihi. i. ad vtilitatē meā.

Ps. iiij. a. Nona conclusio. Osee. vj. a. Gregorius. Ps. cv. a. Decima conclusio.

10 ¶ Nona cōclusio est † aduersitas est hōi iusto stimul⁹ qdā accelerādi gressus suos ad deū: q sanat contritos corde, ⁊ alligat cōtritiones eorū. dicēte dn̄o ꝑ oseam. In tribulatiōe mane consurgent ad me. mane inquit. i. cito festinanter: o felix necessitas q̄ ad meliora cōpellit. Hinc est qḋ dicit Grego. mala q̄ hic nos ꝑmūt ad deū ire cōpellūt. Et ps. Multiplicate sunt infirmitates eorū: postea accelerauerunt scʒ ad tutorē vite.

11 ¶ Decima conclusio est. ¶ Aduersitas est pretiū: quo emiꝛ regnū celorū. Augustin⁹: venale habeo qd: regnū celorū. quāti emitur. paupertate regnū: labore reqes: ignominia gloria, morte vita. Et in actib⁹ apl'orū dr̄ ꝑ multas tribulationes opʒ intrare in regnū celorū.

Act. xiiij. d. Ad argu.

¶ His habitis dicēdū est ad rationes in oppositū factas. posset dici, ꝙ nō militāt. qm̄ tex. nr̄ nō loquiꝛ de aduersitate adueniēte hōibus habētib⁹ bonā volūtatē. q: patiēter illam suscipiūt ⁊ tolerāt: vel pōt r̄nderi negādo consequētiā qm̄ aduersitates ⁊ flagella exhibita hic petōrib⁹ cū ordinata sint ad eorū correptionē ⁊ emendationē, ⁊ ad satisfactionē culparū indicia pietatis diuine: q̄ ꝑ flagella icitat eos ad bonū magis dicēda sunt q̄ reprobatiōis: nisi forte in obstinatis qbusdā: sicut alias diximus. s. e. q. cū pcussio. vbi tetigim⁹. Lege.

Exponit literam.

¶ [Aduersitas]. i. pſecutio: afflictio: vel alia angustia vel impedimentū aliqḋ [bonis volūtatis]. i. habētibus bonā voluntatē, ⁊ pia ꝓposita, ⁊ sctā desideria. [ꝓbatio]. i. examinatio, ⁊ experimentum virtutis cōstātie vel [ꝓbatio virtutis]. i. vt ꝓbatior ⁊ melior quis efficiatur, ⁊ appareat. s. e. q. cū pcussio. [non indicium reprobatiōis patet] clarū est em̄, ꝙ sancti viri in veteri ⁊ nouo testamēto electi ⁊ ꝑdestinati multis aduersitatib⁹ ꝓbati sunt. vn̄ ait apl's. Sancti ꝑ fidem vicerūt regna: operati sunt iustitiā: adepti sunt repromissiones: quorū aliq dissēti sunt: alij vero ludibria ⁊ verbera experti sunt. [insup ⁊c.] ad hebre. xj. Ex quo patet, ꝙ non est certū indiciū reprobatiōis aduersitas: cū tot electi ⁊ tam sancti aduersa fuerint passi. De⁹ em̄ bonis ⁊ malis immittit aduersa: bonis: vt ꝓbenꝛ ⁊ exerceantur: malis vt corrigāꝛ, ⁊ a peccatis coerceanꝛ. vt dicit Augustinus primo li. de ciui. dei. c. ix. [quis enim]. ij. pars. [paulus] de quo actuū. xxvj. [nauis cordis]. i. cōstantia fidei que erat in corde in anima. hug. vel nauis cordis integra stetit: q: per impatientiam non fuit fracta: sed integra ⁊ fortis animo semper mansit.

August.

1 Persecutio extrinseca que dicatur, ⁊ que intrinseca.
2 Prelatus propter persecutionē extrinsecā an debeat fugere.
3 Maledicentibus non debemus remaledicere.
4 Contradicendum an sit persecutoribus quando non persone sed tantum res ⁊ possessiones ecclesie queruntur.
5 Persecutionis iustorum duplex est genus.

Hoc etiam.

§. est: in quo ſm archi. incipit. ij. pars hui⁹ q̄stiōis: in qua declaraꝛ qn̄ plat⁹ debeat vel possit licite tpe aduersitatis relinq̄re subditos suos ⁊ qn̄ nō. Et cōtinuaꝛ sic ad ꝑcedētia. dictū est, s. in. c. suggestū. ⁊. c. sciscitaris, ꝙ plat⁹ pseuerare debet cū subditis tpe aduersitatis: lʒ posset qn̄q: recedere ad tempus ⁊ fugere: hic vero gratianus distinguēdo duo genera pſecutionū ostēdit: qn̄ platus possit fugere ꝑpter pſecutionē, ⁊ qn̄ nō.

Continuatio. Diuisio.

Et diuidiꝛ principaliter in duas partes. qm̄ in prima tractat de extrinseca pſecutione, ⁊ ostēdit qd iuris sit ī ea vsq: ibi, est ⁊ aliud. in. ij. incipit tractare de intrinseca, ⁊ ostendit qualiter habeat fieri vsq: in. §. cū aūt. Lege.

Exponit literam.

1 ¶ [Cum etiā.] † Nota in primis, ꝙ pſecutio alia est extrinseca alia intriseca. Extrinseca est illa que fit a saracenis: ab hostibus: q sunt ex̄ eccl'iam: siue sint nō christiani: siue christiani sʒ heretici, ⁊ prescissi. intrinseca est illa q̄ fit a subditis: de quorū peccatis affligiꝛ, ⁊ dolet plat⁹: cū eos corrigere nequit.

2 † Circa aūt istā q̄stionē vtrū plat⁹ ꝑpter pſecutionē talē extrisecā debeat fugere sic diciꝛ: aut q̄riꝛ. vtrū prelat⁹ solus aut totus clerus tm̄, aut etiā tota eccl'ia. Si vero sol⁹ platus q̄riꝛ: aut eccl'ia ꝑ aliū pōt regi: aut nō. Si pōt tūc est ꝯclusio. ꝙ tūc instāte pſecutiōe tali fugere pōt platus. ista cōclusio ꝓbatur in litera tā exēplo multiplici christi: q̄ pauli: q̄ etiā p̄cepto christi. dicentis. mat. x. Si vos pſecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliā. ꝓbatur etiā in litera eadē cōclusio authoritate augustini. isto casu etiā cedet: si vult, ⁊ etiā si nō vult ſm Innoc. ⁊ Hosti. vbi periculū ⁊ scādalū in tpalibus ⁊ spūalib⁹ imminet pōt cogi. ita ꝙ bonū cambiū alterius plature vel dignitatis sibi assignetur. ar. ex̄ de renun. nisi cū pridem. §. ꝑ graui. vt sic publica vtilitas pferaꝛ priuate. vt. s. e. q. scias. ⁊c. Jo. an. Si vero alias nō pōt cōsuli eccl'ie est ꝯclusio, ꝙ debet remanere plat⁹. ista cōclusio patet: q: vt arguiꝛ in litera, ꝙ iam nō pastor esset: sʒ mercenarius: q videns lupū veniētē fugit. Si vero esset casus, ꝙ ꝑ solū platū nō posset cōsuli eccl'ie: est ꝯclusio. ꝙ tenentur remanere aliq cū eo. Si vero oriaꝛ altercatio inter eos de remanentibus forte lis deriuaꝛ. vn̄ Augustin⁹ scribēs cuidā epō cū suo clero ⁊ populo ab hostibus obsesso cōsulenti qd deberet facere: cū esset altercatio inter clericos: q eorū deberēt exire: ⁊ q remanere. r̄ndit. si īter dei ministros inde sit disceptatio q̄ aliter nō pōt terminari quātū mihi videꝛ q remaneāt ⁊ q fugiāt sorte eligēdi sunt. Si vero nō pōt cōsuli eccl'ie: nisi oēs remaneant tūc est ꝯclusio ꝙ oēs debent remanere, ⁊ oēs se ꝑ christo morti exponere. hu. Si aūt tota eccl'ia q̄ritur: fides impugnaꝛ: tūc est ꝯclusio ꝙ prelatus nō debet fugere. Nā vbi populus q̄riꝛ ⁊ fides impugnaꝛ: debēt plati assumere arma iustitie: gladiū diuini verbi: scutū fidei, ⁊ galeā salutis, ⁊ vt dauid cōtra goliā ꝓ honore dei ⁊ salute populi se exponere, ⁊ mortem non dubitare cōueniēs atq: iustū est: vt murū se opponāt ꝓ domo dei. vnde eos q hoc nō faciūt increpat dn̄s eze. xiij. dicēs. Ve vobis: qui nō ascēdistis ex aduerso: nec vos opposuistis murū pro domo israel. i. ꝓ ecclesia: vt staretis in prelio in nomine domini [animas suas.] io. x. bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis: secundum hoc exponitur litera. [hoc] scilicet nō deserere gregem sibi cōmissum. hu. [aliqui inueniūtur] secus si nulli tales ibi inueniūtur. hu. [nec specialiter.] secus si ipse specialiter quereretur: nec per alios. Secus si per alios posset esse. Hug. [mercenarius] Jo. x. ⁊. xxiij. q. iiij. c. tres personas. ⁊. xliij. dist. c. j. hug. ⁊ archi. Cum vero specialiter queritur: vt occidatur: vel vt a fide subuertatur: fugiat si per alios potest cōsuli ecclesie, ⁊ esse tuta salus ecclesie alias nō debet fugere: sed se murum pro domo Jsrael opponere. hug. [exemplo christi.] qui ne interficeretur ab herode: fugit in egyptum per ministerium Joseph. mat. ij. [exemplo pauli qui a fratrib⁹]. ij. ad Cor. xj. [firma]. i. firmari potest, ⁊ tuta esse. Hug. [hinc ait]. i. ad significandū. ꝙ prelati in tali casu fugere debeant. hu. [ait.] discipulis. [Si vos ⁊c.] mat. x. [hinc abscondit se.] io. viij. [occasionē ire demeret]. i. auferret.

Innocen. Hostiēsis. Jo. and. Augusti.

3 Et est ar. † ꝙ maledicētib⁹ remaledicere n̄ debem⁹. ar. xxiij. q. iij. gl. illicita. hu. [ascēdāt] plati [opponāt] vt di. xliij. c. j. ⁊ eze. xiij. [aīas suas]. i. vitas suas. [⁊ h̄] scʒ qḋ dictū ē: itelligēdū est [de manifestis]. i. extrīsecis pſecutiōibus. vel hoc qḋ dictū est faciendū est a plato [tēpore manifeste pſecutionis]. i. extrinsece. Hug. ⁊ Archi.

Questio. R̄ndet.

4 ¶ Hic surgit questio † vtrū cōtradicendū sit pſecutoribus qn̄ nō persone sed tm̄ res ⁊ possessiones ecclesie querūtur. R̄ndetur. aliqui dicunt, ꝙ nō est violenter cōtradicendū. ar. ex̄ de homici. c. suscepimus. facit. xxiij. q. viij. cōuenior. in prin. vbi de hoc. Sed ꝯtrarium est verū: vt ptʒ in eo qḋ legiꝛ ⁊ no. ex̄ de senten. excō. dilecto. lib. vj. Nā ⁊ sine corporalib⁹ ecclesia non subsistit. j. qḋ. iij. si qs obiecerit. Debet ergo platus etiā pro his deferēdis se murū opponere pro domo Jsrael: exemplo beati Thome cantuarien̄. qui hac de causa martyrizatus est. ex̄ de homi. c. sicut dignum. Jo. and.

S. Thom. Cantuariēsis.

[Est ⁊ aliud] scdā pars. Incipit tractare de intrinseca, et ostendit qualiter habeat fieri vsq: ibi. §. cum aūt. postea dicit. qd iuris sit in ea: dicit ergo [aliud pſecutiōis] scʒ occulte ⁊ intrinsece: que fit a subditis ⁊ sic aperte daꝛ intelligi, ꝙ sunt duo genera pſecutionū vel etiā tangit pſecutionē ab intra doloris ⁊ cōpassionis: vnde habēs tribulationes se passum fuisse dicit apl's. ij. ad Cor. vij. qui ait omnē tribulationē passi sumus foris pugne intus timorē [apl's] hoc dicit. ij. ad Corin. xj. qui ait instantia mea quotidiana est oīm ecclesiarū: quis infirmatur, ⁊ ego nō infirmor. qs scandalizatur ⁊ ego nō vror. [Hinc ⁊ Augustinus] ps. cj. s. Domine exaudi orationē meam ⁊ clamor ⁊c. [ossa sunt fortes] fortes em̄ ⁊ robustiores in fide dicunꝛ ossa: q: portāt carnes, i. infirmos: quorū fortiū [frixoriū]. i. cruciatus et

Archid.

tus ⁊ afflictio: q: malis peccantib⁹ ⁊ infirmis scandalū patientibus boni affligunꝛ. hug. ⁊ Archi. [tantū em̄ fringitur]. i. affligitur [bonus quātū amat.] Nā quāto maiorē charitatē qs hʒ: tanto magis de pctīs affligitur ⁊ dolet, ⁊ ingemiscit. hug. [Hinc]. i. de hac persecutione occulta ⁊ intrinseca. [ps. xxxj.] scʒ in te dn̄e speraui non confundar ⁊c. Augustinus exponens illū versum miserere mei dn̄e: qm̄ tribulor: conturbatus est ira oculus meus: aīa mea ⁊ vēter meus dicit [irascitur]. i. indignatur [sed nō dedignatur]. xlv. di. vera. Hu. [peccatis palearū] id est malorū. mali dicūtur palee: q: vacui gratia ⁊ grano boni operis: vel q: ad modū palearū arsuri sunt in igne eterno: vel q: sunt leues, ⁊ faciles vēto tētationis cedentes [non tm̄ odit] nō dico peccata palearū q: illa odienda sunt [sed non odit paleas]. i. hoīes [sed odit peccata eorū] vt di. lxxxvj. [odio] homines enim non sunt odiendi: sed peccata eorꝫ. vt. xxiij. q. iiij. duo. [in quo] scʒ odio. [habētur hoīes] inquātum hoīes [extinguitur] per mortale pctm̄ [oculus] interior: scʒ ratio vel ītellectus quo aīa iusta contēplatur deū [venter] videlʒ interior: scʒ memoria ingeniū ⁊c. [accipitur] scʒ vēter [pro interiorib⁹]. i. pro hmōi viribus aīe interioribus quo interiora omnia turbanꝛ [qn̄ impij]. i. incorrigibiles ⁊ obstinati. hu. [nec corripi]. i. corrigi. nec emēdari possunt. [quibus] scʒ impijs: sic pertinacib⁹ ⁊ incorrigibilib⁹ [non clamant] scʒ alte claris ⁊ altis vocibus: sed intus ingemiscit [defecit in dolore vita mea ex abundante iniquitate malorum.] Et quare hoc dicat occulte, ⁊ cū dolore subdit [videns nō ꝑficere qḋ predicat] hoc dicit quilibet bonus platus: cū videt ex suo labore ⁊ predicatione hoīes nō ꝑficere. [Hinc idem. Augu. ps. lxix.] scʒ deus in adiutorium ⁊c. [vtrūq: genus persecutionis distinguēs] scʒ manifeste ⁊ occulte dicit [vox martyrū periclitantiū]. i. pericula patientium vel morientiū. hug. [de capite christo ꝑsumentiū]. i. bene sperātiū ⁊ confidentiū. Et accipitur in bona significatione. xvj. q. j. monachi. ⁊. s. e. q. factus. [⁊ cum illis] scʒ martyribus. Est etiam vox hoīs iusti: qui intrinsec⁹ ⁊ nō extra patiꝛ. [Cui] scʒ viro iusto. hug. [passio] scʒ intrinseca. hug. de quo inducit exemplum dicens [vt loth.] Loth exteriorē persecutionē non est passus a sodomitis: sed interiorē dolorē ⁊ cōpassionē super eorū malis Gen̄. xix. ⁊ hoc est qḋ dicit a nullo ipsum pſequēte q: nullus eū personaliter persequebatur [a malis factis eorū]. i. a peccatis

August.

5 hu. † Est ergo duplex genus pſecutionis iustorū: scʒ manifesta malignātiū que intelligitur per impetū leonum. ⁊ occulta: que designatur per insidias draconum, ⁊ cōtra vtrāq: clamabant omnes cum propheta. Deus in adiutorium meum intende.

Ps. lxix. a.

1 Malos qui non tolerat est sibijpsi testis per intolerātiam ꝙ non est bonus.
2 Pollui alieno peccato quando quis dicatur.
3 Volenti facere bonum vel malum si per eum non stat quin faciat: ei imputatur quasi fecisset.

Cum autem a vitijs.

Aliq faciūt hic. §. alij vō versum. Et videꝛ ꝙ melius dicatur versus. q: vr̄ sn̄ia vna suspēsa: vbi ostēdit magister gratianus quid iuris sit in pſecutione intrinseca q̄ fit a subditis, ⁊ hn̄ distinguit vt dicit hu.

Exponit literam.

¶ [Nō sunt deserēdi] ꝑpter bonos em̄ mali tolerātur. vn̄ mat. xiij. ne eradicareꝛ frumētū permittitur zizania [vitamus geennam]. i. magis sumus digni geenna, ⁊ grauius peccamus, q̄ hi quos fugimus. q: sic fugiendo facimus schisma. hu. [vel vincamus] per exēplū [ad geennā]. i. prestem⁹ exēplū quo trahamus eos ad eternā dānationē. sic em̄ faciēdo damus eis exēplū cōsimilia faciēdi. Et ita sumus cā: quare vincianꝛ. i. ligētur peccatis trahētibus eos ad eternā dānationē. hug. [Grego.] homilia. xxxvij. [abel.] de quo genes. iiij. [abel esse renuit]. i. assimilari abel in iustitia [⁊ merito patiētie] q fraternā pſecutionē equanimiter nō tolerat. [malitia]. i. pſecutio [cain]. i. malorū cōsilium cain.

August.

1 † Nā q malos nō tolerat ipse sibi ꝑ intolerātiā testis est, ꝙ non est bon⁹. vt. xxiij. q. iij. hec aūt vita. hu. [ferrum]. i. duricia. hu. [Lima]. i. pſecutio, ⁊ tribulatio. hic Augustin⁹ de verbis dn̄i ⁊ habetur. j. xxiij. q. iiij. tu bonus. hinc idē Augustinus maius malū in separatione bonorū cōmittimus. q: separādo nos ab eis cōmittimus schisma qḋ fore maximū malū est. xxiiij. q. j. nō auferamus. [q̄] scʒ sit malū qḋ timemus nobis euenire ex cōiunctione malorū: qḋ fugimus, iuxta hu. ⁊ glo. [tali] scʒ qui remanet in cōiūctione malorū: qui ꝑpter malos nō vult deserere bonos. sed potius ꝑpter bonos vult tolerare malos. qḋ faciendū est. xxiij. q. iiij. q̄ magnū. hu. ⁊ Archi. [nō imputas sua peccata] q: non fecit aliena [non]. i. consensum ⁊ approbationē alienorū peccatorū. [q:] ratio sequitur. [q: nō approbauit] ar,

2 † ꝙ quis dicitur pollui alieno peccato per cōsensum ⁊ approbationem: ⁊ tūc nō polluitur alieno peccato: sed ꝓprio. sed dicitur pollui alieno. i. cōsensu ad alienū peccatū. Et tali mō exponi ⁊ intelligi debet vbicūq: inuenitur tale verbū, scʒ ꝙ quis polluatur alieno peccato. vt di. lxxxvj. facientes. hu. [in vnitate.] ergo nō manet in vnitate: sʒ facit schisma: qui recedit a bonis ꝑpter malos. Et est ar. ꝙ diligenti plato: scʒ si facit ea que debet, ⁊ nihil omittit de cōtingētibus, ⁊ si aliter eueniat nō debet ei imputari. ar. di. xliij. ephesis. ⁊ di. xlvij. qḋ ad nos. [hinc idem] in psalmo. liiij. [sit bonus] platus. hu. [officio] pastorali vt deserere nō possit. i. nō debeat: cū possit ibi ꝑficere, ⁊ aliqui boni ibi sint. hu. [cupio. ⁊c.] ad phil. j. [⁊ sic]. i. crescit ei meritū

3 ex desiderio q̄si fecisset ex quo ꝑ eū nō stetit. ⁊ sic est ar. † ꝙ si qs vult facere bonū vel malū ⁊ per eum nō stat qn̄ faciat: ei imputatur quasi fecisset. ar. xxxiij. q. v. si dicat. ⁊ de pe. dis. j. si cui. [ne rumpatur charitas] hoc ad bonū platū pertinet: vt malos patiaꝛ ꝑpter bonos: vt cū bonis ferueat charitas, ⁊ inter malos patiētia exerceatur, ⁊ casui malorū succurratur [admiscet bonis.] boni em̄ cū malis ⁊ granū cū paleis admiscētur. donec in finē qn̄ separabūtur boni a malis. mat. xxv. [vt iudam] ponit exemplū de christo: qui iudā cū apl'is elegit. mat. iiij. [furē] iudas em̄ fur erat. Jo. xij. Et vt dicit Augustinus super Jo. homilia. xliij. nō solum fur: sed sacrilegus. q: fur loculorum sacrorū, ⁊ tn̄ quāuis christ⁹ cui oīa nuda sunt ⁊ aperta: vt dicit apl's ad hebre. iiij. sciret illū furē eū cū alijs ad p̄dicandū misit. mat. x. [Et eucharistiā.] mat. xxvj. [qn̄ vero] ꝓsequiꝛ aliud mēbrū distinctionis [tunc etiā corpore] non solū mente: licet recedere nō sua authoritate: sed pape. ſm eius cōsiliū debet agere si est epūs: si est ali⁹ prelat⁹ pōt recedere authoritate sui maioris, ⁊ nō aliter: nisi forte sit secularis cleric⁹, ⁊ velit intrare monasteriū. hu. Cōcor. Lau. ⁊ hec est tutior via. licet alij dicāt ꝯtra: q: litera loquiꝛ indistincte [sic beatus benedict⁹.] certe laudabiliter bn̄dict⁹ illos deseruit. Tū q: illi oēs mali erāt. Tū ne propter presentiā ac ꝓsidētiā scti quorū erat dissimilis vita deteriores fierēt vn̄ eccl'iastici. xxv. melius est cōmorari cū leone ⁊ dracone: q̄ in domo seu cōgregatione nequā. Tū q: illi oēs insidiabanꝛ sanctū ad mortē: quā euitare tenebatur: vbi ex morte sua nō sequebatur bonū: sʒ malū. scʒ homicidij crimē. vnde sequiꝛ [quos in necem suā vnanimiter viderat cōspirasse] de qua historia fit mentio infra. xviij. q. ij. §. ecce in toletano. hug.

August. Lauren.

Ibi.

Inducit. c. hoc ad probādum qḋ dixerat. Et est beati gregorij. ij. li. dialogorū. Sūma. qn̄ simul reperiunꝛ in vna cōgregatione boni ⁊ mali prelatus ꝑpter bonos debet tolerare malos vbi vero cōtingeret ꝙ oēs forent mali ⁊ obstinati: ita ꝙ de illorū correctione fructus non speratur: pōt illos deserere, et ad alia loca se trāsferre: vbi fructū deo valeat ferre meliorem.

Diuisio.

Et diuiditur in duas partes. in prima ponit qḋ dictū est. in. ij. inducit ad illud exemplū de beato paulo. ij. ibi: vn̄ quoq:. ista satis patent ex dictis. s.

Exponit literam.

¶ [Ibi portandi]. i. tolerādi a prelato. hu. [mali] subditi. hu. [boni.] q: ꝑpter bonorū salutē, ⁊ eorum qui parati sunt ad correptionē nō debet pastor gregē deserere ꝑpter malos. [deest]. i. nullus speratur [superuacuus.] q: nō ꝑficit, ⁊ frustra cōsumitur: vt dis. xlv. q syncera. ⁊. xvj. q. j. si oīa. hu. lau. ⁊ archi. Et tūc in hoc casu qn̄ oēs sunt mali ⁊ de correptione eorū nullus fructus speratur: a consortio taliū fugiendum est: exemplo loth: qui dum non posset sodomitarū compescere malitiā: a dn̄o sibi consultū est, ꝙ inde fugeret, ⁊ in mōte per virtutum eminētiam ⁊ in ciuitate parua per humilitatem se saluaret. gen̄. xix. [maxime. si cause]. i. materie. hu. [sepe agitur] in aīo pfectorū. sic em̄ dn̄s apl'is ꝑcepit. matt. x. ⁊ luce. x. ꝙ cū venissent in aliquā ciuitatē: que si nō recepisset eos: nec vellent audire sermones suos, ꝙ eis relictis indeq: exeuntes in alia loca se cōuerterent: vbi fructū afferrent [quibus dominus ait] io. xv. Ego elegi vos, ⁊ posui vos: vt etatis ⁊ fructū afferatis, ⁊ fructus vester maneat. in quo docentur prelati, ꝙ vbi nō recipiuntur ⁊ pre malitia subditorum: qui eorum sermones ac correctiones non audiunt: sed contemnunt: non valent fructū afferre: tunc possunt inde recedere, ⁊ alibi cōuolare: vbi fructificent. sed hoc prius papa consulto: si epūs est. Si vero inferiores licentia habita suorū superiorū nisi velit ad religionē conuolare, vt dictū est. s. [vnde]. ij. pars. [paulus, predicator.] predicator ⁊ doctor gentium in fide ⁊ veritate: de se fatetur. prima ad tit. ij. [dissolui.] ad phili. j. [Qui certamina passionū] vnde gaudens dicebat. iij. ad ti. bonum certamen certaui: cursum consummaui. Laudat etiam sic certantes. ad heb. x. magnum certamen passionis sustinuistis. [damasci.] actuum. ix. paulus omnino timore nudus emissus in sporta euasit [mortem timuisse]. i. propter timorem mortis hoc fecisse [testatur appetere] qui dicebat. O infelix: quis me liberabit de corpore mortis huius, ⁊ ad phil. j. dicebat mihi viuere christ⁹, ⁊ mori lucrū. sʒ tūc

mortem fugit zelo,⁊ amore proficiendi eis quib⁹ christũ ꝑdicabat:donec instaret tempus resolutionis sue.vnde ad phil.j. cũ dixisset cupio dissolui,⁊ esse cũ christo:subiecit desideriũ proficiendi subditis,⁊ operandi fructum:dicēs. permanere autem in carne ꝑpter vos.scilicet necessarium ⁊ vtile est:propter vos scilicet instruendos et confirmandos in fide ⁊ charitate [clau-
a stra.]ᵃ.i.clausa loca.

a ¶ Claustra claustrũ aliquñ ē monacho loco carceris.pe.de anc.i.c.vt fama.nu.3.de sen.ex com.

1 ☞ Episcopo mortuo ⁊ ad vitam resuscitato an sit restituenda ecclesia.
2 Episcopus vel sacerdos recuperata sanitate an possit celebrare officium misse cui non renũtiauit: sed propter egritudinem supersedit.
Et quid de eo qui tangitur a demonio.nu.3.
Et quid de alijs egritudinibus.nu.4.

¶ Questio.ij.

Quod autem. Hic intitulatur.ij.questio.scilicet an eps recuperata sanitate possit repetere cathedram:cui causa egritudinis renuntiauit. Ad quam questionem respondent ꝙ nõ. Et responsio est bona: quia semel cessit iuri suo ⁊ abrenũtiauit.ar.s.e.q.i.quā periculosum.⁊.c.hoc nequaquam.

Opponit ĩ cõtrarium.

Sed arguitur contra ex.l.legatus.ff.de offic.presid.vbi enim dicitur.ꝙ preses vel rector prouincie abdicando.i.abrenũtiando dignitati non amittit imperium.

Scda opp.

¶ Secundo ex illo.xviij.q.ij.consaldus.vbi habetur,ꝙ licet consaldus renũtiauit:fructus tamen sanitati recepit.

Respõdet.

Ad ista respondetur iuxta Hug. ad primā ꝙ illud intelligit si princeps voluerit. Et sic nõ obstat. Ad secũdā rñdetur quidquid dicant aliqui alij ꝙ factum consaldi fuit reuocatũ:qr furore passionis erat mēte alienatus tpe quo renũtiauit. Et ideo illa renũtiatio nulla fuit. Sed iste eps de quo agitur in themate: erat sanus mēte,⁊ cũ deliberatione renũtiauit ꝭm hug.⁊ ber.⁊ archi.vnde cũ iste renũtiauerit:non põt repetere qd̃ suũ nõ est:sed alterius. cũ repetitio sit rei ꝓprie,⁊ nõ aliene.vnde in casu isto iam mortu⁹ reputat̃ quo ad illā eccl'iam. Aliud esset si ille nõ renũtiasset:aut p superiorē non fuisset depositus:qr tũc repetere posset. ¶ Sed hic surgit

Questio. Rñdet.

1 questio† vtrũ epo mortuo.⁊ ad vitā resuscitato:sua eccl'ia sit ei restituēda. ¶ Ad hāc rñdetur p distinctionē. Aut eñ ante resurrectionē eius fuit alius in eccl'ia ordinatus eps,⁊ tũc est cõclusio ꝙ talis resuscitat⁹ ad eccl'iam suā restituēdus nõ est: ne sint duo epi in vna eccl'ia.s.e.q.sicut vir. Laudabile tñ esset vt de eadē eccl'ia ꝓuideret̃ ei de victu. Si vero resurrexit antequā alius esset ordinatus:tũc est cõclusio,ꝙ de rigore iuris aut necessitate nõ põt repetere:qr sicut in matrimonio carnali soluitur matrimoniũ p mortē,⁊ soluta est vxor ꝭm aplm.j. ad Cor. Sic in matrimonio spũali per mortē epi solutũ est debitum et ius qd̃ in eccl'ia habebat. de benignitate tñ attento ꝙ si prius fuit bonus:nũc melior eēt:tũc ꝑpter reuerētiā miraculi posset iterũ eligi,⁊ iterũ prefici. verũ qr raro cõtingit ad hoc iura nõ legũtur adaptari. Verũqꝫ superioris q̃stionis.ij.solutio satis patebat ex precedētib⁹ capl'is in prima q̃stione. Et ꝑsertim ex illis.q̃ piculosum. Et hoc nequaq̃.ideo voluit gratianus allegare in hac q̃stione.sed statim subdit incidētē questionē dicēs.

Questio.

Celebrationē vero. Et hec est incidēs questio quā gratianus
2 tractat. scꝫ an.† Eps vel sacerdos recuperata sanitate possit celebrare officiũ misse cui nõ renũtiauit:sꝫ propter egritudinē supsedit.

Rñdet. Prima cõclusio. Scda cõclusio. Tertia cõclusio.

Ad hāc rñdet̃ sub trib⁹ ꝯclusionib⁹.prima est,ꝙ si talis laborauit morbo caduco ⁊ curatus est oĩno ꝙ põt celebrare missam. ¶ Secũda ꝯclusio ꝙ si talis nõ est curat⁹ dꝫ oĩno ab officio misse cessare. ¶ Tertia ꝯclusio est ꝙ si tali raro accidit talis ĩfirmitas: tũc distinguit̃ iuxta hu.ber.⁊ gl.ꝙ aut accidit ei cũ spume iactatiõe,⁊ vocis cõfuse emissione,⁊ tũc est ꝯclusio ꝙ in eo casu oĩno cessare dꝫ a celebratiõe:vt.j.c.ij. aut non accidit ei sic,⁊ tũc est ꝯclusio,ꝙ in eo casu nõ ꝓhibet̃ a celebratione misse:vt innuit̃ expresse ex primo ⁊.ij.casu.dũ tñ post se habeat aliquē sacerdotē:q cepta officia suppleat: si ille iterim deficiat vel ad terrā collidat: idē credo dicit hu.de eo q q̃nqꝫ tāgit̃ furore vel ĩfamia vel aliquo morbo: vñ reddat̃ amēs:vel mutus

Questio. Respõdet.

3 vel ad terrā collidat. ¶ Surgit qd̃† de eo q tāgit̃ a demonio. Ad hanc rñdet̃ iuxta hug.ꝙ ex toto dꝫ cessare ab officio quo-

Questio. Rñdet.

4 usqꝫ ex toto liberetur.vt.dis.xxxiij.c.cõiter. ¶ Surgit qd̃† de alijs egritudinibus quibus videmus cõtinue hoĩes laborare. Rñdet̃ ꝙ licet ex toto nõ sit liberat⁹:licite põt cātare ⁊ celebrare:dũmodo nõ sit nimis debilis:vel timeat vomitum.ꝭm hu.

1 ☞ Morbum caducum qui frequēter patitur abstinere debet a ministerio ⁊ celebratione missarum.
2 Electio alicuius si fuerit causata: propter infirmitatem morbi epileptici:talis vlterius eligi non debet.

In literis. Inducit ad ꝯfirmationē rñsionis grãnus sequētia capl'a q̃rũ hoc ꝑmũ est Alexādri scdi.

Casus.

Casus est. Quidam ꝑsbyter isti⁹ archiepi cui scribit papa:morbo caduco laborabat,⁊ quadā die in ꝑñtia ipsi⁹ archiepi illo morbo arrept⁹ cecidit:q̃ de cā celebratione misse ei interdixit. Cõsuluit tñ papā:qd sibi eēt agēdũ in tali articulo,⁊ p eũdē ꝑsbyterum misit lr̃as de isto fctõ dño pape:nũc papa rescribit ei,⁊ dicit.ꝙ si frequēter hoc ei accidit ex toto cesset a celebratiõe misse. Si vero p dei grãm cõualuerit licite exequat̃ suũ officiũ: cũ talis infirmitas sit pena,⁊ non culpa.

Diuisio. Exponit literam.

Et ita capl'm diuidit̃ in duas ptes.in ꝑma ponit̃ ꝯsultatio.in.ij.ibi:qr ideo. Lege. ¶ [In literis tuis ꝯtinebat̃]ista sunt verba Alexādri: sꝫ sequētia sunt verba Archiepi apposita in literis:quas dño pape miserat,et papa nunc recitat ea in rescripto,⁊ durat vsqꝫ ibi. Quia vero. Et exinde vsqꝫ in finē sunt verba Alexādri rñdētis ꝯsultationi illi⁹.hu.⁊ archi.[Qr vero]verba sunt Alexādri.[Languor in culpa nõ est].i.nõ est culpa[sed pena].iij.qd̃.ix.iudicas. Et ideo inde puniēdus nõ est. Sic eñ pena verteret̃ ei in culpā,⁊ pena pene adderet̃ qd̃ nõ est faciēdũ.vt di.v.cũ enixa.⁊.s.e.qd̃.cũ pcussio.⁊ ex̃.de cle.egro.ex pte.[Cõsulimus ꝙ si frequēter.]
1 salubre ꝯsiliũ est† ꝙ q morbũ caducũ patit̃ frequēter,ꝙ abstinere debeat a ministerio ⁊ a celebratiõe missarũ,⁊ hoc pp multas causas:primo ꝑpter reuerentiā tāti sacramēti:ne illo cadēte in terrā corpus christi irreuerēter in terrā cadat,⁊ sanguis spargatur:cum corpori ⁊ sanguini iesu christi cultus latrie debeatur.phil.ij.dedit illi nomē:qd̃ est sup oē nomē: vt in nomine iesu oē genu flectatur celestiũ terrestriũ ⁊ infernorũ. ¶ Secũdo ꝑpter scādalũ ⁊ horrorē:debet eñ missa sacerdotis audiri cũ magna deuotiõe: qr sine dubio ꝑturbaret̃ ĩ populo audiēte missam ꝯtingēte illo casu. Et id̃ bñ dicit papa. ꝙ indecēs ē ⁊ ē cā scādali infirmis.vt di.xxxiij.vsqꝫ adeo.hu.⁊ lau.

Lauren.

¶ Tertio qr nõ semp sacerdos q hũc morbũ patit̃ habet sacerdotē q ei assistat,⁊ tũc posset esse ꝙ cõsecratiõe facta corporis christi: caderet ante sanguinis cõsecrationē,⁊ sic remaneret incompleta consecratio:qd̃ fieri nõ debet. Tutũ igit̃ ⁊ sanctũ cõsiliũ talem oĩno in illo casu abstinere a misse celebratione:si conualuerit.

Questio. Rñdet.

Sed hic surgit qd̃.qualiter scietur. Rñdet̃ iuxta hu.⁊ lau. ꝙ scietur per hoc:si diu stetit ꝙ non laborauit tali morbo.qr p annũ:p duos vel tres:vel alia indicia:que medici melius nouerunt.hu.⁊ archi.[q̃nquidē].i.qr nõ interdicimus.qr pro pena egritudinis corporalis vel etiam alia nõ est quis puniendus. ar.di.v.cũ enixa.⁊.s.e.q.i.scripsit ⁊.c.põtifices.

Questio.

¶ Sed hic surgit q̃stio.qr videtur hoc contradicere ei:qd̃ no.ex̃.de elec.cũ in-
2 ter canonicos.in gl.vbi habetur.†ꝙ si alicuius electio fuit causata ꝑpter infirmitatē morbi epileptici talis vlterius eligi nõ deberet. Et ad hoc inducitur.e.ti.c.super eo.⁊.c.gratum.de postu.prela.

Rñdet.

¶ Sed ad hoc respõdetur iuxta arch.ꝙ aliud est in crimine:in quo casu intelligũtur ille decretales.gratum.⁊.c.super eo.⁊ aliud in infirmitate.licet eñ cõstet,ꝙ ꝑpter infirmitatem sit repulsus:qr tũc ea laborabat nõ ꝑpter hoc iterum repellitur:nisi iterũ ꝓbaretur. Et ideo bene papa mādat inquiri in illa decretali.cum inter.vtrum ille electus laboret morbo tali. Et est ratio diuersitatis inter crimen ⁊ infirmitatem.quia criminis infamia concomitatur etiam post sanationem.i.post penitētiā.j.q.j.ventum.de quo no.vj.qd̃.c.ij.ꝭm Innoc.

Innocen.

vnde si semel fuit repulsus ab electione ꝑpter criminis infamiam,⁊ si iterum eligatur iterũ repelletur,⁊ sic loquũtur ille decretales. gratũ.⁊ super eo.vt predixi:infirmitas vero tēporalis est. Nā hec infirmitas etiā per lapsum anni extinguitur.xxxiij.di.cõiter. Sed delictum de quo decretales loquũtur magis augmentatur.ex̃ de cõsue.c.vltimo.vnde licet semel repulsus fuerit ꝓpter hoc modo repellitur: nisi iterum ꝓbetur, ꝙ nũc laboret, ꝙ potuit esse,ꝙ tunc erat infirmus modo non est:vt hic dicit.

Guil.naso Hostie.

Et hanc sententiam fouet gui.naso.goff.⁊ hosti.⁊ Inno.in dicta decre.cum inter. Tene ergo ꝭm goff.ꝙ tale vitiũ: seu impedimentũ:vel defectus de quo alias actum fuit:iterũ debet probari:vt patet in dicta decretali.cum inter. in fi.vbi mandat inquiri.an qui alias fuit repulsus laboret adhuc illo vitio.vt patet ibi in ver.sufficienter.⁊ Archi.

1 ☞ Episcopus qui habetur suspectus de morbo caduco qualiter expurgetur.
2 Multa sunt facienda vel omittenda ratione vitādi scandali.
3 Visitatores plures simul dari possunt vni ecclesie.
4 Inquisitio facienda est diligenter in magnis rebus.

Suspectus

5 Suspectus de enormi crimine quāuis accusator deficiat ⁊ mala fama non subsit cogitur tamen seipsum purgare.

Nuper. Ad idem inducitur etiā hoc.c.qd̃ est gelasij pape. Sũma.†Episcopus qui de morbo caduco suspectus habet̃ nec inde conuincitur se per.xx.dies carnibus indifferenter vtendo expurgare cogitur.

Diuisio. Exponit literam. Casus.

Et diuiditur in tres.in prima ponũtur denũtiatio,⁊ visitationis cõmissio.in.ij.accusati negatio,⁊ inquisitionis cõmissio.in.iij.iniũgitur purgatio.ij.ibi: verũ.iij.ibi: qd̃ tñ. Lege. ¶ [Nuper]litera plana est. Et fiet assignatio casus q talis est iuxta hug. Quidā clerici de foro populē.ecclesie ⁊ duo laici adierũt gelasiũ papā,⁊ ei significauerũt,ꝙ eps eorũ laborabat morbo caduco: asserentes ꝙ volũtate ipsius epi talia ꝓposuissent. Gelasius hoc credēs: curā ⁊ visitationē illi⁹ ecclesie cõmisit istis duobus epis:vt essent infirmo coadiutores. Et postea accessit eps ille ad papā gelasiũ. Et cepit ea asserere esse falsa: que de eo dicta fuerant. Scribit ergo gelasius istis duobus episcopis,⁊ recitat eis totam facti seriem:scilicet:qualiter illi clerici ⁊ laici venerunt ad eum,⁊ committit eis cognitionem huius rei:scꝫ vt cognoscant:an ita sit verũ sicut dicebatur de epo,⁊ si alias nõ põt ꝓbari ꝑcepit:vt in tali ꝓbatiõe habeatur p.xxx.dies,⁊ vescatur carnibus. Seqtur litera.[eli-
2 sum.]ad terrā cadēdo.hu.[scādalũ]ar.†ꝙ ratiõe vitādi scandali multa sunt faciēda:vel omittenda q̃ alias nõ deberēt fieri vel omitti.ar.di.xxxiij.vsqꝫ adeo.⁊ di.l.vt cõstitueretur.Hug. [firmarēt.]

Questio. Rñdet.

¶ Hic surgit qd̃.quomodo papa ita cito credidit illis. Rñdetur iuxta hu.ꝙ forte verosimilia habuit indicia:vl' forte scripsit istis epis sub cõditione:scꝫ vt redderēt ibi visita-
3 tionē:si ita esset vex vt sibi notificatũ erat. Et nota hic† ꝙ plures visitatores possunt dari simul vni ecclesie.ar. hic ⁊ di.lxiij. plebs.⁊.xij.q.ij.vulterane.hu. [direximus.] olim cũ illi clerici ⁊ laici venerũt ad nos,⁊ vobis visitationē illius eccl'ie cõmit
4 timus[fide].i.veritate.rerũ solicitissime.ar.†ꝙ in magnis rebus diligentior fienda est inquisitio.vt.xlij.dist. quiescamus.⁊ lxj.di.miramur.glo.[repente.collapsus.voces ⁊c.] Oĩa ista indicia sunt epileptici morbi: vt dicit.hu.[queratur].i.inquirat̃ a vobis.hug.[qd̃ tñ.]scꝫ ꝙ sic:vel sic sibi cõtingeret:nõ possit: qr forte nõ apparēt testes.hu.[dicat̃ ab epo.]Nam si ab oĩbus diceretur sufficeret,⁊ alia ꝓbatio:vel purgatio nõ indiceretur vel põt legi.dicatur:ab oĩb⁹. Nā ꝑpter rei excellētiā q̃uis al's secus esset hic indicta est purgatio:siue ꝓbatio: q̃uis actor de
5 ficeret,⁊ fama nõ esset cõtraria. Et est ar.†ꝙ quis suspect⁹ de enormi crimine:q̃uis accusator deficiat ⁊ mala fama non subsit:cogit̃ tñ se ipm purgare.ar.xxx.di.c.vltimo.hu.ar.ad idem. ij.q.v.oĩbus.archi.[posse sufficere.] qr fama erat ꝯtra ipsum: ⁊ alia q̃dā indicia. Ber.hispa.archi.

Archid. Bernard⁹. hispanus.

Sed certũ manifestũqꝫ documētũ putādũ est posse sufficere. sic repetēda est constructio. Et vocat hic manifestũ documētũ ꝓbationē q̃ sequit̃:vel forte iuramētũ:qd̃ voluit eũ prestare preter sequētē ꝓbationē.hug. sed primum tenet. Lau.⁊ ber.hispa.⁊ archi.[indifferenter vti carnibus.]

Lauren. Questio. Rñdet.

Surgit questio.quare.voluit papa:vt vteretur carnibus. Respõ.iuxta hug.ꝙ ideo qr forte non est aliquis morbus cui aliqua caro nõ sit contraria,⁊ nociua. voluit ergo papa: vt vteretur omnibus carnibus ⁊ sic vteretur aliqua ꝯtraria ⁊ nociua illi morbo,⁊ sic ille morbus excitaretur ⁊ appareret:si quoquo modo latebat tunc temporis.

¶ Causa.viij.

Continuatio. Exponit literam.

1 ☞ Consentiens electioni canonice de se facte aut prouisioni an faciat melius:quam qui eam recusat.
2 Eligere an quis se possit in episcopum.
3 Renuens pascere gregẽ dñi cum possit,⁊ sit dignus peccat.
4 Contrariorum duorum q vtrunq3 sit bonum.

IN scripturis. Ad idem sequit hoc.c. qđ est Gregorij in registro.Summa est in rubro:videl3 q sicut locus regiminis desiderantibus est negãdus:ita fugientibus est offerẽdus. Quidã enim cum vocabãtur ⁊ postulabãtur ad epatum ⁊ solicitudines pastorales recusabant illa dicentes:se potius velle vacare quieti,⁊ contẽplationi,qđ etiã beato Gregorio significauerũt:quibus Gregorius scribit, ⁊ dicit eos ob hoc dignius venire ad epatũ. Et inde sumpta occasione ostẽdit authoritate apostoli Pauli ⁊ Hieronymi, q nemo debet se ingerere honori,⁊ importune eum petere.sed si credit se dignum, ⁊ ecclesiã indiget,⁊ ipse inuitatur:nõ d3 recusare.⁊ hoc ostẽdit exẽplo Christi ⁊ exẽplo esaie.

Diuisio.

Et diuidit hoc.c.in duas partes.In prima cõmendat eos qui ad epatum veniũt vocati ostendendo nullũ debere se ingerere. Et in scða ostendit,q vocatus nõ debet pter particulare cõmodum pastoralẽ solicitudinẽ recusare.scða ibi:rursus idem egregius.

Questio.

1 ¶ Pro pleniori intelligẽtia huius.c.queritur.† Utrũ melius faciat qui cõsentit electioni canonice aut puisioni de se facte:q̃ qui eam recusat.

Primũ ar. Scðm ar.

Et videtur q sic. Primo ex pñti.c. ¶ Secũdo ex illo beati Gregorij.xxij.moraliũ.potestas cũ percipitur nõ ex libidine amãda est:sed qñ aliqs pter canonicã electionẽ epalem dignitatẽ adipiscitur:nõ percipit eam ex libidine.ergo debet eam amare.nõ ergo debet eam recusare.

Opponit i cõtrarium. Respõdet.

¶ In oppositũ videt qđ idem Grego.ait.xxviij.mora.q prelatio per meliorẽ intentionẽ fugiẽda est. Respõ.dicendũ est sub distinctione. Nam in eo qui electioni canonice de se facte cõsentit considerari precipue debet:

S.Thom̃.

vt dicit sctũs Tho.in quolibeto quinto.qd intendat.Si em̃ intendat aliquid tẽporale:puta honorẽ:diuitias excutere se a iugo religionis:aut aliquid hmõi tũc est cõclusio,q cum manifestũ sit,q praua sit talis intentio:melius esset non assistere.Si aũt intẽdit profectũ ecclesie:sic planũ est,q est bona intẽtio ſm illud apl'i prima ad Ti.iij. si qs epatum desiderat bonũ opus desiderat. Tamẽ sciendum est,q ad hoc opus requiritur maxima idoneitas:

Gregorius.

q: vt Gregorius dicit in pastorali.tantum actionẽ populi debet actio trãscendere presulis: quãtũ distare solet a grege vita pastoris.ad qđ humana fragilitas ſm proprias vires sufficiẽs non est ſm illud apl'i.secũda ad Corin.j.ad hoc quis tam idoneus sed tamẽ ex auxilio gratie diuine homines idonei ⁊ sufficientes redduntur : sicut ipse postmodũ subdit.idoneos nos fecit ministros noui testamenti.potest ergo laudabiliter cõsiderans propriũ defectũ ex humilitate officiũ prelationis recusare:sicut Hieremias fecit:vt habetur in presenti.c.dicens.nescio loqui:quia puer ego sum. potest etiã laudabiliter cõsentire ex charitate fraterna : vt salutẽ proximorũ procuret sicut Esaias fecit:vt habet in.c.presenti qui dicit ecce mitte me.

Grego.

Sed sicut Gregorius dicit in pastorali in vtroq3 est subtiliter intuendũ:quia ⁊ is qui recusauit plene non restitit,⁊ is qui mitti voluit ante se per altaris calculũ purgatũ viderit:nẽ ante non purgatus adire quisquã sacra ministeria audeat:aũt q superna gratia eligat sub humilitatis specie superne dispositioni contradicat.Quia ergo valde difficile est purgatum se quemlibet posse cognoscere:prelationis officium tutius declinatur:non tamen pertinaciter:cũ ad suscipiendum hoc superuacua voluntas cognoscitur. Ex his potest capi intellectus illorum verborũ:que dicere potest episcopus cum interrogatur si vult accipere episcopatum:sc3 nolens volo.i.nolens:sc3 preesse.volo.i.consentio.⁊ volens:sc3 prodesse nolo:vt presim simpliciter hoc est dicere:cõsentio electioni in me celebrate:non vt ex arrogantia presim:sed vt possim prodesse simpliciter. De hac materia satis not. Innocen. extra de elec.c.cum in iure.in glo.⁊ Archi. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in principio.

Ad primũ argu.

Ad primum de.c.presenti responsio ex dictis patebit etiam in expositione litere.

Ad scðm.

¶ Ad secundam de Gregorio respondetur iuxta sctm̃ Tho. q verbum

q verbũ Gregorij nõ d3 sic intelligi potestas cum ex libidine nõ pcipitur amãda est:sed ita ptãs cũ pcipitur nõ est amanda ex libidine.Subdit em̃:sed ex longanimitate tolerãda.

Ad tertiũ.

¶ Ad tertiã rñdetur,q melior est intẽtio plationẽ fugiẽtiũ ſm proprium desideriũ:dummodo nõ assit necessitas ex parte imponẽtis hoc onus.

August.

vñ Augu.dicit.xix.de ciui.dei.superior locus sine quo regi ppl's nõ põt. Et si ita teneat vt decet:tñ indecẽter appetitur. Otiũ em̃ sctm̃ q̃rit charitas veritatis negotiũ iustũ suscipit necessitas charitatis.

Exponit literam.

Lege. ¶ [In scripturis vestris]quib⁹ excusatis vos:ne officiũ epale assumatis [congrue venisse]p noĩationẽ,⁊ electionẽ eo⁊ q eos postulabãt vel venisse.i.vos dignos esse:vt veniatis. Hug.[desiderãtibus] ambitiose sc3:vt presint.⁊ ideo importune se gerentibus. [fugiẽtibus].i.recusantibus.Hu.[sicut scriptũ est]ad Hebre.v. [ne quisq̃ assumit sibi honorẽ]sc3 a se:vel sua authoritate:qm̃

S.Thom̃.

vt dicit pulchre sctũs Tho.in expositione.hoc em̃ est ɔ̃ naturã,q aliqs pducat se ad statũ altiorẽ:sicut aer nõ facit seipm̃ ignẽ:sed fit a superiori.vñ disciplina dei non h3, q quisq̃ sibi sumat honorẽ fauore:pecunia:potẽtia. Amos.vj. In fortitudine em̃ assumpsimus nobis cornua.Osee.viij. Ipsi regnauerunt nõ ex me:sed debẽt vocari sicut aaron.Exo.xxviij.applica ad te aaron. Et ideo dñs confirmauit sacerdotiũ eius sicut pt3 Numeri.xvij.per virgã q̃ floruit. Tales ergo debent assumi:qui nõ ingerũt se.vñ antiqtus signo visibili ostẽdebantur sicut pt3 de beato Nicolao ⁊ alijs multis. Sed hic surgit vna

Questio.

2 qđ.† vtrũ in casu aliquis põt se eligere in epm̃.Ecce casus est. Tota ptãs eligẽdi cõmissa est vni,⁊ iurat q eliget meliorẽ de illa eccl'ia:inuenit se meliorẽ esse:nũquid in hoc casu põt se eligere. Et vr̃ q sic rõne iuramẽti:qđ nõ videt ex pñti.c.⁊.j.e.q. qui epatum.⁊.xxiiij.q.j.dicimus.

Rñdet.

¶ Rñ.dicit Augu.⁊ ego ita credo,q non debeat se eligere:nec ex illo iuramẽto tenetur ad hoc cũ in illo iuramẽto nõ plus cõprehendat q̃ demãdantes intellexerũt.ar.xxij.q.v.quucũq3. Ipsi aũt psonã eius exceperunt eoipso q electorẽ[a] eũ cõstituerunt.ſm Hu.Nota etiã de hac qõne in glo.in.c.cum in iure.de elec.[⁊ rursus] scða pars. quasi dicat,q qs d3 refugere ⁊ recusare sed nõ oĩno.⁊ hoc ostẽdit multiplr̃ egregius pdicator sc3 paulus.j.ad Cor.v.dicit. [si vnus].i.vnicus ⁊ singularis sc3 xps qui sine pctõ ⁊ cã pcti fuit pro oĩbus general'r q̃tũ ad sufficientiã : q̃tũ em̃ in se fuit oĩbus sufficiẽs causa salutis.Et q: oẽs per eũ possunt saluari si velint.Hug.[mortui sunt].i.mori debent pro eo si opus est. [et].i.sed hoc est verũ[supest].i.seqtur[⁊ qui viuũt] vita corporali [iam nõ sibi].i.sue priuate voluntati:siue suo arbitrio. [viuãt sed ei].i.volũtati eius sc3 xpi:vocãtis ad regimen sue ecclie.Hu.⁊ Archi.[⁊ pastori].i.petro.cui inqt Jo.vlti.pasce

a ¶ Qđ electorem.Eligere secũdũ deum et ſm ɔscientiam an possint separare. Pe.de ancha.in.c.cõstitutis.nu.3.de appel.

3 oues meas.ostẽdit se minus amare.Et est arg.† q qui renuit pascere gregẽ dñi cũ possit,⁊ sic dignus peccat:q: nõ videtur habere amorẽ dei.vt hic dr̃.[Si em̃ vnigenitus]tertio arguit ad idẽ exẽplo xpi.[de secreto patris].i.de celorũ habitaculo: vbi deus pater inuisibiliter nobis residet:ſm illud Matt.vj. Pater nr̃ qui es in celis:vel [de secreto].i.de secreta substantia patris.i.cũ esset in eadẽ substãtia inuisibili cũ patre:suscepit visibilẽ nostrã mortalitatẽ:q̃si de inuisibili factus est visibilis,⁊ hoc est in publicũ egressus qñ exiuit a pr̃e,⁊ venit in mũdum.Jo.xvj.⁊ est egressus qũo exultauit vt gigas:ad currendam viã huius vite,⁊ a summo celo egressio eius, ⁊ tãq̃ sponsus pcessit de thalamo suo.ps.xviij.[Secretũ nostrũ].i.silentium:otiũ:requiẽ nostrã [vtilitati ⁊c.] qđ nõ est faciendũ:maxime cũ alijs pficiendo nobis pficiamus.[quies itaq3] q: vt

August.

ait Augu.xix.de ciui.dei.otiũ cõtemplationis querit dilectio veritatis:sed laborẽ actiõis suscipit necessitas charitatis[occupatiõe] solicitudinis[fugere]vbi nõ est opus occupationẽ subire.Hug.[libenti.] Tum pter charitatẽ proximorũ. Tum pter obedientiã maioribus debitã[quid].i.vtrũq3:sc3 fugere ⁊ subire.[ex duorũ ⁊c.quorũ vnus]sc3 hieremias[alter]sc3 Esaias.Nã hieremias respõdit a a a dñe deus.Dicũt aliq vt

Nic.de lyra.

dicit magr̃ Nicolaus de lyra,q hic ponitur a:q: hieremias se excũsat a tãto officio propter triplicẽ defectũ sc3 etatis:scientie,⁊ eloquentie:q: adhuc erat iuuenis:sed expositio ista vt dicit procedit ex ignorãtia hebraici sermonis:vbi ponit hic vna dictio cõposita ex tribus lr̃is.vñ prefata dictio est interiectio dolẽtis siue admirãtis[alter]sc3 Esaias[appetijt]nõ importune vel ambitiose:sed inuitatus ⁊ vocatus ⁊ ex charitate cũ videret necessitatẽ incũbere.Archid.[en ab vtrisq3 sed non a diuerso ⁊c.]q: licet diuerse sint actiones:nõ tñ diuersi affect⁹: vel effectus.⁊ licet verba sint diuersa ⁊ cõtraria quo ad supficiem:non tñ sunt cõtraria:sed potius tendunt ad eundẽ vel simile effectũ. Et rõ est:q: ab eodẽ fonte charitatis emanãt.vñ sequitur[duo quippe precepta]quorũ vno pcipitur amor dei: altero amor proximi. Per actiuã igitur vitã pdesse proximis

Isidorus

dicit Isidorus in libro differẽtiarum inter actiuã ⁊ contẽplatiuam vitã.Hec distãtia est:actiua vita est que in operibus iustitie ⁊ proximi vtilitate versatur.Contẽplatiua aũt:que vacãs ab omni negotio in sola dilectione dei afficitur : vna in opere bone cõuersatiõis:altera in cõtẽplatione incõmutabilis veritatis.[Cõtradicit].i.verba ɔtradictionis pfert.Hu.[Quod
4 ergo laudabiliter]ar.† q duorũ contrariorũ vtrũq3 est bonũ ⁊ vtrũq3 põt fieri licite.argu.di.v.ad eius vero.⁊.xxxiij.q.iiij. vir.Hu.[per calculũ altaris].i.carbonẽ sumptũ de altari:vbi erat ignis ppetuus ad opus sacrificij:vt pt3 Leuit.vj.tangit id qđ legitur Esa.vj.sc3 cũ Esaias de immũdicia labiorũ que contraxerat cõmorando in acbab ⁊ eius peccata nõ arguẽdo cõquereretur:volauit ad eũ vnus de seraphim,⁊ calculo.i.lapide paruo.vel carbone quẽ tulerat forcipe de altari tetigit,⁊ mũdauit labia eius.

Nicolaus de lyra.

Sciendum tñ vt dicit magister Nicolaus de lyra:non accipitur hic altare seu carbo materialiter:q: ista fiebãt visione imaginaria qua videbat angelus accipere carbonẽ de altari holocaustorũ, ⁊ sequitur tetigit os meũ:ad designandum purgationẽ peccati pter taciturnitatẽ predictã. Aliqua moralia dicũt hic Hu.⁊ post eũ Archi.q̃ non videtur mihi multũ ad ppositũ : sufficiunt autẽ ea:que dicta sunt pro intelligẽtia lr̃e.[purgatũ] ab immũdicia cõtracta:quia peccata acbab non redarguerat.xxiiij.q.iij.qui negligit.Hugu.

2 ☞ Obedientia q sit virtus.
Et specialis.numero.3.
Et q pertinet ad iustitiam.numero.4.
Et q sit virtus moralis non theologica.numero.5.
Et q sit potior inter morales virtutes.numero.7.
6 Obedientia non est maxima virtutum simpliciter.
Et quot conditiones habere debeat.numero.10.
8 Bonorum humanorum tria sunt genera.
12 Obedientia vna potest esse grauior altera dupliciter.
13 Premium non meretur qui facit aliquid inuitus.
14 Hariolare quid dicatur.
15 Contrariorum alterum vituperatur cum alterũ damnatur.

SCiendum est. Ad idem sequit.c.hoc qđ est eiusdem Gregorij.xxv.moraliũ.Summa est,q ad pspera imperata si mouet quis pprio motu nullius pretij vel valoris videtur esse eius obedientia. Si ad aduersa imperata:si quis nõ mouetur pprio motu modica est eius obedientia.

Diuisio.

Et diuiditur in duas partes hoc.c.In prima ostendit qualis debeat esse virtuosa ⁊ laudabilis obedientia. In scða cõmendat obediẽtiam preponẽdo eã victimis, ⁊ per ɔñs vituperat eius cõtrarium propter obedientiã.secunda ibi, ⁊ paulo superius. Pro pleniori intelligentia huius.c.queruntur tria.
1 ¶ Primum est vtrum obedientia sit maxima virtutum.
9 ¶ Secundum est vtrum pertineat ad laudabilitatẽ obedientie:vt ad prospera imperata non moueatur proprio motu.
11 ¶ Tertium est vtrum inobediẽtia sit grauissimũ peccatum.

Primũ ar.

1 **Ad primum** sic pceditur.† Et videt q sic. Primo ex psenti.c.vbi inducit Gregorius illud primi Reg.xv.melior est obediẽtia q̃ victima. Sed oblatio victimarũ ptinet ad religionẽ:que potissima est inter oẽs virtutes morales.ergo obedientia est potissima inter oẽs virtutes.

Scðm arg.

¶ Scðo sic.dicit Grego.vlti.moraliũ,q obedientia sola est virtus:que virtutes ceteras mẽti inserit:insertasq3 custodit:sed ea est potior effectu.ergo obediẽtia est potior oĩbus virtutibus.

Tertiũ ar.

¶ Tertio Grego.dicit vlti.moraliũ,q nunq̃ per obedientiã d3 malũ fieri:aliqñ aũt d3 per obediẽtiam bonum qđ agitur intermitti:sed nõ ptermittitur aliqd nisi p meliori. ergo obedientia pro qua intermittũtur bona aliarũ virtutum est virtutibus alijs melior.

Opponit ⁊ Rñdet. Prima cõclusio.

¶ In oppositũ arguitur:q: virtutes theologice sunt potiores. Respon.dicendũ sub certis cõ-
2 clusionibus.† Prima q obediẽtia est virtus. Ista ɔclusio pt3 primo ex tex.pñtis,c.vbi obedientia virtus appellat. Itẽ dicit Gregorius,q sola obediẽtia fidei meritũ possidet.hoc non cõuenit obediẽtie:nisi virtus esset.

August.

Scðo sic authoritate beati August.xxiiij.de ciui.dei.qui dicit,q pter cõmendandũ pure ⁊ simplicis obedientie bonũ:que magna virtus est rõnalis creature sub creatore cõstitute. Ratione pbat sic.virtus vt dr̃ scða ad Ti.est habitus quo operãs meret laudẽ,⁊ felicitatem. sed obediẽs p opus obediẽtie meretur laudẽ,⁊ felicitatis gloriam.vnde de Christo summe virtuoso dicitur ad Philip.ij. Christus factus est obediens vsq3 ad mortem:propter quod ⁊ deus exaltauit illum.ergo obediẽtia qua hoc meruit est virtus:nec solum est virtus obedientia:sed sola verissime virtus est:vt dicit Augustinus.ſm q veritas est rei entitas:vt idem

August.

dicit lib. soliloquiorũ. Cum em̃ obedientia legibus obtẽperet: precipue obtẽperat perpetuis, ⁊ eternis legib⁹, ⁊ in ipsarũ regula deducit oẽs virtutes: quas h3 pro materia, ⁊ cũ ibi sit vera origo oĩs rectitudo virtutis, ⁊ in primis principiis sit p̃cipua entitas cuiuslibet rei: pt3 obedientia sola est virtus trãsformãs nos in similitudinẽ virtutũ exẽplarium: q̃ in deo sunt: vt simus pfecti: sicut ⁊ pater noster celestis pfect⁹ est. Mat. v. qꝛ vnũquodq3 tanto verius est: quãto sue prime origini vbi est prima natura siue veritas amplius appropinquat: ⁊ ideo obedientia vocatur sapientia: que vt dicit Augu. inheret eternis legibus cõspiciendis ⁊ cõsulendis. Deut. iiij. hec est nostra sapientia ⁊c.

Grego.

Gregorius aũt dicit, ꝙ non tm̃ est virtus: q̃tũ oĩm virtutũ mater: qꝛ per obedientiã p̃ceptorũ virtutes cõsuetudinales in nobis generant, ⁊ ad gratiã ⁊ v̾tutes infusas disponuntur dispositione qua hoc in nobis diuina largitas creat, ⁊ per eandem obedientiã eedẽ etiã virtutes in nobis cõseruant ⁊ nutriunt. He aũt sunt cõditiones matris: sc3 generare prolem, ⁊ fouere, ⁊ cõseruare: vt dicit Vlricbus.

Secũda cõclusio. Hu. de sancto victore.

3 ❡ Secũda cõclusio est † ꝙ obedientia est specialis virtus. Ista cõclusio patet. Tum authoritate. dicit em̃ Hugo de sctõ victore. ꝙ obedientia sit virtus: que oĩa amplectitur iniũcta necessario implẽda: nisi obstiterit imperãtis authoritas, ⁊ ita obediẽtia est virtus specialis. Rõne vo ꝓbatur cõclusio sic. Cũ em̃ habitus potentie ⁊ actus distinguant per obiecta: op3 ꝙ virtus que h3 speciale obiectũ sit spãlis virtus. Dicitur aũt spãle obiectũ a speciali rõne: sed obedientia attẽdit spãle obiectũ: sc3 preceptum superioris tacitũ vel expssum cũ debito cõsentiendi. Obedire aũt superiori debitũ est ſm diuinũ ordinẽ rebus inditũ. ergo obediẽtia est virtus spãlis.

Tertia conclusio.

4 ❡ Tertia cõclusio † obediẽtia ptinet ad iustitiam: sicut pars partis iustitie. i. obseruãtie: que est iustitie pars ſm Tulliũ. pt3 cõclusio: qꝛ reddere alteri qd suũ est ⁊ sibi debetur est iustitie sed hoc operatur obediẽtia: vt dictũ est in precedenti cõclusione. ergo obedientia est pars iustitie, ⁊ spãliter dicte: qꝛ hoc suũ qd superioribus reddit: scilicet impletio mãdatoꝝ est quedã pars huius cõis, qd debitũ dicitur: vel qd suũ est, qd etiã exigi posset corã iudice vt dicit sanctus Tho. in scdo sniaꝝ.

Quarta cõclusio.

5 ❡ Quarta cõclusio † ꝙ obediẽtia nõ sit virtus theologica: sed moralis: pt3 cõclusio. Tum ex precedenti conclusione: qꝛ est pars iustitie que moralis est. Tum qꝛ non h3 per se obiectũ qd est deus: sed preceptũ superioris cuiuscũq3: vel expressum: vel interpretatũ: vt dictũ est.

Quinta cõclusio.

6 ❡ Quinta conclusio est. † Obediẽtia non est maxima virtutũ simpliciter. pt3 cõclusio. Tum ex precedẽti: qꝛ cũ non sit virtus theologica ⁊ theologice virtutes sint potiores oĩb⁹. Preterea pt3 cõclusio, ꝙ h3 ipsa obediẽtia laudẽ ex eo ꝙ ex charitate ꝓcedit. Dicit em̃ Grego. vltimo mora. ꝙ obediẽtia non seruili metu: sed charitatis affectu seruãda est: non timore pene: sed amore iustitie. ergo charitas est potior virt⁹ q̃ obedientia.

Sexta conclusio.

7 ❡ Sexta cõclusio. † Inter morales virtutes obediẽtia videt esse potior. Ista cõclusio pt3 primo authoritate beati Gregorij dicentis. Obediẽtia non tam est virtus: q̃ mater virtutũ oĩum.

S. Thom̃.

8 Rõne sic iuxta sctm̃ Tho. Inter virtutes morales tanto aliqua potior: quãto maius aliquid contẽnit vt deo inhereat. † Sũt aũt tria genera bonorũ humanorũ: que homo põt cõtemnere propter deum: quorum infimum sunt bona exteriora: mediũ autem sunt bona corporis. supremũ autem sunt bona anime. inter que quodãmodo preceptum est voluntas: inquantum scil3 per voluntatem homo omnibus aliis bonis vtitur, ⁊ ideo per se loquendo laudabilior est obedientie virtus: que propter deũ contemnit propriã volũtatem: quã alie virtutes morales: que propter deũ aliqua alia bona contẽnunt. Et ideo dicit Gregorius in p̃nti. c. ꝙ obediẽtia victimis iure preponit: qꝛ p victimas aliena caro: per obedientiã vo propria volũtas mactat. vnde etiã quecũq3 alia virtutum opera ex hoc meritoria sunt apud deũ, ꝙ sint vt obediatur voluntati diuine. Nã si qs etiã martyriũ sustineret: vel omnia sua pauperibus erogaret: nisi hoc ordinaret ad impletionem diuine voluntatis, qd recte ad obedientiã ptinet: meritoria esse non possent: sicut nec si fieret sine charitate: q̃ sine obediẽtia esse non põt. dr em̃ prima Jo. ij. ꝙ qui dicit se nosse deũ ⁊ mãdata eius non custodit mẽdax est. Qui aũt seruat verba eius vere in hoc charitas dei pfecta est: ⁊ hoc ideo est: qꝛ amicitia facit idem velle ⁊ nolle.

Ad argu.

❡ His habitis pt3 responsio ad rõnes, ꝙ obedientia licet non sit simpliciter maxima omniũ virtutũ: est tamen inter morales potior eo modo quo dictũ est, ⁊ hoc bene cõcludunt. vnde etiam obediẽtia ſm ꝙ procedit ex reuerentia dei cõtinetur sub religione, ⁊ pertinet ad deuotionem: que est principalis actus religionis. vnde ſm hoc laudabilius est obedire deo: q̃ sacrificium offerre, ⁊ etiã qꝛ in sacrificio immolatur aliena caro. per obedientiã autem propria volũtas: vt dicit Gregorius hic. spãliter tamẽ in casu in quo loquebatur Samuel: melius fuisset Sauli obedire deo: quam animalia pinguia amalechitarum in sacrificium offerre contra dei mandatum.

9 **Ad secundum** sic ꝓceditur. † Et videt ꝙ non pertineat ad laudabilitatẽ obedientie vt ad ꝓspera imperata nõ moueatur ꝓprio motu.

Primũ ar. Chrysosto.

Et primo sic dicit Chrysosto. super Matthe. sicut peccatũ opus sine voluntate nõ facit ita iustitia nostra ex opere cõsummat: nisi ⁊ volũtas affuerit. ergo obediẽtia que ad iustitiã pertinet: nõ erit laudabilis: nisi ex ꝓprio motu voluntatis.

Scdm ar.

❡ Scdo sic dicit Augusti. in lib. de libero arbi. ꝙ eterna lux incõmutabili stabilitate firmauit ⁊ in voluntate sit meritũ. ergo si obedientia debeat esse meritoria: necesse est: vt ex voluntate procedat.

Tertiũ ar.

❡ Tertio sic. ex prima ad Corin. ix. Hilarem datorem diligit deus. si ergo obediẽtia debet esse hilaris necesse est ꝙ sit volũtaria.

Opponit ⁊ Rñdet.

❡ In oppositũ videtur esse tex. p̃ntis. c. Respõ. dicendum sub duobus articulis. In primo ponẽtur. x. cõditiones breuiter que iuxta doctores quas pro maiori parte tãgit Archidia. faciunt ad laudabilitatẽ obediẽtie. In secũdo respon-

10 debitur ad questionẽ. † Prima aũt cõditio obediẽtie est ꝙ sit volũtaria: sine cordis murmure: sicut fuit illa Pauli. Act. ix. dicẽtis. Dñe quid vis me facere.

Grego.

dicit em̃ Gregorius non placent deo coacta seruitia. Scdo d3 esse humilis: sine voluntatis cõtradictione: aut murmuratione. Osee. iiij. Populus tuus sicut hi qui cõtradicunt sacerdoti, ⁊ corrues hodie. vnde apostolus ad Phil. ij. Omnia facite sine murmure, ⁊ hesitationibus. ❡ Tertio est obediendũ celeriter sine dilatiõe. Esa. viij. qui sunt isti qui vt nubes volant ⁊c.

Bertran.

dicit Ber. Obediẽtia tũc acceptabilis est deo, ⁊ dulcis omnibus si qd iubetur nõ tepide nõ tarde fit. vñ Prouerbi. xxij. vidisti hominẽ velocẽ in opere suo: corã regibus stabit. ❡ Quarto est obediendum hilariter sine vultus tristitia ⁊ merore. scda ad Cor. ix. Non ex tristitia aut necessitate. hilarẽ enim datorẽ diligit deus. Serenitas in vultu, ⁊ dulcedo in sermonibus: multũ colorant obedientiam obsequẽtis.

ps. cvij. a. Bernar.

vnde ps. Paratum cor meũ deus: paratum cor meũ: cantabo ⁊ psalmũ dicã. Ber. Paratũ ad aduersa: paratum ad ꝓspera: paratũ ad humilia: paratũ ad sublimia: paratum ad vniuersa que p̃ceperis. Cantabo effectu cordis intus hilariter obediẽdo ⁊ psalmũ dicã: exterius opus adimplendo. ❡ Quinto est obediẽdum integraliter. Hiere. j. ad omnia que mittã te ibis. ⁊ Thobie. v. Oĩa que p̃cepisti mihi pater faciã.

ps. cviij. p.

⁊ ps. Ad oĩa mãdata dirigebar. Omnẽ viam iniquã habui. ❡ Sexto obediendũ est simpliciter: sine mãdati nimia discussione

ps. xvij. g.

ps. In auditu auris obediuit mihi. ❡ Septimo est obediendum prudenter sc3 sine manifesto errore. Act. v. Oportet obedire magis deo q̃ hoibus.

Grego.

⁊ Gregorius. Caueant subditi: ne plusq̃ expedit sint subiecti: ne superiorũ cõpellantur vitia venerari. ❡ Octauo est obediẽdum veraciter: sine fictione. ad Colo. iij. ad oculũ seruientes quasi hoibus placẽtes. ❡ Nono ꝙ est obediendũ simplr: sc3 recta intẽtione ꝓ deo: nõ ꝓ laude hoim: vel pro emolumẽto tpali. sed pro p̃mio eterno.

ps. lij. b.

ps. Qui hoib⁹ placent ꝯfusi sunt. qm̃ deus spreuit eos. de talib⁹ Mat. vj. receperũt mercedẽ suã. ❡ Decimo est obediendũ pseuerãter: sine intermissione exẽplo xpi. de quo ad Phil. ij. factus est obediẽs vsq3 ad mortẽ.

Bernar.

sup quo Bernar. Memẽtote fratres: xps ne pderet obediẽtiã pdidit vitã. De multis istarũ cõditionũ obediẽtie loqtur Bernar. als ita dicẽs. Verus obediẽs nescit morã: nec mãdata procrastinat: s3 aures parat auditui: oculos visui: manus operi: pedes itineri, ⁊ sic se totũ interius colligit: vt imperantis exterius adimpleat voluntatẽ. ❡ His habitis scdo rñdendũ est ad qõnem. Dicimus em̃ ꝙ in ꝓsperis etiã obediẽtia d3 esse voluntaria: si laudabilis ⁊ meritoria esse debeat: sicut argutũ est. Qd vo dr hic nõ obstat qñ hic nõ ꝓhibetur nisi ambitio, ⁊ proprius motus. i. ex se ⁊ ex suo vitio: nõ ex obediẽtia ꝓueniẽs. Et dr ergo hic, ꝙ ad ꝓspera hõ non d3 ꝓprio motu se ingerere: nihilominus tñ si p̃cipiunt: tũc ꝓprio motu ⁊ spõtanea volũtate faciẽda sunt: eo tñ respectu: qꝛ precipiunt. Et sic patet quid dicẽdum sit ad rationes factas.

11 **Ad tertium** sic ꝓceditur. † Et videtur ꝙ inobediẽtia sit grauissimum peccatorum.

Primũ ar. Opponit i cõtrarium.

Primo ex. c. p̃nti, qd originaliter hr. j. Regũ. xv. qm̃ q̃si pctm̃ ariolandi est repugnare, ⁊ q̃si scelus idolatrie nolle acqescere s3 idolatria est grauissimũ pctm̃. ❡ In oppositũ arguit: grauius est ꝯtẽnere p̃cipientẽ: q̃ p̃ceptũ. s3 q̃dã pctã sunt ꝯ ipsam ꝓsonã p̃cipiẽtis sicut pt3 de blasphemia, ⁊ de homicidio. ergo inobediẽtia non est grauissimũ pctm̃.

Rñdet. S. Thom̃.

❡ Rñ. dicẽdum ꝙ non oĩs inobediẽtia est equale peccatũ: nec inobediẽtia est grauissimum peccatum. Pro quo notandum iuxta sctm̃ Tho. in scda

12 secunde. † ꝙ vna inobediẽtia potest esse grauior altera dupliciter. Uno modo ex parte precipientis. Quãuis enim omnem curam

curã homo apponere debeat ad hoc ꝙ cuilibet superiori obedire debeat: siue obediat: tñ magis est debitum, ꝙ hõ obediat superiori potestati cuius signũ est, ꝙ p̃ceptũ inferioris preter mittit si sit p̃cepto superioris ꝯtrariũ. vñ ꝯñs est vt quãto superior est ille: qui p̃cepit: tãto ei inobedientẽ esse sit grauius, ⁊ sic inobediẽtem [a] esse deo: est grauius, q̃ inobedientẽ esse hoi.

a ❡ Inobediẽtẽ. Ad de ꝙ inobedientia dignã ẽ vltione, Pet. de anch. in. c. j. nu. 9. de post. prela.

❡ Scdo ex parte p̃ceptoꝝ. Non em̃ p̃cipiẽs equaliter vult impleri oĩa: que mandat. magis em̃ vnusquisq3 vult finẽ ⁊ id qd est fini ꝓpinquius. Et ideo tãto est inobediẽtia grauior: q̃to preceptũ: qd qs preterijt magis est de intẽtione illius qui p̃cepit. Et in p̃ceptis quidẽ dei manifestũ est, ꝙ quãto p̃ceptũ datur de meliori: tãto est eius inobediẽtia grauior: qꝛ cũ volũtas dei p se feratur ad bonũ q̃to aliqd est melius: tãto deus vult illud magis implere. vñ qui inobediẽs est p̃cepto de dilectione dei: grauius peccat: q̃ qui inobediens est p̃cepto de dilectione proximi. voluntas aũt hoĩs non semp magis fertur in melius. Et ideo vbi obligamur ex solo hoĩs precepto: nõ est grauius pctm̃ ex eo ꝙ maius bonũ preteritur: sed ex eo ꝙ p̃teritur qd est magis de intẽtione precipiẽtis. ergo sic oportet ſm diuersos inobediẽtie gradus diuersis peccatoꝝ gradibus cõparare. Nã inobedientia qua cõtemnit dei preceptũ ex ipsa ratione inobediẽtie grauius est peccatũ: quã pctm̃ quo peccat in hominẽ: si etiã sequeretur inobediẽtia dei. Et hoc dico, ꝙ qui cõtra proximũ peccat etiã cõtra preceptũ dei agit. si tñ in aliquo peccator preceptũ dei contemneret: adhuc grauius pctm̃ esset. Inobedientia autẽ qua contẽnitur p̃ceptũ hoĩs lenior est peccato: quo contẽnitur ipse p̃cipiens. qꝛ ex reuerentia p̃cipientis ꝓcedere debet reuerẽtia p̃cepti. ⁊ similiter pctm̃ qd directe ptinet ad contẽptum dei sicut blasphemia: vel aliquid hmõi grauius est etiã semoto per intellectũ inobedientie pctõ: q̃ peccatum in quo contẽnitur solũ dei preceptũ. Quibus habitis dicendũ est ad rõnes in oppositũ.

Ad argu. S. Thom. Exponit literam.

❡ Ad quam respondet iuxta sctm̃ Tho. ꝙ illa cõparatio Samuelis non est equalitatis: sed similitudinis: qꝛ inobedientia redundat in cõtemptum dei: sicut ⁊ idolatria: sed idolatria magis. Lege. ❡ [Sciẽdum aliquãdo] .i. ꝓsperis. [si de suo] .i. de sua ambitione, ⁊ ꝓprio motu. quasi sine intuitu obediẽtie: sed qꝛ appetit, ⁊ ambit: obedit. Hu. [nulla est] qꝛ talis nõ est meritoria: nec laudabilis [aliqñ] sc3 in aduersis [si de suo] .i. ꝓprio motu. quasi sine ꝓprio motu [recepto p̃cepto] sed qꝛ timet inuitus obedit [minima est] id est parũ vtilis: qꝛ nõ est meritoria. Obediẽtia em̃ debet esse volũtaria ⁊ hilariter suscepta. vt. s. diximus. [Euacuat] qꝛ eã nõ habet. Non em̃ est fructuosum opus qd fit ex timore, ⁊ non ex amore. [si ad hoc ex proprio motu anhelat] .i. ex ꝓpria ambitione: non em̃ ex appetitu dominãdi d3 ad officiũ ꝓlationis accedere: qꝛ tũc non est obediẽtia fructuosa: nec virtuosa: quia talis obedientia nõ innititur humilitati: sed supbie, ⁊ vanitati: qua cupit dñari, ⁊ nulli subijci cõtra illud p̃ma Petri. v. nec dominãtes in clero: sed forma facti gregis [despectus] .i. cum alicui precipiunt suscipere mũdi opprobria ꝯtumelie ⁊ aduersa ⁊ labores ⁊ inuitus ea accipit: nõ est verus obediens: qꝛ voluntarie precepto superioris nõ obtemperat: sed coacte cõtra illud prima Petri. v. ꝓuidentes non coacte: sed spontanee ſm deũ nec turpis lucri gratia: sed volũtarie. ⁊ hoc est qd dr [nisi ex semetipso] .i. ex ꝓprio motu: nõ tm̃ ex obedientia. Hu. [no-

13 lensq3 descendit] ar. † ꝙ ex eo ꝙ quisq3 facit inuitus nõ meret premiũ. xx. q. j. illud. ⁊. q. iij. ꝓsens. Hug. [superius] .i. in superiori parte mei operis. Nam mentionem fecerat de illo vbo in libro Regũ qd Samuel dixisse legitur Sauli. p̃mi Regũ. xv. melior est obediẽtia: q̃ victima ⁊c. Archi. [volũtas ꝓpria mutatur] qd maius est: vt em̃ dicit sapiẽs. maius est vincere se: q̃

14 vincere castrũ. Hu. [quid cõtra] .i. ecõtrario [ariolãdi] † ariolare est aras demonum colere, ⁊ ibi funesta sacrificia facere. vt xxv. q. iij. igitur. hec tñ vt diximus in qõne. iij. cõparatio non est equalitatis: sed silitudinis. qꝛ inobediẽtia redũdat in contẽptũ dei: sicut ⁊ idolatria magis scelus idolatrie dr inobediẽtia:

Gregorius

qꝛ vt dicit Grego. sup Job quasi a se iugũ dñationis excutit: qui per inobediẽtiã subesse contẽnit. [Ex aduerso] .i. ꝓ aduersum: siue cõtrariũ vitiũ [intelligit laudari cõtrariũ eius]

15 Ex quo vt dicit glo. est ar. † ꝙ ex eo ꝙ vnũ cõtrariũ cõmendatur aliud vituperat. vt de pe. di. ij. ecõtrario. ⁊. xxxij. di. hospitiolũ. Hu. [sola fide meritũ possidet.] Cum enim per obedientiam tribuatur vnicuiq3 qd suũ est, ⁊ ad obedientiã pertineãt omnes actus virtutũ: prout sunt in precepto: merito ipsa sola dicitur fidei meritũ possidere, ⁊ sine qua nullus veraciter fidelis esse cõuincitur: quãtũcunq3 exterius fidelis videat. vel hoc

Vlricbus.

intelligendũ est: vt dicit dñs Vlricbus inquantum fides est ex auditu: auditus autẽ per verbũ Christi. ad Roma. x. cui obedientes cuius fidem suscepimus. ad Roma. j. ad obediendum fidei in omnibus gentibus. i. vt faciam obedire fidei Christi, ⁊

hec est illa obedientia de qua dicitur scda ad Cor. x. in captiuitatem redigentes intellectum in obsequium Christi.

3 ☞ Cura animarum quomodo describatur.

Qui episcopatum. Ad idem sequitur hoc. c. ⁊ est August. xix. de ciuita. dei. exponẽtis illud apostoli prima ad Ti. iij. qui episcopatũ desiderat ⁊c. Summa satis exprimitur in rubro: videl3 qui preesse nõ ꝓdesse desiderat episcopari non debet: vel ꝙ episcopatus nõ debet desiderari ad presidendum: sed ad proficiendum.

Diuisio.

Et diuiditur in duas partes. In prima declarat, ꝙ episcopatus nomine designetur siue importetur: qꝛ sc3 onus siue opus. In scda ostendit, ꝙ indecẽter ep̃atus appetatur. secunda ibi: itaq3 a studio. Pro pleniori intelligentia huius capituli queruntur duo.

1 ❡ Primum est vtrum episcopatus sit nomen operis ⁊ non nomen honoris.

2 ❡ Secundum est vtrum quis licite possit appetere ep̃atum.

1 **Ad primum** sic ꝓceditur. † Et videt ꝙ episcopatus sit nomẽ honoris.

Primũ ar. Scdm arg. Tertiũ ar.

Primo p illud ad Hebre. v. vbi inqt apostolus. nemo assumat sibi honorem. ⁊ in. c. in scripturis. ꝯ. e. ❡ Scdo arguitur ex illo Eccli. x. In medio fratrũ rector in honore. ❡ Tertio ex illo prima ad Ti. v. presbyteri qui bene presunt digni sunt duplici honore.

Opponit ⁊ Rñdet.

❡ In oppositũ videtur dici in litera: ꝙ ep̃atus sit nomẽ operis: nõ honoris. Respon. dicendum, ꝙ in episcopatu tria possunt cõsiderari: quorũ vnũ est principale ⁊ finale. sc3 episcopalis operatio p quã vtilitati proximorũ intẽditur. ſm illud Jo. vlti. pasce oues meas. ❡ Aliud est altitudo gradus: qꝛ episcopalis sup alios cõstituit. ſm illud Matth. xxv. fidelis seruus ⁊ prudẽs: quẽ cõstituit dñs sup familiã suam. ❡ Tertiũ est ꝙ cõseqnẽter se h3 ad ista: sc3 reuerentiã ⁊ honorẽ ⁊ abũdantiam tẽporaliũ. ſm illud prima ad Ti. j. qui bene presunt dupliciter digni habeantur. qua cõsideratione habita est conclusio: ꝙ ad principale ⁊ finale significatũ ep̃atus est nomẽ operis: nõ honoris. hec cõclusio pt3. Tũ ex dicto Augu. hic. Tum ex eo ꝙ dñs apostolos ⁊ in eis ep̃os vocat operarios: quos misit ĩ vineam suã. Matth. xx. quibus ait illud Jo. vj. operamini cibũ qui non perit: sed qui ꝑmanet in vita eterna. ⁊ Luc. x. Messis quidẽ multa: operarij aũt pauci. Tum pt3 conclusio: qꝛ illud videt significare nomẽ principaliter a quo imponit: sed nomẽ ep̃atus imponitur ab opere: non ab honore. Dicitur enim ep̃s supintẽdens curã eoꝝ gerens: vt dicitur in lr̃a. Quantũ vero ad alia: q̃ minus cõsideranda veniũt in ep̃atu hñ est nomẽ honoris. Et sic patet rñsio ad oĩa argumẽta. vbi dicit ꝙ ep̃atus non est nomen honoris: scilicet tantum sed operis ⁊ honoris.

2 **Ad secundum** sic ꝓcedit. † Et videt ꝙ appetere quis licite possit ep̃atũ siue prelationẽ.

Primũ ar.

Primo ex p̃nti. c. qd originaliter habet prima ad Ti. iij. Qui episcopatũ desiderat bonum opus desiderat: sed licitũ ⁊ laudabile est bonũ opus desiderare. ergo laudabile est desiderare episcopatũ.

Scdm ar.

❡ Secundo sic. status episcoporum est perfectior quã status religiosorũ: sed laudabile est ꝙ aliquis desideret trãsire ad statum religionis. ergo laudabile etiã est ꝙ aliquis appetat ad episcopatũ ꝓmoueri.

Tertiũ ar.

❡ Tertio Prouerbiorũ. xj. dr. Qui abscõdit frumẽta maledicet in populis: hñdictio aũt sup caput vendentiũ. sed ille qui est idone⁹ vita ⁊ sciẽtia ad ep̃atum videtur frumẽta spũalia abscondere: si se ab ep̃atu subtrahat. per hoc aũt ꝙ ep̃atũ accipit ponitur in statu frumẽta spũalia dispensandi. ergo vr̃ ꝙ laudabile sit ep̃atũ appetere, ⁊ vituperabile ipsum refugere.

Quartũ ar.

❡ Quarto sic. facta sctõꝝ que in scriptura narrãtur ꝓponunt nobis in exẽplũ. ſm illud ad Ro. xv. quecũq3 scripta sunt ad nostrã doctrinam scripta sunt. s3 legit Esa. vj. ⁊ habitũ est. ꝯ. e. q. in scripturis. ꝙ esaias se obtulit ad officiũ p̃dicationis: qd p̃cipue cõuenit ep̃is. ergo vr̃ ꝙ appetere ep̃atũ sit laudabile.

Opponit i cõtrarium.

❡ In oppositũ est. c. p̃ns. in quo dicit Augu. ꝙ locus superior sine quo populus regi nõ põt, ⁊ si administret vt decet tñ indecẽter appetitur. ❡ Pro pleniori notitia hui⁹ cõclusionis est notandũ, ⁊ memorandũ ꝙ in qõne p̃cedẽti notatũ est iuxta sctm̃ Tho. in ij. ij. ꝙ in ep̃atu tria p̃nt cõsiderari. quoꝝ vnũ est p̃cipale, ⁊ finale. sc3 ep̃alis opatio: p quã vtilitati proximoꝝ intẽdit. ſm illd Jo. vl. pasce oues meas. Aliud est altitudo grad⁹: qꝛ ep̃s sup alios ꝯstituit. ſm illud Mat. xxv. fidelis seruus ⁊ prudẽs: quẽ ꝯstituit dñs sup familiã suã. Tertiũ est qd ꝯñr se h3 ad ista. s. reuerẽtia ⁊ honor ⁊ sufficiẽtia tpaliũ. ſm illud. j. ad Ti. j. q hñ p̃sunt duplici honore habeant.

Prima cõclusio.

Quibus notatis sit ista cõclusio. ꝙ appetere ep̃atũ rõne istius vltimi honoris vel abũdantie honorũ tẽporaliũ nõ est licitũ. pt3 cõclusio: qꝛ tale desideriũ pertinet ad ambitionẽ: vel cupiditatẽ. vnde contra phariseos dominus ait. Matth. xxi. Amãt primos recubitus in cenis:

⁊ primas cathedras in synagogis: salutatiões ĩ foro, ⁊ vocari
Scđa conclusio.
ab oĩbus rabi. ¶ Scđa ꝯclusio. appetere epatū ꝙtū ad scđm
scȝ quātū ad celsitudinē gradus est illicitū. ptȝ cõclusio: qꝛ ta-
lis appetitus ꝓsumptionē sapit, vñ dñs Mat. ij. arguit disci-
pulos primatū querētes: dicēs. Scitis qꝛ ꝓncipes gentiū do-
Chrysosto.
minant eorū. vbi Chrysost. ait. per hoc ostēdit ꝙ gētile est pri-
Tertia conclusio.
matus appetere, ⁊ sic gentiū cõparatione eorū aĩam estuantē
cõuertit. ¶ Tertia ꝯclusio. appetere actuū ꝑlationis ꝓut hȝ
annexā gradus celsitudinē nõ licet. ptȝ cõclusio: qꝛ videt pre-
sumptuosum, ꝙ aliqs ꝓesse appetat ad hoc ꝙ subditis prosit.
Hāc ꝯclusionē sctūs Tho. ponit sup epistolā ad Ti. Et ꝓba-
tur sic. Nullus dȝ appetere aliqd supra suas vires nõ sibi pro-
Horatius.
portionatū: alr esset stult⁹. Horatius. Ludere qui nescit cam-
pestribus abstinet armis. Ille ergo bene desiderare posset cu-
ius viribus epatus opus est ꝓportionatū. Ad hoc aūt nullus
est idoneus: quia prelatus ꝫm gradum ⁊ cõuenientiam debet
oēs alios excedere, ⁊ in ꝯuersatione, ⁊ in cõtemplatione: ita vt
in respectu sui alij sint grex. Et hanc idoneitatē de se ꝓsumere
est maxime supbie. ergo hoc nõ licet appetere: nisi vt dicit san
ctus Tho. in. ij. ij. manifesta necessitate imminente sicut dicit
Gregorius.
Grego. in pastorali, ꝙ tunc laudabile erat epatū q̄rere: quādo
ꝑ hūc queꝙ̄ dubiū non erat ad supplicia grauiora peruenire. vñ
nõ de facili inueniebat qui hoc onus assumeret ꝓsertim cū ali
qs charitatis zelo ad hoc incitat: sicut Grego. dicit ĩ pastorali
ꝙ Esaias ꝓdesse ꝓximis cupiēs laudabilr officiū ꝓdicatiõis
appetijt: pōt tñ absqꝫ ꝓsumptione qlibet appetere talia opa
facere: si eū cõtingeret in tali opere esse: seu esse dignū ad talia
opa exequēda. ita ꝙ opus bonū cadat sub desiderio: non autē
Chrysosto.
primatus dignitatis. vñ Chrysosto. dicit super Mat. Opus
quidē bonū desiderare licitū est: primatū aūt honoris cõcupi-
scere vanitas est. ꝓmatus em̄ fugientē se desiderat: desiderātē
se horret. Et ideo nullus suo appetitu dȝ ad prelationē perueni-
re: sed solū dei iudicio. ꝫm illud apli ad Hebre. v. Nemo assu-
mit sibi honorē: sed q vocat a deo tāꝙ̄ Aarō. ¶ His habitis
Ad primū argu.
dicendū est ad rõnes in oppositū. Ad primā de aplo rñdetur
S. Thom.
iuxta sctm̄ Tho. in. ij. ij. ꝙ sicut dicit Grego. in pastorali. Illo
tpē hoc dixit apls, ꝙ ille qui plebibus ꝑerat primus ad mar-
tyrij tormēta ducebat, ⁊ sic nihil aliud erat qđ in epatu appeti
August.
posset nisi bonū opus. Vñ Augu. dicit. xix. de ciuit. dei. ꝙ apls
dicens qui epatum desiderat exponere voluit qd esset epatus:
qꝛ nomē operis est nõ honoris. Scopos quidem intētio. ergo
epi si velimus latine supintēdere possumus dicere: vt itelligat
non esse se epm qui ꝓesse dilexerit: non ꝓdesse. in actione em̄ vt
parū ante ꝓmittit nõ amādus est honor in hac vita sine pena:
qm̄ oīa vana sunt sub sole: sed opus ipsum qđ ꝑ eundē honorē
Grego.
vel potentiā fit ⁊ tñ vt Grego. dicit in pastorali: laudans desi-
deriū scȝ boni opis in pauorē vertit ꝓtinus qđ laudauit cum
subiūgit. Opȝ aūt epm irreprehensibilē esse. qsi dicat. Laudo
S. Thom.
qđ q̄ritis sȝ discite qd queratis. Notat etiā sctūs Tho. super
epistolā pauli, ꝙ apls cū dicit qui epatū desiderat bonū opus
⁊c. nõ dicit bonū desideriū hȝ: sed bonū opus scilicet vtilitatē
Ad scđm.
plebis. ¶ Ad secūdam rñdet negādo ꝯñam. Et rõ est: qꝛ non
est eadē rõ de statu religiosorū ⁊ de statu epali vt dicit sanctus
Tho. ꝓpter duo. Primo qꝛ ad statū epalē ꝓexigitur vite pfe-
ctio: vt ptȝ ꝑ hoc ꝙ dñs a Petro exqsiuit si plus ceteris eum
diligeret: anꝙ̄ ei cõmitteret pastorale officiū. sed ad statū reli-
gionis nõ preexigit pfectio: sed esse in via ad pfectionē. vnde ⁊
dñs Mat. xix. nõ dicit. Si vis esse pfect⁹ vade ⁊ vēde oīa que
habes ⁊c. Sed si vis esse pfect⁹. Et hui⁹ differētie rõ est: qꝛ ꝫm
Diony.
Dionysium perfectio actiua pertinet ad episcopum sicut ad
perfectiorem: ad monachum autē passiue sicut ad perfectum.
requiritur autem ad hoc ꝙ aliqs sit perfectus, ꝙ possit alios
ad pfectionē adducere, qđ non exigit in eo: qui dȝ ad pfectionē
adduci. Est aūt presumptuosum ꝙ aliqs pfectū se reputet nõ
autē ꝙ aliqs ad pfectionē tendat. Scđo qꝛ ille qui statū reli-
gionis assumit se alijs subijcit ad spūalia capiēda, ⁊ hoc cuili
August.
bet licet. vñ August. dicit. xix. de ciui. dei. ⁊ ponitur in ꝓñti. c. a
studio cognoscēde veritatis nemo ꝓhibet, qđ ad laudabile ꝑ-
tinet otiū. Sed ille qui trāsit ad statū epalem sublimat ad hoc:
ꝙ alijs prouideat, ⁊ hāc sublimationē nullus dȝ sibi assumere
Chryso.
ꝫm illud apli ad Hebre. v. supra inductū. ⁊ Chrysosto. dicit. s.
Mattheū. primatū ecclesie cõcupiscere nec iustū est: nec vtile.
Quis em̄ sapiēs vult vltro se subijcere seruituti, ⁊ periculo ta
li: vt det rõnem ꝑ oī ecclia nisi forte qui nõ timet dei iudicium:
abutens primatū ecclastico seculariter. i. vt ꝯuertat eū in secu
Ad tertiū.
larē. ¶ Ad tertiā rñdetur negādo etiā ꝯñam. Et rõ est iuxta
S. Thom.
sctm̄ Tho. vbi. s. qꝛ dispēsatio spūaliū frumētorū nõ est facien
da ꝫm arbitriū cuiuslibet: sed principalr quidē ꝫm arbitriū ⁊
dispēsationē dei. Secūdario aūt ꝫm arbitriū superiorꝫ prela-
torū ex quorū ꝑsona dr̄ ꝑma ad Cor. iiij. sic nos existimet ho-
mo: vt ministros xpi ⁊ dispēsatores ministeriorū dei. Et ideo
nõ intelligit ille abscondere frumēta spūalia cui nõ cõpetit ex
officio: nec ei a superiore imūgitur si ab aliorū correctiõe ⁊ gu-
bernatione desistat sed solū tūc intelligitur abscõdere: si dispē-
sationē negligat cū ei ex officio incūbat: vel si officiū cū ei in-
August.
iungitur ꝑtinaciter recipere renuat. vñ Augu. dicit. xix. de ci-
uita. dei. Otiū sctm̄ querit charitas. Veritatis negotiū iustū
suscipit necessitas charitatis quā sarcinā si nullus ĩponit ꝑci-
piende atqꝫ intuēde vacandū est veritati. Si autē imponitur:
Ad quartū.
suscipiēda est ꝓpter charitatis necessitatē. hec ille. ¶ Ad q̄r-
tam rñdetur negādo etiā ꝯñam. Et rõ est quia sicut dicit Gre-
gorius in pastorali. ⁊ habitū est. s. e. q. c. in scripturis Esa. qui
mitti voluit ante se per altaris calculū purgatū vidit: ne non
purgatus adire qsꝙ̄ sacra mysteria audeat. Quia ergo valde
difficile est purgatū se quēlibet posse cognoscere ꝓdicationis
Exponit literam.
officiū tutius declinat. ¶ [Qui epatum] verba sunt apostoli
prima ad Ti. iij. [nomē est operis nõ honoris] intellige: prout
iam exposuimus in qõne vel [nõ honoris]. i. tm̄: qꝛ vtriusqꝫ est
aliquo mõ. vt. j. e. illud. Hu. Et ꝫm ꝙ ibi dr̄ magis est nomen
oneris: ꝙ̄ honoris. ministeriū em̄ ꝓpriū est ⁊ substantiale: ho-
nor v̄o accidens est. Eo em̄ ꝙ ministrāt epi debetur eis honor
3 a subditis. Arch. [curā] † cura animarū pōt magistraliter sic
describi. Cura est vigil atqꝫ onerosa atqꝫ solicita custodia ani-
marū cõmissa alicui: vt curet ne pereant: sed saluent: q̄ cõpetit
ex lege vel cõmissione canonica: aut cõsuetudine seu ꝓscriptio
ne ꝑ sedē apostolicā nõ improbata. Hec aūt ex diuersis iurib⁹
colligūtur. qđ dic, vt plene notat Hostien. ex̄ de pe. ⁊ remis. oīs
vtriusqꝫ sexus. in v̄. ꝓprio. ibi videas. Et adde qđ dictū est. j. e.
clemens. Archi. [Itaqꝫ] scđa pars. [cognoscēdo] cõtemplan-
do. Archi. [priuatus] scȝ q nõ est ꝑlatus. Hu. [ad laudabile
August.
otiū]. Nota ꝙ duo dicit Augu. circa cõtemplationē. Primū
est ꝙ vocat eā otiū: non tñ ab otio corporis senis de quo ope-
rarios vinee arguit dñs. Matth. xx. dicēs. Quid hic statis to
ta die otiosi: hoc em̄ otiū stultorū est. Prouerbi. xij. Hoc otiū
preparat egestatē Prouer. xxviij. ⁊ fuit casus sodome. Ezech.
xvj. Sed contēplatio dr̄ otiū ꝓpter quietē mentis: q̄ ab exte-
rioribus qescit ⁊ interius vigilat. Sic spõsa ait Canticorū. v.
Ego dormio, ⁊ cor meū vigilat. Sic maria qescebat secus pe-
des dñi sed vigilabat audiēs v̄ba diuina cõtemplādo. Luc. x.
Scđm est ꝙ cõtemplationis otiū sit laudabile, ⁊ ita ꝑ se appe-
tendum ⁊ desiderandū: qm̄ in ea est sapientia, ⁊ sapor summe
delectatiõis: vt dicit phs. x. ethicorū. ⁊ ps. cviij. Quam dulcia
faucibus meis eloqa tua Dulciora inqt sup mel ori meo. Lo-
cus aūt superior ⁊c. incidēter appetit importune ⁊ ambitiose
se ingerendo cū nõ fertur. Hug. s. in fi. declarauimus qualiter
talis qui appetit ⁊ iniustus est, ⁊ ꝓsumptuosus [otiū sctm̄ q̄rit
charitas]. i. ex charitate dȝ qs q̄rere vt vacet otio ꝯtemplan-
de veritatis. Hu. [necessitas charitatis]. i. ex charitate dȝ qs
suscipere talē actionē. Cum ꝓpter ꝓcepti necessitatē, ⁊ cõem
vtilitatē ꝓximorū quā si nullus imponit ergo ab alio est ⁊ nõ
a seipso sumēda cura. ad Hebre. v. nemo assumit honorem ⁊c.
ar. s. e. in scripturis, ꝙ nullus pōt se eligere ꝓpter necessitatē
charitatis. i. ex charitate. [ꝓpter necessitatē ꝓximorꝫ] imo qui
nollet epatum suscipere: posset cogi ad suscipiendū ꝑ corpora-
les passiones vt tandē volūtarie cõsentiat: vt dicit August. in
epistola ad Maximū. [sed nec sic]. i. ꝓpter curā epalem susce-
ptā dȝ eps oĩno deserere veritatis cõtemplationē: sed vtraqꝫ
maneat ⁊ actio ⁊ contēplatio. Debet autē eps in tabernaculo
cū moyse vacare aliqñ cõtemplationi, ⁊ post cū eo exire taber-
naculū cõtemplationis vt negotia populi agat, ⁊ ita descēde-
re de monte cõtemplationis ad corrigendū ꝑplm puniēdum
⁊ instruendum vt fecit moyses. Exod. xxij. Et ita nec contem-
platio est deserenda a prelato nec etiam ita continue contem-
plationis suauitas amplectenda [est vt opprimatur]. i. sub-
trabatur: vel diminuatur [iusta necessitas] proximorum.

1 ☞ Eligendus in episcopum qualis debeat esse.

Oportet. Hic incipit tertia pars q̄stionis in qua ostēdit magister Gratia-
nus quales debēt esse qui eligātur: vt presint alijs:
⁊ ad que tenentur. ⁊ hoc ostendit per sex authorita-
Archid.
tes Jo. de deo, Archidia. Et istud. c. est petri: quando instan-
te morte sanctum Clementem successorem nominauit. Sum-
1 ma † qui eligendus est in episcopum debet esse taliter doctus:
vt pro ingenio discentium sciat moderare verba doctrine. Et
Diuisio.
potest diuidi in duas partes. In prima ponit quod dictū est.
In secunda infert, ꝙ eligendus in epm debet esse eruditus, ⁊
Exponit literam.
doctus, ⁊ irreprehensibilis: maturus, ⁊ pauidus. secunda ibi:
debet ergo. Lege. ¶ [Oportet eū. pro ingenio] hoc dȝ facere
quilibet

quilibet prelat⁹: ⁊ qlibet magister, ⁊ qlibet predicator. s. apta-
re se pro ingenio: ⁊ capacitate in sermone auditorū. ar. di. xliij.
sit rector. vbi qꝛ eorū que hic tanguntur plura sunt dicta: pau
ca hic dicenda veniunt. vnde apls. non potui vobis quasi spi
Joā. xvj. c. Grego.
ritualib⁹ loqui. Et dominus in euangelio. habeo vobis mul
ta dicere: sed non potestis portare modo. Hinc. Grego. super
Eze. dicit necesse est: vt sermo predicationis cū auditorū qua
litate concordet ne aut verecūdis aspera, aut impudentibus
seua loquatur. Et in pastorali ait. pro qualitate igitur audiē
tiū formari debet sermo doctoris. [debet.] scđa ps. [erudit⁹]
ad sacerdotē ꝑtinet ꝙ sit erudit⁹: ⁊ doctus. vnde Esdras de-
scribit sacerdos ⁊ scriba legis dei celi eruditus: ⁊ doctissimus
vt scribit. j. Esdre. vij. ⁊ ignari sacerdotes prohibiti sunt co-
medere de sctis sanctorū donec surgeret sacerdos doct⁹ ⁊ eru
ditus sicut pȝ Neemie. vij. sic ⁊ Paulus de se ait Actuū. xxij.
nutrit⁹ sum in ciuitate ista iuxta pedes Gamalielis eruditus
iuxta veritatē p̄rne legis irreprehensibilis. j. ad Ti. iij. Opȝ
epm irreprehēsibilem eē. [matur⁹.] qꝛ ibi dū scribit opȝ epm
modestum esse. vt dicat illud ps. cxviij. preueni in maturitate
⁊ clamaui [pauidus] debent sacerdotes esse pauidi non timo-
re siue pauore vitioso aut seruili: sed filiali. de quo ps. xxxij. fi-
Chryso.
lij audite me timorē dñi docebo vos. dt em̄ Chrysostom⁹ sup
Mat. nõ facile predicatio predicatoris assumitur: si leuis mo
ribus esse videatur. nulla erit maturitatis ostensio: si contra
aduersa non fuerit operis fortitudo. [pauidus] precipue cū
in die iudicij redditurus sit rõnem de aĩabus sibi cõmissis, si
que sua negligentia aut prauis exēplis certe pierūt. vñ Eze.
iij. dr̄. Speculatorē dedi te. [fore]. i. futurū esse. futurū enim
tps designantur. Non enim clemens resedit viuente Petro,
sed post mortem eius successit ei. vt. s. e. q. si Petrus. Hu.

Clemens. Ad idem hoc. c. eiusdem beati Petri. Summa est in rubro.
Breue est ⁊ non diuiditur. Lege tex. ¶ [Clemēs. si
Exponit literam. Archidia.
tanꝙ̄ oīb⁹ presse]. i. esse tanꝙ̄ prelatus [inua] auxi-
lium prebe. Et hoc est qđ innuit gl. hic posita. Arch. [releua.]
qꝛ prelatus debet releuare oppressos manū misericordie exte
dendo. ecclesiasti. vij. pauperi porrige manum tuam misericor
diter etiam suscipiendo delinquētes. vnde ex hoc vt dicit Hu.
est ar. pro subditis ⁊ ꝯ prelatos, qui statim subiectos dānant,
cum potius deberent parcere ⁊ eos potius de mansuetudine
⁊ misericordia quā de rigore iuris iudicare. arg. hic. ⁊ di. xlv.
licet. cū similibus. [onus.] prelatus debet supportare onera
subditorū. ad gala. vi. alter alterius onera portate: ⁊ de bono
pastore dicitur: ꝙ suscepit ouem errantem in humeris [soli-
citudinem] debet esse prelatis solicitudo de salute animarum.
vnde Paulus ad cor. xj. dicit. solicitudo mea quotidiana om-
nium ecclesiarum. Item quis infirmatur: ⁊ ego non infirmor.

1 ☞ Ordo eccclesiasticus debet conferri nõ gratia: sed meritis.

Qui vos spernit. Ad idem sequitur hoc. c. qđ est Hier.
super eplam ad Ti. Summa est † ꝙ nõ gratia sed
1 meritis debet ecclesiasticus ordo conferri. ⁊ qui cõ
Exponit literam.
trafaciunt: cõtra xpm agere vident. qꝛ contra vitā apostolicā
faciunt. Breue est. Lege tex. ¶ [Qui vos] hoc sumptū est ex
verbis dñi Luce. x. vbi ait: qui vos audit: me audit: ⁊ qui vos
spernit: me spernit: ⁊ apls. j. ad Thessa. iiij. Qui hoc spernit:
non hoc spernit: sed deū. ⁊ verū deū spernit: qui ad regimen ec
clesie bonos: ⁊ sufficientes repellit: ⁊ malos ⁊ indignos prefi-
cit, ⁊ assumit in malum ecclesie ⁊ subditorum quorum salutem
spernit. Lege. [Apostoli]. i. regula quam ipse apostolus do-
cuit: qualis debeat esse eligendus. j. ad Ti. iiij. ⁊ qualis presby
ter. ad Tim. j. [non meritis voluerunt sed ⁊c.] cum contra sit
faciendum. s. e. q. Moyses. [in sequentibus] id est, in sequen-
ti parte ipsius. c. Hug.

1 ☞ Assumptus ad epatum an oporteat ꝙ sit ceteris melior.
2 Homo potest dici bonus vel melior altero dupliciter.
3 Eligendus ad prelationem oportet ꝙ sit bonus simpliciter.
Nec oportet ꝙ sit melior simpliciter. nu. 4. ⁊. 5.
6 Eligentes aliquem aut ꝓuidentes peccāt nõ eligēdo meliorē.
Sed licet peccent electio tenet. nu. 7.
8 Eligendus in epm non oportet ꝙ se reputet meliorem.
9 Contradictio non auditur in his que publice fiunt.
10 Populus an possit retractare electionem cui non affuit.
11 Eps an debeat dare prebendā alicui sine cõsensu capituli.
12 Electio celebrata post appellationeȝ an sit nulla vel cassanda.
13 Appellatio facta post postulationem an valeat.
14 Eligentes post appellationē an sint priuati potestate eligēdi.

Licet. Ad idem sequitur hoc. c. qđ est eiusdē
Hiero. super leuiticū. Summa est, ꝙ q
prestantior est doctrina ⁊ sciētia eligendus est in sa
Diuisio.
cerdotē siue prelatū. Diuidit autē hoc. c. in tres p-
tes. In prima narrat ad literā qualiter licet de cõstituēdo ꝓn
cipe dñs dedisset preceptū vt talis, vt puta Aaron Leui. viij.
⁊ Josue nu. xxvij. Conuocata est oīs multitudo filiorū Israel
in presentia eorū iudicauit Moyses electionem eius. In scđa
ponit expositionem Hieron. dicendo, ꝙ causa conuocationis
multitudinis populi fuit, vt scirent, ꝙ qui prestātior est ex oī
populo eligitur ad sacerdotium. In tertia ponit mysticā ex-
positionē illius conuocationis dicens. ꝙ tunc prelatus cõuo
cat synagogam: qñ congregat oēs virtutes animi simul. ⁊ di-
ligenter inuestigat ⁊ perpendit quid habeat significare eps, ⁊
quid vnctio eius, ⁊ quid vestimenta: per quod vult intellige-
re talem debere esse prelatum: ⁊ talem esse eligendum in prela
tum q hoc hȝ, scȝ vt cognoscat ⁊ intelligat significationes ta-
Questio.
lium. scđa ibi requirit ergo. tertia ibi ego tñ aliquid. ¶ Pro
1 pleniori intelligentia. Queritur † vtrū oporteat eum q ad epa
Primū ar.
6 **Ad tertium** quo queritur † vtrum expedierit qd̄ ecclesia talia bona tēporalia immobilia retinuerit: siue ꝙ ecclesia bonis temporalibus abundet. *Primū ar.* Et videt̄ ꝙ nō sic. vitiose ⁊ ꝯtra salutē ꝓpriā ageret in corpore humano mēbrum: si de substātia plus acciperet quā sibi est pro alimento necessariū: ⁊ inde egritudinē contraheret. sed ita videtur esse in ecclesia ꝙ multā egritudinē contraxit ex copia bonorū tēporaliū. ergo non expedit ecclesie illa in copia possidere. *Scd̄m ar.* ¶ Secundo confirmatur ex illo apostoli. Habentes alimenta ⁊ quibus tegamur his cōtenti simus. *Tertiū ar.* ¶ Tertio idē ar. qꝛ amor diuitiaꝝ periculose animas illaqueat, ⁊ ab amore dei totaliter trahit. *Quartū ar.* ¶ Quarto qꝛ ex copia taliū bonoꝝ fast⁹: pōpa, superbia: ⁊ morum deformatio videt̄ orta in ecclesia. ¶ In oppositū est tex. pn̄tis. c. *Rn̄det.* ¶ Respondeo dicendū ꝙ expediens fuit ⁊ est ecclesie bonis temporalibus abundare. que conclusio multiplr̄ ꝓbat̄. primo sic. vnaqueq̄ res decēter ⁊ vtiliter disposita est si fini ꝑpter quē instituta est cōgruā habeat destinationē seu ꝓportionē. sed finis ad quē status ecclesiastic⁹ est institut⁹ est vt gerat magisteriū xp̄iane religionis in populo ipsum instruēdo in his q̄ fidei sunt ⁊ bonorū. vn̄ apl̄s. j. ad ti. iij. ⁊ ad ti. j. Oportet ep̄m doctorē esse ⁊ hospitalē esse nō em̄ institutus est vt cōtēplationi tm̄ vacet sed vt diuinis mysterijs populo presideat superintēdat ipsum in operib⁹ bonis verbo doceat ⁊ exēplo. Sed ista sine copia rerū temporaliū expleri nō pn̄t ergo ⁊c. *Ambrosi⁹.* ¶ Scd̄o dicit Ambro. ⁊ habet̄. lxxxvj. dis. in. c. non satis. opȝ dei tēpla congruis edificijs ⁊ ornatu sustineri vt dei tēplū honore congruo honoret̄. sed ad ornatum cōgruum ecclesie sustinēdū ⁊ cultū diuinū cōtinuādū in ornamētis libris calicibus luminaribus: ⁊ hmōi ⁊ ad alendū ministros ecclesie ⁊ scholasticos viros nutriendū copia rerū tpalium est necessaria vt patet ergo ⁊c. ¶ Tertio cōstat ad statū ecclesiasticū annexā esse hospitalitatē. vn̄ ait Apl̄s opȝ ep̄m hospitalē esse. sed ad hospitalitatē seruandā non dubiū quin copia bonoꝝ tpalium sit necessaria. ergo expedit ⁊c. ¶ Quarto idē arguit̄ ex alijs charitatis operibus sicut est captiuos redimere: vestire nudos: cibare famelicos: ⁊ hmōi. ¶ His habitis dicendū est ad rōnes in oppositū. *Ad. j. arg.* Ad primā respōdetur primo ꝙ ista ratio ita currit de laicis sicut de clericis. secundo rn̄det̄ ꝙ nō est verū de oībus monachis. p quo notādū qd̄ in corpore humano diuersa sunt membra ⁊ diuersa habēt officia. ad Ro. xij. vitiū ꝯheret man⁹ aut pes: si plus de alimēto susciperet: q̄ sit op⁹. sȝ nō cōtrahit ex hoc vitiū epar nec alia membra q̄ habēt alijs ministrare. Sic in corpore eccl̄ie qꝛ clerici tenēt administratoris mēbri locū ideo nō vitiose agunt si suscipiāt: vn̄ se alāt, ⁊ possint alijs ministrare. *Ad scd̄m.* ¶ Ad scd̄am rn̄det̄ negādo ꝯn̄am apostolus enim optime dicit ꝙ habentes scȝ tā pro nostris personis q̄ pro illis: quibus ministrare debemus contenti sumus. *Ad tertiū ⁊ quartū. ar.* Ad alia argumenta simul respōdetur negando consequentiam duabus rationibus. prima est: qꝛ lȝ illa sequantur amantes diuitias ⁊ ad illas ardentes: qꝛ vt dicit paulus ad ti. vj. qui ditari cupiunt incidunt in laqueum diaboli. ⁊ Prouer. xxviij. dicit̄ qui ditari festinat non erit innocens: nō tamē illa sequuntur habentes possessiones: aut bona temporalia sine amore possidētes. vnde multi viri sancti in antiquo testamento sicut Isaac, ⁊ Jacob, Thobias, Dauid, ⁊ multi. Et in nouo testamento beatus Nicolaus, Sixt⁹, beatus Gregorius, de quo dixit Angelus solitario ꝙ plus diligeret catam: q̄ Gregorius diuitias suas abundauerunt in bonis temporalibus: ⁊ nihilominus fuerunt perfecti ante dominum.

¶ Secundo qui illa ita sequuntur amatores diuitiaꝝ tam in statu laicorum: q̄ clericorū: in quibus oībus extirpandus est amor diuitiarum tanquam omnium matrem vitiorum.

7 **Ad quartum** in quo queritur † vtrum habere bona tēporalia in cōi diminuat perfectionem euangelicā siue religionis. Et videt̄ ꝙ sic. *Primū ar.* Primo carere diuitijs pertinet ad perfectionē vite xp̄iane, secūdū illud Mat. xix. Si vis perfectus esse: vade ⁊ vēde oīa q̄ habes ⁊ da pauperibus. sed habentes aliquid in cōi nō videtur oīno carere diuitijs. ergo videt̄ ꝙ tales nō attingant ad perfectionem euāgelicam. *Scd̄m arg.* ¶ Secūdo idē arguitur ex parte solicitudinis sic. ad perfectionē euangelicā pertinet carere mundana solicitudine. sȝ habentes aliquid in cōi vident̄ habere solicitudines pn̄tis vite reseruantes sibi aliquid in futurū: quā dn̄s discipulis suis prohibuit Matth. vj. Nolite soliciti esse in crastinum. ergo videt̄ ꝙ habere aliquid in cōi diminuat perfectionem xp̄iane vite. *Tertiū ar.* ¶ Tertio arguitur idē ex verbo sanctissimi viri Isaac qui dicebat teste beato gregorio. ꝙ monachus qui in terra possessiones querit monachus non est: ⁊ loquebatur de possessionibus cōibus: q̄ pro vsu monasterij offerebantur. ergo videt̄ ꝙ habere aliquid in cōi deroget perfectioni religionis. *Quartū ar.* ¶ Quarto idē arguit̄ ex illo Matth. x. vbi xp̄s perfectionis magister perfectionis regulam discipulis tradens ait nolite possidere aurum, nec argentū in zonis vestris ⁊c. ergo habere aliquid in cōi derogat perfectioni religiōis. *Opponit ⁊ Rn̄det.* ¶ In oppositum est tex. pn̄tis. c. ¶ Rn̄deo dicendū ꝙ habere aliquid in cōi puta pecuniā aut alias quascunq̄ res cōes ad sustentationem viuentiū in cōi: aut quorūcunq̄ aliorum pauperū non minuit perfectionē xp̄iane vite: siue euangelicā siue perfectionem religionis. patet conclusio ista. quia hoc est cōforme perfectioni quam xp̄s docuit suo exemplo loculos habendo. s. ea. q. exemplum. ¶ Scd̄o patet eadē cōclusio qꝛ talis vita est conformis vite quā habuerunt apl̄i. vt pȝ act. iiij. ⁊. s. e. q. dilectissimis. ¶ Pro cuius tn̄ conclusionis pleniori intelligentia. et *S. Thom.* iuxta sanctū tho. notādū in. ij. ij. q. clxxxviij. ꝙ perfectio spiritualis non ꝯsistit essentialiter in paupertate: sȝ in sequela xp̄i

Hierony.

vnde sequit̃. ꝛ sequere me. vñ Hierony. dicit. ꝙ nõ sufficit oĩa relinq̃re. Ad dit petr⁹ qd̃ perfect⁹ est: ꝛ secuti sum⁹ te. paupertas aũt est sicut instrm̃: vel sicut exercitiũ perueniẽdi ad perfectionẽ. vñ in collationib⁹ patrũ abbas Moyses dicit. ieiunia: vigilie: meditatio scripturarũ: nuditas: atq̃ priuatio oĩm facultatũ nõ pfectio: sȝ pfectionis instrumẽta sunt. Est aũt priuatio oĩm facultatũ siue paupertas pfectionis instrm̃ inquantũ p remotionẽ diuitiaꝝ tollunt̃ quedã charitatis impedimẽta: que sunt principia tria quoꝝ primũ est solicitudo, quã secũ diuitie afferũt. scdm est diuitiaꝝ amor, q ex diuitijs possessis auget̃ tertiũ est inanis gloria, vel elatio que ex diuitijs nascit̃

ps. xlviij. b.

ẜm illud ps. Qui cõfidunt in virtute sua ꝛ in multitudine diuitiaꝝ suarũ gloriant̃. primũ aũt hoꝝ a diuitijs separari non põt totaliter siue diuitie sint parue siue magne. necesse est em̃ hoĩem aliquaĩr solicitari de acqrendis vel cõseruandis rebus exteriorib⁹. sȝ si res exteriores nõ querant̃: vel habeant̃, nisi in modica quãtitate: quantũ sufficiũt ad simplicẽ victũ ꝛ vestitũ talis solicitudo nõ multũ impedit hoĩem. vnde nec perfectiõi xpiane vite repugnat. Nõ oĩs solicitudo a dño interdicit̃: sȝ superflua ꝛ nociua.

August.

vnde ꝛ Aug. sup illud Mat. vj. Nolite solliciti esse ꝛc. dicit nõ hoc dicit vt ista nõ procurẽt sancti quãtũ necessitatis sed vt non ista metuant. Et propter ista faciant qdquid euangelij predicatione facere iubentur. sed abundãs diuitiarũ possessio abundantiorẽ solicitudinẽ ingerit: per quam animus hoĩs multũ detrahitur: ꝛ impeditur: ne totaliter feratur in dei seruitium. Alia vero duo scȝ amor diuitiarum ꝛ elatio siue gloriatio de diuitijs non sequunt̃ nisi abundantes diuitias dicit tñ circa hoc vtrũ abundantes diuitie vel moderate in proprio vel in cõi habeantur, Nã solicitudo que circa proprias diuitias adhibetur pertinet ad amorem priuatum: quo quis tẽporaliter se amat. Sed solicitudo que adhibetur circa res cões pertinet ad amorẽ charitatis: que non querit que sua sunt: sȝ cõibus intendit. Et qȝ religio ad perfectionẽ charitatis ordinatur quã perficit amor dei vsq̃ ad contemptũ sui habere aliquid in proprio repugnat perfectioni religionis. sed solicitudo que adhibetur circa bona cõia pertinere potest ad charitatẽ, lȝ etiã per hoc impediri possit aliquis altior charitatis actus: puta cõtẽplationis diuine aut instructionis proximorũ. Ex istis eliciuntur due conclusiones plene rñdentes

S. Tho. Prima cõclusio.

8 ad questionẽ ẜm sanctũ Tho. vbi. s̃. prima † ꝙ habere abundantes diuitias in cõi siue in rebus mobilibus siue immobilibus est impedimẽtũ perfectionis: licet vocaliter non excludat

Scda conclusio.

9 eã. ¶ † Scda. Hr̃e de reb⁹ exterioribus in cõi siue mobilibus siue immobilibus q̃tũ sufficit ad simplicẽ victũ perfectionem religionis non impedit si consideretur paupertas ad cõem finem religionis: qui est vacare diuinis obsequijs. qm̃ si consideretur per cõparationẽ ad fines speciales religionũ aliter dicendũ erit. qm̃ presupposito tali fine vel tali: paupertas dicit̃ maior vel minor: que fuerit magis accõmoda ꝛ tanto erit vnaq̃q̃ religio perfectior secundum paupertatem, quanto habet paupertatẽ magis ꝓportionatã suo fini. Manifestum est aũt ꝙ quãtũ ad exteriora ꝛ corporalia opera actiue vite indiget homo copia exteriorũ rerũ: ad cõtẽplationẽ autem pauca requiruntur vt deducit sanctus Tho. vbi supra. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositũ.

Ad primũ ar.

Ad primam respondetur negando maiorem intelligẽdo ꝙ requiratur essentialiter. Et ad authoritatẽ Matthei. xix. respõdetur qd̃ ex illo verbo dñi non intelligitur: ꝙ ipsa paupertas sit perfectio. sȝ perfectionis instrumentũ, ꝛ etiã minimũ inter tria principalia instrumenta perfectionis. Nam votum cõtinentie preeminet voto paupertatis: et votum obedientie vtriq̃. quia vero instrumentum non propter se queritur: sed ꝓpter finẽ, nõ tanto aliquid est melius q̃to maius est instrumẽtum sȝ quanto est magis fini proportionatũ. sicut medicus non tanto magis sanat: quanto maiorẽ dat medicinã: sed quanto est magis medicina ꝓportionata morbo, Sic ergo nõ oportet qd̃ religio tanto sit perfectior quanto maiorẽ habet paupertatẽ. sed quanto paupertas est magis ꝓportionata cõi fini ꝛ spirituali.

Ad scdm.

¶ Ad secũdam respondetur negando assumptum. qm̃ non est possibile vt hõ careat omni solicitudine. quia nullus modus viuendi est: qui aliquam solicitudinẽ non requirat. vnde xp̃s non prohibuit oẽm solicitudinẽ: sȝ superfluam ꝛ nociuã. vt dictum est vnde qd̃ dñs dicit Matth. vj. nolite soliciti esse ꝛc. non intelligitur ꝙ nihil reseruatur in futurum hoc enim periculosum esse beatus Antonius in collationibus patrũ ostendit. Et augustinus li. de operibus monachoꝝ. vnde exponit̃ sicut dictũ est in argumento. j. respõdendo ad tertiũ argumẽtũ ibi vide.

Ad tertiũ. S. Thom.

¶ Ad tertiã rõnẽ rñdet̃ negando ꝯñam. Et rõ est. qȝ vt dicit sanctus Tho. Isaac possessiones renuebat recipere, nõ qȝ hr̃e aliqua in cõi necessaria ad vite sustentationẽ derogaret perfectioni: qȝ dñs loculos habuit vbi pecuniã collectã reponeret. sed ideo qȝ timebat, ne per hoc ad superfluas diuitias veniretur p quarũ abusum impediret̃ religionis perfectio. vnde gregori⁹ ibidẽ subdit sic metuebat paupertatẽ sue charitatis perdere: sicut auari diuites solent perituras diuitias custodire.

Ad quartũ. S. Thom.

¶ Ad quartã rñdet̃ negãdo ꝯñam qm̃ vt dicit sctũs Tho. ꝛ sepe in superioribus repetitũ est: lȝ xp̃s illa non portari in via ab his qui ad predicandum mittebant̃ ordinauerit: non tñ ea in cõi obseruari prohibuit: vt patet ex practica sua ꝛ apostolorum: qui in communi aliquid habuerunt vt dictum est.

10 **Ad quintum** sic procedit̃. † Et videt̃ ꝙ religio nihil possidens in cõi ꝛ in particulari sit perfectior religiõe q̃ hȝ aliquid in cõi.

Primũ ar.

Primo sic. ille status est perfectior qui perfectius imitat̃ xp̃m. sȝ status nihil hñtiũ in cõi ꝛ in particulari est hmõi. ergo ꝛc. probatur minor Matt. xix. vade ꝛ vẽde oĩa ꝛc. Sȝ retinens aliquid in cõi non videt̃ oĩa vendere, ꝛ relinquere: vt sequatur xp̃m. ergo non ita imitatur, ꝛ maxime cõsequentia videt̃ militare de habentibus possessiones in cõi: quia talis modus nõ legitur obseruatus a Christo ꝛ suis apl'is. ergo talis sic in cõi hñtis possessiões nõ imitant̃ xp̃m.

Scdm arg.

¶ Scdo sic. vbi est maior recessus a tẽporalib⁹ ibi est maior abdicatio proprij. sed nihil habentes in cõi nec in particulari: sunt hmõi. ergo ꝛc.

Tertiũ ar.

¶ Tertio vbi est minor solicitudo ibi maior perfectio. ergo ꝛc.

Quartũ ar.

¶ Quarto quo ad continentiam illud votum est perfectius: quo hõ renuntiat oĩ delectationi carnali. ergo similiter quo ad paupertatẽ illud votũ est perfectius: quo hõ renũtiat oĩbus tẽporalibus qñocunq̃ habendis.

Quintũ ar.

¶ Quinto sic. penitentia est perfectior vbi omnia relinquuntur ꝛ in proprio: ꝛ in cõi: q̃ vbi habẽt necessaria in cõi patet. sed paupertas ꝛ penitentia sunt perfectiones quedam, ergo sequit̃ ꝙ habere diuitias in cõi diminuat de perfectione. Si vero dicat̃ ꝙ nõ sunt perfectiones: sȝ instrumenta perfectionis que quidem perfectio est charitas. Cõstat aũt ꝙ hmõi instrumenta optima sunt: ꝛ cõuenientissima ad finem predictũ inducendũ. qȝ per xp̃m in quo sunt oẽs thesauri sapiẽtie ꝛ sciẽtie dei inuenta ergo ꝛc.

Sextũ ar.

¶ Sexto dicit August. li. iij. de doctrina xpiana. Q̃to magis regnũ cupiditatis destruit̃: tanto regnum charitatis auget̃. Itẽ lib. lxxxiij. dicit nutrimẽtum charitatis est diminutio cupiditatis: vbi ergo magis diminuitur ꝛ annihilatur cupiditas: ibi magis nutritur ꝛ auget̃ charitas, ꝛ perficitur. Et constat quod hoc fit in religione, in qua nihil habetur nec in proprio, nec in cõi ergo ꝛc.

Opponit i cõtrarium.

¶ In oppositum videt̃ ex pñti. c. ¶ Scdo sic paupertas nõ pertinet essentialiter ad perfectionẽ: sȝ solũ instrumentaliter vt dictũ est. ergo sequitur qd̃ ex parte paupertatis absolute non põt dici aliqua religio perfectior alia ꝯña satis nota est ex dictis in precedenti qõne.

Respõdet. S. Tho.

¶ Respondeo dicendũ iuxta sanctũ Tho. in. ij. ij. q. clxxxviij. ꝙ differentia vnius religionis ad aliã principaliter quidẽ attenditur ex parte finis. secundario autẽ ex parte exercitij. Et qȝ nõ põt dici aliquod altero potius: nisi secũdũ id: in quo ab eo differt. ideo excellẽtia vnius religionis super aliã principaliter quidẽ attẽdit̃ ẜm religionis finẽ: secundario aũt ẜm exercitiũ. diuersimode tñ ẜm vtrũq̃ cõparatio attendit̃. Nã comparatio que est ad finẽ est absoluta. eo ꝙ finis ꝓpter se querit̃. Cõparatio aũt q̃ est secũdũ exercitiũ est respectiua, qȝ exercitiũ non querit̃ ꝓpter se, sed propter finẽ. Et ideo illa religio alteri prefert̃: q̃ ordinat̃ ad finẽ absolute potiorem: vel qȝ est maius bonum, vel qȝ ad plura bona ordinatur. vbi nota ꝙ est finis quidã cõis oĩbus religionibus: scȝ qd̃ aliquis totaliter se prebeat ad seruiendũ deo. vnde ex hac pte nõ est diuersitas inter religiones. Est autẽ ali⁹ ꝛ specialis ꝛ ꝓximus sicut vna religio ordinat̃ ad peregrinos hospitio suscipiendos, ꝛ alia ad visitãdos vel redimẽdos captiuos. Alia ad militãdũ, alia ad ꝯtẽplãdũ ꝛ ꝯtẽplata alijs tribuẽdũ: sicut sunt religiões mẽdicãtiũ. si vo sit finis proximus idẽ vt esse vr̃ in religionib⁹ mendicantiũ. secundario attendit̃ preeminentia religionis. non secũdũ quãtitatẽ exercitij: sȝ secundũ ꝓportionẽ ei⁹ ad finẽ intentũ. vnde ꝛ in collationib⁹ patrũ introducit̃ snĩa beati Antonij q ꝓtulit discretionẽ: per quã aliqs oĩa moderatur in ieiunijs ꝛ vigilijs. ꝛ oĩb⁹ hmõi obseruantijs. Ex quibus eliciunt̃ certe

Pria conclusio.

11 conclusiones † ꝙ religio intendẽs predicationi ꝛ doctrine que ex plenitudine contẽplationis deriuatur est potior eã q̃ soli cõtẽplationi studet. Talis enim ꝓpinqua est perfectioni epõrũ. Sicut em̃ mai⁹ est illuminare: ꝙ lucere solũ. ita mai⁹ est cõtẽ-

Scda ꝯclusio.

12 plata alijs tradere, q̃ solũ contẽplari. ¶ Secũda cõclusio † religio cõtemplationi soli vacãs est potior religione vite actiue que totaliter in exteriori consistit occupatione. sicut est eleemosynas dare, aut hospites recipere. Sed quia talia sunt bona minora operibus contemplationis nisi forte in casu necessitatis. vnde Luce. x. dicitur optimam partẽ eligit sibi maria: que non

que non auferet̃ ab ea. itẽ in singulis hoꝝ graduũ põt attẽdi preeminẽtia scdm ꝙ vna religio ordinat̃ ad altiorẽ actũ in eo-

Tertia cõclusio.

13 dẽ genere. vñ est etiã tertia ꝯclo † ꝙ inter religiones vite actiue deditas illa est potior que ordinat̃ ad actũ altiorẽ. sicut potior religio q̃ intẽdit redẽptioni captiuoꝝ q̃ religio intendit de⁹ tm̃ receptiõi hospitũ: seu hospitalitati. ¶ Quarta cõclu-

Quarta cõclusio.

14 sio † in operib⁹ ꝯtẽplatiue vite potior est orõ q̃ lectio. vñ religio intẽdẽs orõni esset potior dicẽda religione q̃ soli doctrine intẽderet. itẽ põt attẽdi eminẽtia iter religiones si vna eaꝝ ad

Quinta cõclusio.

15 plura hoꝝ ordinet̃ q̃ alia ꝛ ẜm hoc est quinta cõclusio † ꝙ religio intẽdẽs simul orationi ꝛ doctrine: est potior ea: q̃ soli orationi aut soli doctrine intẽderet. Itẽ põt attẽdi eminẽtia iter

Sexta ꝯcl.

16 religiones ex parte statutoꝝ. vñ est ꝯclo sexta † ꝙ illa religio alteri ꝑeminet: q̃ ꝯueniẽtiora hȝ ad finẽ ꝓpositũ cõsequendũ. vñ potior religio nõ est ex hoc ꝙ hȝ arctiores obseruãtias: sed ex hoc ꝙ maiori discretiõe sint ei⁹ obseruãtie ordinate ad finẽ religiõis. sicut ad ꝯtinẽtiã efficaci⁹ ordinat̃ maceratio carnis per abstinẽtiã cibi: ꝛ potus: q̃ pertinẽt ad famẽ ꝛ sitim: q̃ per subtractionẽ vestiũ: que pertinent ad frigus ꝛ nuditatẽ. ꝛ quã per corporalẽ laborẽ. Ex superioribus iam dictis satis clara est conclusio de paupertate: de qua questio nr̃a petit. ꝙ non tanto religio aliqua sit potior aut maior dicenda: quãto paupertas maior sit in ea: sȝ quanto hȝ paupertatẽ magis ꝓportionatam suo fini. Que conclusio patet per simile sicut medicus non tanto magis sanat: quanto maiorem dat medicinam sȝ quanto medicina est magis proportionata morbo. Sic ergo non opȝ ꝙ religio tãto sit perfectior: quanto maiorem habet paupertatẽ. sed q̃to eius paupertas est magis proportionata cõi ꝛ speciali. vnde qȝ ad exteriora ꝛ corporalia opera vite actiue indiget hõ copia exteriorũ rerum: paucis vero indiget ad cõtẽplationẽ: ꝙ religio que ordinat̃ ad actiones corporales actiue vite: puta ad militãdũ, vel hospitalitatẽ sectandam imperfectior esset si cõmunib⁹ careret diuitijs imo si in abũdantia non haberet. nõ sic est de religionibus ad contẽplatiuã vitã ordinatis. qm̃ tales tanto perfectiores sunt: quanto eorũ paupertas minorẽ eis solicitudinẽ temporaliũ ingerit. ratio est quia solicitudo temporalium rerum tanto magis impedit religionem: quãto solicitudo spiritualiũ maior ad religionem reqrit̃. vnde qȝ maiorẽ solicitudinẽ spiritualium reqrit religio: que est instituta ad contẽplãdum, ꝛ contemplata alijs tradendũ per doctrinã ꝛ predicationẽ: q̃ illa que instituta ad contemplãdũ tm̃ illã decet talis paupertas que nimiã solicitudinem ingerat: manifestũ est, ꝙ nimiam solicitudinem ingerit res conseruare vsui hoĩm necessarias tpe congrue ꝓcuratas. Et ideo tribus gradibus religionũ suprapositis triplex gra-

S. Thom.

dus paupertatis cõpetit vt dicit sctũs Tho. Nã illis religionibus que sunt ordinate ad actiones actiue vite cõpetit habere abũdãtiã diuitiarũ cõmuniũ. illis aũt religionibus q̃ sunt ordinate ad actiones actiue vite cõpetit hr̃e abundantiam diuitiarũ cõmuniũ. illis aũt religionibus que sunt ordinate ad cõtẽplãdũ magis cõpetit habere possessiones moderatas: nisi simul oporteat tales religiones per se vel per alios hospitalitatem tenere. illis autem que ordinantur ad cõtemplata alijs tradendũ cõpetit vitã habere maxime ab exterioribus solicitudinibus expeditam: que quidẽ fit dũ modica que sunt necessaria vite congruo tpe ꝓcurata conseruant̃. ꝛ hoc dñs paupertatis institutor docuit suo exemplo. habebat enim loculos in de cõmissos: in quibus recõdebant̃ eis oblata vt habet̃ Joã. xij.

Ad primũ arg.

¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositũ. Ad primam respõdetur negando minorẽ. dicimus enim qd̃ nihil habentes in ꝓprio: sed in cõi tm̃ maxime modo assignato perfecte imitãtur xp̃m: q loculos habuit ꝛ apl'os: q prediorũ pretia conseruabant: ꝛ distribuebant vnicuiq̃, prout cuiq̃ opus erat ad authoritatẽ de Matthei. xix. iam responsum fuit in questione precedenti respondendo ad primũ. Et cũ subiungit ꝙ retinens aliquid in cõi non videtur oĩa vendere ꝛ relinquere. dicitur ꝙ hoc est falsum. quia qui nihil in proprio retinet oĩa ꝓpter xp̃m reliquisse intelligitur: ꝛ adimpleuisse consiliũ xp̃i lȝ cõitas congregationis pauperum cui ipsa omnia propter xp̃m contulit conseruet pro sustentatione vite eorum: sicut fiebat in ecclesia primitiua ꝙ omnes qui conuertebantur vẽdebãt agros ꝛc. ꝛ pretia ponebãt ad pedes aploꝝ: q ꝯseruabãt oĩa ꝛ distribuebãt singulis put cuiq̃ op⁹ erat. vnde illud consilium Matth. xix. vade ꝛ vende omnia. intelligendum est quo ad non habendũ aliquid in ꝓprio: sicut oẽs doctores intelligunt illud: nec ad implendum illud requiratur necessario nihil habere in cõi. lȝ etiam non dicatur facere contra qui nihil in proprio nec in cõmuni possidet. Et ad idem quod sequit̃

August. de anchona.

de habẽtibus possessiones ꝙ talis modus viuẽdi nõ legit̃ ob-

17 seruatus a xp̃o dicẽdũ est iuxta magistrũ Aug. de ancho. † qd̃ oĩs modus viuẽdi in volũtaria paupertate diuersis tẽporib⁹ in xp̃o exẽplariter mõstratus est. Nã modus viuẽdi de ꝓprijs laborib⁹ mõstratus est tpe subiectionis sub parẽtibus a pueritia vsq̃ ad. xxx. annos in qua etate parẽtibus obediẽs humiliter ꝛ reuerẽter laborẽ corporeũ cũ parẽtibus sustinuit: vt dicit basilius Luc. ij. ¶ Modus viuẽdi mendicãtiũ de eleemosynis que ab alijs inferunt̃ mõstratus est in xp̃o tẽpore sue predicationis qñ ipse ꝛ apostoli viuebant de his que administrabantur eis a mulieribus ꝛ alijs qui sequebantur vt scribitur Luce. ij. ¶ Viuẽdi modus quo aliqua mobilia seruant̃ in cõi monstratus est tempore sue persecutionis ꝛ passionis: ꝛ qñ tota illa gente iudaica pastorem simul ꝛ gregem persequente ꝯgruam regulam ipsis dispensauit permittẽns discipulis: vt tollerent: ꝛ seruarent victui necessaria. dicens Luc. xx. Qui habet sacculum tollat similiter ꝛ peram. Sed modus viuendi de possessionibus in cõi nõ fuit per xp̃m ꝛ apl'os demõstrat⁹ propter translationem ecclesie de iudeis ad gentes vt dicit melchiades papa. e. q. c. futuram.

Ad scdm.

¶ Ad secundã rationẽ respondetur ꝙ sicut diximus de paupertate: ita dicimus de maiori abdicatione temporaliũ. qm̃ illa cũ nõ essentialiter pertineant ad perfectionem sed instrumentaliter. Nam paupertas cũ secundum se nõ sit bona: sed inquãtũ liberat ab illis: quibus hõ impeditur: quominus spiritualibus intendat ẜm modũ quo liberat̃ p eã ab impedimentis predictis est mensura bonitatis ipsius: ꝛ hoc est cõe oĩbus exterioribus: que intantum bona sunt inquantũ ꝓficiunt ad virtutem: nõ aũt secũdũ seipsa:

S. Tho.

vt dicit sanctus Tho. in. iij. cõtra gentiles. c. cxxxiij. preterea vt dicit sanctus Tho. in. ij. ij. vbi. s̃. si diceret̃ ꝙ excessus paupertatis faceret religionem perfectiorẽ ẜm hoc ꝙ est pauperior non tñ faceret perfectiorem simpliciter. posset enim esse ꝙ alia religio excederet in his que pertinent ad continentiam: et obedientiam: ꝛ sic esset simpliciter perfectior. qȝ si in melioribus excedit est simpliciter melius non sequitur, ꝙ vbi illa maior sit maior sit perfectio.

Ad tertiũ.

¶ Ad tertiã respõdet̃. primo ꝙ solicitudo seruandi aliquid in cõi pro vite necessarijs nõ est prohibita: sicut supra dixim⁹ ex dicto aug. ꝛ exemplo xp̃i: nec per ꝯñs minuit in aliquo perfectionẽ. ¶ Scdo dicimus ꝙ illi qui nihil habent in ꝓprio nec in cõi: ꝛ nõ laborant manibus ꝛ maxime volentes laute viuere ꝛ comedere vel q non contentãtur paucioribus ꝛ vilioribus: ꝙ habeant minorem solicitudinem pro vite necessarijs sicut apertissime patet in illis.

Ad quartũ. Petrus de palude.

Et ad quartum de voto cõtinentie dicendum ꝙ est simile: vt dicit petrus de palude de voto paupertatis ꝛ castitatis. qȝ species ꝛ indiuiduũ possunt saluari absq̃ eo ꝙ religiosi vtantur aliquo venereo circa quem est castitas. sed indiuiduum hoĩs ẜm pñtem vitã saluari nõ põt sine vsu temporalium circa quem est votũ paupertatis.

Ad quintũ

¶ Ad quintam rñdetur ꝙ paupertas ꝛ penitẽtia sunt instrumenta ad perfectionem inducendã: qñ scȝ sunt proportionata fini aliter non. ꝛ sic docuit eos xp̃s. vñ paupertas que habet aliquid in cõi: eo modo quo dictũ est: magis est ꝓportionata perfectioni vite xpiane: q̃ illa que nihil hȝ vnde non oportet ꝙ illud quod diminuit de paupertate ꝛ penitentia simpliciter diminuat de perfectione. sed solum istud sequitur ꝙ illud quod diminuit de paupertate ꝛ pnĩa ꝓportionatis ad pfectiõnẽ: diminuat̃ de pfectione. ꝛ hoc satis cõcedit̃ sed nõ est ad ꝓpositũ nr̃m.

Ad sextuȝ.

¶ Ad sextã rñdet̃ prĩo ꝙ aliud est habere bona temporalia in cõi, ꝛ aliud est habere cupiditatem. primũ enim stat cũ summa perfectione: scȝ in xp̃o ꝛ in apl'is ꝛ in religionibus sanctis. secũdum vero non: imo vt dicit Augustinus. venenum est charitatis. ¶ Secũdo dicimus ꝙ non est verum ꝙ minor sit cupiditas in religionibus nihil habentibus in ꝓprio ꝛ in cõi maxime vacantibus otio ꝛ volentibus laute comedere: quã in religionibus habentibus aliquid sicut diximus in cõi.

Exponit literam.

Lege. ¶ [Expedit facultates ecclesie cões.]

18 † dicit facultates: non ꝙ facultates vnius ecclesie sint cões alteri ecclesie. qȝ quelibet ecclesia habet facultates ꝓprias. sed qȝ nulli persone de ecclesia sunt ꝓprie: sed cões. ita ꝙ quilibet de ecclesia non hȝ eas ꝓprias: sed oĩm sunt cões ꝛ cõitati ecclesie sunt ꝓprie. [Et ꝓprias perfectionis amore contẽni.] abrenũtiando ꝓprijs: aliter non debet quis contẽnere rerum suarum curam: imo propter hoc repelleret̃ a promotione. xlvij. distin. §. necesse. Hugu. ꝛ Archid. Est etiam hoc reprobatum. xxiiij. q. iij. quidam ver. apostoli. [aut venditis.] hoc sumptum est ex verbis dñi Matthe. xix. Si vis perfectus esse: vade, ꝛ vende omnia. [dispensator] prelati enim sunt bonorũ ecclesie dispensatores: nõ dñi, vnde apl's. j. ad Cor. iiij. Sic vos existimet hõ vt ministros xp̃i ꝛ dispensatores ministeriorum dei. s̃. j. q. ij. sacerdos. xiiij. q. j. §. qȝ ergo.

Archidia.

Archi. [prepositus]. i. prelatus [deniq̃]. ij. pars. [ingẽtia]. i. grandia [quo facto satis] argumentum ꝙ argumentandum est ab exemplis sanctorum. Eo enim

ipso presumit licitū esse ꝙ ab aliquo sancto fuit factū ar. vij. q.
19 j. ois q. hu. [contēni.] ar. † manifestū. ꝙ hr̄e in cōi nō est cōtra perfectionē euāgelicā. Erubescāt ergo heretici q dicūt nō posse habere quē perfectionē: q nō abdicat bona tēporalia in proprio ⁊ in cōi. Cetera patēt in gl. Queritur cuius sit dominium vel proprietas rerum ecclesiasticarum. Sed nos infra in. c. vidētes. dicemus aliquid de hoc.

Quoniam. Ad idē sequitur hoc ca. quod est Gregorij in registro scribētis felici epō de atropoli. Summa iniūgit isti epō visitationem trium ecclesiarum, que erant sibi vicine exhortado vt inducat clericos illaꝝ ecclesiarū ad viuendū canonice. i. regulariter: sc3 in cōi. secundum literam que magis mihi placet ⁊ consonat litere. Nō diuidiꝶ. *Exponit literam.* Lege. ¶ [Quā Solenniter]. i. in scriptis vel solenniter. i. in totum ⁊ plenarie: vt tāꝙ proprius eps oīa disponas. simile di. lxj. obitum. ⁊ cap. qm̄ Hu. ⁊ Laur. Arc. [Canonice]. i. simul. ⁊ cōiter. Hu. ¶ Sz surgit questio qualiter hoc capitulū facit ad ꝓpositū. *Questio. Rñdet.* Ad hoc vt dicit hu. dicūt quidā: ꝙ propter hoc verbum canonice inducitur hoc. c. quasi diceret ꝙ clerici nihil proprium debent habere: sed omnia cōia ⁊ cōiter viuere. Et ita hoc capitulū refertur ad principalem questionem. Sed credo inquit Hug. quod gratianus inducit hoc capitulū ad probandum ꝙ clerici licite possunt possidere ⁊ administrare res ecclesiasticas: ⁊ ad hoc facit verbum iniungimus propter ꝙ verbum *Lauren.* Lau. dicit hoc capitulum est inductum. Arch.

1 ☞ Monarchia vnde dicatur.
2 Ecclesia lateranensis est prima sedes papalis.
3 Clerici non subsunt seculari iudicio.

Futuram. Ad idē sequiꝶ hoc. c. qđ scđm titulū cōem dr̄ esse melchiadis pape. sz vt dicit hu. ⁊ gl. titulus est falsus q2 melchiades ꝓcessit syluestrū ⁊ tpe syluestri cōstantinus cōuersus est ad fidē. Alij dicunt ꝙ est vrbani. sed isti dicūt impossibilius: q2 vrbanus primus precessit non mō syluestrū: sed etiam melchiadē. *Arcbid.* Alij dicūt vt Arch. ꝙ forte debet dicere Julius papa. vt colligi pōt ex brocardo. l. iij. cap. ij. quomodocūꝗ sit summa huius cap. est qđ ecclesia licite potest possessiones sibi acquirere ⁊ possidere: licet in primitiua ecclesia secus fuerit obseruatū. vnde q2 duobus superioribus capitulis ostēsum fuerat qūo illi qui propria renuntiant bona ecclesiastica licite dispensant. Et ne quis aduersus ecclesiam detraheret dicēs: ꝙ nec ecclesie facultates aliquas possidere liceat, ideo tribus suppositis capitulis rationabilem causam ostendit quare bona immobilia possidere cepit. *Diuisio.* Et diuiditur in duas partes. in prima ponit causam quare in primitiua ecclesia: ecclesia nō acquirebat sibi possessiones. In. ij. ponit causam: quare post acquirere cepit. ij. ibi: at vero. Quia autez de materia ista an liceat ⁊ deceat ⁊ expediat ecclīe possessiōes habere: satis disputatū est circa. c. expedit trāseam⁹ ad litere expositionē. *Exponit literam.* Lege. ¶ [Futuꝝ. apl̄i.] act. iiij. ex hoc. c. ⁊ sequēti pȝ absꝗ detrimēto pfectionis ecclesia hȝ in cōi nō solū bona mobilia: sȝ etiā immobilia [in gētibus.] q2 iudei noluerūt recipere verbū dei: sȝ repulerūt: ⁊ ita fecerūt se indignos. hu. [idcirco predia] vel alia immobilia ibidē recipere noluerūt. q2 se esse a iudea repellēdos nouerūt: ⁊ gētib⁹ dispergēdos [sȝ pretia tm̄] que ponebanꝶ ad pedes apostoloꝝ dispēsandas per eo egētibus: vt diciꝶ Act. iiij. [at vero]. ij. pars. [monarchiā]. i. singularē ⁊ vni-
1 cum principatum. † a monos quod est vnū ⁊ archos quod est princeps. *Lauren. Arcbid.* Hu. Laur. ⁊ Arcbid. Tunc enim vnus in toto vrbe principabatur: non ꝙ omnes sibi obedirent, sed aliqui de omni parte mundi. vt de Asia: de Europa: de Africa. lz ei multi resisterent inter hos imperatores vnus fuit pius xp̄ianus vir religiosus xp̄iani cultus amator: qui conuersus a beato Syluestro papa ecclesiam mirabiliter sublimauit: non solum quo ad bona mobilia: sed etiam immobilia. quo exemplo pȝ qđ habere immobilia vt habet tota Xp̄i ecclesia exceptis fratribus minoribus: non est contra perfectionē, alˢ tota ecclesia in omni suo statu esset extra perfectionem: quod absit. quia ecclesia non recepisset a constantino donaria: si per hoc a perfectione laberetur [prime sedis beati petri.] sedes petri prima est authoritate ⁊ dignitate. quia omnibus preeminet in plenitudine potestatis. ar. hic ꝙ ecclesia beati petri sit prima sedes pape: ⁊ sic sedes papalis quod quidam dicunt ad quod videtur facere. iij. qđ. vj. dudum. vbi Lau. approbat istam sniam. Sed
2 Hu. ⁊ Arc. sunt alterius sententie videlicet † ꝙ ecclesia lateranen. sit prima sedes papalis: ⁊ nobis: ita visum est cum superius de hac materia disputauim⁹: ⁊ de illa hic loquaꝶ. Tum q2 illā edificauit cōstantin⁹. Tum scđo q2 ecclesia sancti petri nō est patriarchalis sedes: vel epalis. sz est de epatu portuēsi. Est ergo sensus. primo sedis beati petri. i. lateranē. patriarchij. ibi enim est prima sedes Petri. i. apostolici. lz corp⁹ sancti petri nō sit ibi. hu. [cōcederet] gl. ar. ꝙ apud ecclesiā. ro. sit imperiū. dicit *Arcbid.* Arch. hoc nō colligiꝶ ex ista litera. ⁊ est cōtra. xcvj. di. ad verū. vbi de hoc. ⁊. c. si imperator. vbi de hoc. Arch. [synodo.] Nam ante generales synodi non fuerant congregate. sed ab eius tēpore ceperunt. vt di. xv. c. j. Hu. [presidens] non quidē ad corrigēdum nec ad iurisdictionis potestatem exercendam: volēs epos indicare vt testatur ipse: sed dicitur presidens ad obsecrandum, ⁊ consulendum, ad protegendum vt in pace agerent epi: que dei essent. [a nemine] sc3 laico: vel seculari. [dijudica-
3 ri.] hic clare patet † ꝙ clerici non subsunt seculari iudicio quia filij regis regum sunt. Matt. xvij. [solius dei]. i. ecclesie. vt. ij. q. vij. accusatio. ⁊. iij. q. v. q2 suspecti. Hug. [dij vocati.] Exod. xxij. dijs nō detrahes. ⁊ in ps̄. lxxx. Ego dixi dij estis. ⁊. xj. q. j. sacerdotibus. ⁊ di. xcvj. satis [ab omnibus]. i. laicis.

3 ☞ Ecclesia quelibet habet dominium rerum sibi assignatarum.
4 Ecclesia vniuersalis habet proprietatem bonorum ecclesiasticorum in vniuersali.
5 Papa est dispensator ⁊ administrator generalis omnium bonorum ecclesie.
6 Ecclesia nunquam deficiet.

Videntes. Ad idem sequitur hoc ca. qđ est verbum pape. Summa est ꝙ licitum sit ecclesie habere bona mobilia ⁊ immobilia. *Diuisio.* Et diuiditur hoc. c. in. iiij. partes. In prima assignat ratione quare sancti patres retinuerunt hereditates ⁊ possessiones: quas vendebant apostoli in primitiua ecclesia in. ij. ponit: ꝙ prelati debent esse harū rerū ecclesiasticarū dispensatores in. iij. ꝙ ꝓdicti dispēsatores debeant ꝓuidere singulis ministris: ita vt nullus egens reperiatur inter illos. in iiij. punit eos: qui predictam potestatem ab epis auferre tētauerint. ij. ibi: ipse vero res. iij. ibi: ipse enim res fidelium. iiij. ibi ideoꝗ. si aliqs. Hic pro pleniori intelligentia huius. c. veniūt duo querenda.

1 ¶ Primum est vtrum licuerit mutare istum statum primitiue ecclesie: in quo possessiones non reseruabantur: sed vendebantur: ⁊ de illorum pretio prouidebatur singulis: prout cuiꝗ opus erat vt dicitur Act. iiij.

2 ¶ Secundum est apud quem sit proprietas ⁊ dominium rerum ecclesiasticarum.

1 Ad primum sic procediꝶ. † Et videtur ꝙ non licuit mutare. sed debuit perseuerare quia non est dubium: quin status ille vite cōis fuerit bonus ⁊ vt dictum est vita cōis vtilis ad cōsecutionē perfectionis vite spūalis. *Primū ar.* Si ergo status ille fuerit bonus ⁊ vtilis videtur ꝙ successores qui fuerunt minoris authoritatis nō debuerūt mutare illū: sz potius debuerūt imitari. *Opponit ⁊ Rñdet.* ¶ In oppositum est presens. c. ¶ Rñdeo dicēdū sub ista conclusione ꝙ licitū fuit mutare. Cōclusio ꝓbaꝶ satis tā ex. c. p̄nti. ꝙ ex. c. futurā. s̄. e. q. pro qua cōclusione est notādū iuxta magistrū Hūbertum sup regulam beati Augustini. *Hūbertus.* ꝙ quedā sunt in tm̄ essentialiter bona ꝙ non recipiunt ꝓ aliquo tpe mutationē: vt diligere deū: ⁊ similia. Quedam vero pro tpe recipiūt mutationē. Sunt enim multa que vno tpe magis expediunt: ꝙ alio. Cū ergo dilatata fuit ecclesia per orbem, ⁊ habuit pacem: visum est successorib⁹ apostolorum apud quos māsit authoritas eoꝝ: ꝙ magis expediebat vt possessiones quarū pretiū cum essent vendite dabatur eis: vt distribuerent credentibus retinerēt ⁊ darenꝶ ipsis vt perpetuo possent inde subuenire pauperib⁹: ꝙ ꝙ more solito venderentur. Et ideo mutauerūt statū illū. Et primo sole matrices etiam habebant hmōi possessiones, ⁊ prouidebant alijs: postmodum vero dilatatū est hoc ad alias ecclesias sicut apparet in p̄nti. c. videꝶ aūt ꝙ iuxta tēpora constantini facta fuerit hmōi mutatio per approbationem vniuersalem: q2 forte particulariter ante fuerit aliqua mutatio particularis. vt in. c. futuram. s̄. e. q.

2 Ad secundum in quo queritur. † ad quē pertineat reꝝ ecclīasticaꝝ ꝓprietas siue dn̄ium sic ꝓcediꝶ. *Rñdet.* Narrabūtur varie opiniones circa hoc quarū alique tanguntur in glo. ⁊ in. c. expedit. ij. e. qđ. ⁊ impugnabuntur que nō videnꝶ bone. Et tādē poneꝶ illa que nobis cōuenientior apparet. *Pr̄a opi.* prima opinio est: ꝙ dn̄ium ⁊ ꝓprietas sit apud ecclesiam. que dicitur ipse locus sacer: conclusus parietibus ecclesie. Et ista fuit snia Vlrichi. *Vlrichus.* Et ita locus ille gerit vicem

rit vicem persone: ⁊ intelligiꝶ dn̄s sicut de hereditate dicitur l. hereditas. ff. de acquiren. rer. do. Sed ista non placet nobis que rei inaīate ⁊ insensibili proprietatem ⁊ dn̄iū rerū ecclesiasticarū tribuit. *Scđa cōclusio. Arcbid.* ¶ Scđa opinio est Hu. ⁊ Arch. ꝙ ꝓprietas et dn̄iū rerū ecclesiasticarū sit solius xp̄i. vnde quecunꝗ clericis offeruntur dicunꝶ oblata deo. xij. q. ij. nulli liceat. ⁊. c. qui abstulerit. ⁊. c. res. ⁊. c. quisquis. ⁊. xvj. q. j. in canonibus. ⁊. xxiij. q. viij. conuenior. Sed nec ista opinio nobis placet. q2 xp̄s aut habet dn̄iū rerū ecclīasticaꝝ ī quātū deus: aut in quātū hō. Nō ꝓm ꝙ deus: q2 sic xp̄s equaliter est dn̄s oīm bonoꝝ tā laicoꝝ ꝙ aliorū. Nec etiā ꝓm ꝙ homo quia talibus vt homo non vtitur vt vtūtur illi qui sunt in ecclesia modo. ¶ Scđo ista opinio non videtur bona quia ista non est intentio eorum, qui ista cōferunt sc3 trāsferre proprietatē ⁊ dn̄iū eaꝝ rerū in xp̄m ꝓm qđ de⁹. q2 deus de se hȝ dn̄iū oīm. *ps̄. xxiij. a.* Dn̄i enī est terra, ⁊ plenitudo eius in ps̄. nec ꝓm ꝙ homo cū eis nō vtaꝶ vt dictū est: sed est intentio transferre dn̄ium eaꝝ in collegiū cui conferunt. Et ad authoritates que videntur facere pro illa: rñdeꝶ ꝙ dicunꝶ deo oblata q2 propter deū sunt oblata non ꝙ intentio offerentiū fuerit vt dictū est trāsferre dn̄iū ⁊ proprietatē in ipsum. *Tertia op.* ¶ Tertia opinio est. ꝙ ꝓprietas ⁊ dn̄iū rerū ecclesiasticarū sit apud clericos sicut dn̄ium vniuersitatis apud ciues inst. de rerū diui. §. vniuersitatis. liij. nec hec opinio placet qm̄ clerici nec prelati sunt dn̄i rerū ecclīasticarū sȝ dispēsatores ⁊ ꝓcuratores tm̄. vn̄. j. ad Cor. iiij. dicit aposto. pro se ⁊ successorib⁹. sic nos existimet hō vt ministros xp̄i: ⁊ dispēsatores ministeriorum dei. *August.* Et beatus Aug. ad bonifaciū. si primatum possidemus quod nobis sufficit. non illa nostra sunt sed illorū quoꝝ procurationē gerimus non proprietatē nobis vsurpatione dānabili vēdicem⁹. vn̄ ad authoritates q̄ videnꝶ sentire hoc: rñdeꝶ. ꝙ dicunꝶ esse illorū: sicut dispēsatoꝝ reꝝ ecclesiasticarū vt in. c. p̄nti. ⁊. c. nō liceat. j. e. qđ. ij. ⁊. c. ꝓdia. cū similib⁹. *Quarta opi.* ¶ Quarta opinio est. ꝙ dn̄iū reꝝ ecclesiasticarū resideat apud papā. Sed nec ista opinio placet. *S. Tho.* Tū q2 vt dicit sanct⁹ Tho. papa nō est dn̄s reꝝ ecclesiasticaꝝ sed dispensator. Tum. ij. q2 perfectio euangelica cōsuluit paupertatē quātū ad renūtiationē tēporaliū in proprio. lȝ non in cōi. sed perfectio euangelica non debet repugnare statui pape ergo status pape nō hȝ ꝙ ipse sit proprietari⁹. itē tertio. si solus papa esset proprietarius in reb⁹ ecclesiasticis: posset ea distribuere, ⁊ distrahere, ⁊ alienare: ꝓut vellet sed hoc est falsum q2 de potētia iuris nō potest de eis ordinare, nisi sicut magis cedunt in vtilitatem ecclesie. sicut debet facere bonus ⁊ fidelis dispensator. Ad hoc facit. c. non liceat. xij. q. ij. Cū ergo inuenitur dictū ab aliquo: ꝙ oīa sint pape exponendū est non tanquam dn̄i: sȝ tanꝙ gn̄alis dispensatoris. *Quinta op. Hierony.* ¶ Alia opinio est ꝙ bona ecclesiastica sunt paupeꝝ vn̄ Hierony. sup illud Esa. iij. rapina pauperū in domo vr̄a. dicit. ꝙ bona pauperū non est intelligēdū quo ad ꝓprietatē ⁊ dn̄ium: sed ꝙtū ad debitum. i. q2 eis res tales debenꝶ. Alias enī pauperes non possent committere furtū in rebus ecclesiarū ⁊ clericorū, nec clerici dando eleemosynas pauperibus eleemosynā facerent. sed suū pauperibus redderent quod cōstat esse falsum. *Sexta op.* Est alia opinio q̄ distinguit inter bona particularia appropriata vni particulari ecclesie. ⁊ inter bona ecclesiastica in vniuersali de ꝓmis est opi-
3 nio Jo. fa. *Jo. fabri.* institu. de rerū diui. in. §. nullius. † ꝙ quelibet ecclesia hȝ dn̄ium rerū sibi assignatarū. ⁊ inducit ad hoc. c. j. ⁊. ij. de re. eccle. non alie. in. vj. ⁊ in. c. j. de rest. spo. ⁊ in. c. cū ad sedē. cum multis alijs. hec opinio fulcitur rōne pro hac parte q2 vna ecclesia prescribit contra aliā vt in. c. illud. de prescrip. Itē quia romana ecclesia hȝ aliud tp̄s prescriptionis: ꝙ alie. ⁊ sic quelibet ecclesia diciꝶ habere proprium. ⁊ quilibet eps dispensator bonoꝝ sue ecclesie. vt in. c. p̄nti. vidētes. Loquēdo vero de bonis ecclesiasticis in vniuersali est opinio Bernardi hispani q̄ *Bernard⁹ hispanus.*
4 nobis placet † ꝙ ecclesia vniuersalis que est corpus xp̄i mysticum. extra de sacra vnc. c. j. est ꝙ habet possessionem ⁊ proprietatem eorum tanꝙ dn̄s. ista conclusio colligiꝶ ex. c. pontifices xij. q. iij. ⁊ plene no. per Innoc. ⁊ Host. *Innocen. Hostien.* extra de cau. pos. ⁊ proprie. c. cū super electione cuius ecclesie fidelium iure diuino oīa
5 sunt vt. xxiij. q. vij. c. j. † omnium vero bonorū ecclesie papa est dispensator ⁊ administrator generalis. qui caput ⁊ rector est eius: ad quē tota ecclesie cōitas sicut exercitus ad ducem ordinatur. Et ita papa hȝ ius ī bonis ecclesiasticis: nō solū vt inde suscipiat sustentationē sui status: sed etiam dispensandi illa bona pro vtilitate cōitatis. Sub eo vero habēt potestatem dispensandi epi in hoc vel illo collegio ecclesiastico. Nam sicut dicit Inno. ⁊ satis colligitur ex presenti. c. bona ecclesiastica propter vtilitatē cōem sunt diuisa in ecclesijs diuersorū locoꝝ authoritate summi pontificis: ⁊ epis ⁊ alijs prelatis concessa extitit administratio eorū: vt etiā patet ex. c. futurā. ⁊. c. precipimus. e. q. ⁊ tm̄ ad p̄ns de ista qōne. *Exponit literam.* Lege. ¶ [Videntes summi sacerdotes]. i. epi. ij. q. vij. accusatio. Lau. Hu. ⁊ Arc. [plus vtilitatis.] per hoc habetur ar. manifestum ꝙ habere immobilia a viris perfectis non tollit perfectionem. q2 quod ecclesia statuit vniuersaliter imo pro maiori vtilitate nō tollit perfectionem vite specialis. Nullum enim lucrum nulla vtilitas est quantūcunꝗ excellere videatur per quod receditur a vita ⁊ a perfectione Xp̄i. vnde saluator inquit Matthe. xvj. Quid prodest homini: si vniuersum mundum lucretur: anime vero sue detrimentum patiatur. maximum quidem anime detrimētum est totaliter cadere: ⁊ recedere ab euāgelica perfectione. Sed ecclesia que regitur spiritusancto precipue in his que statuit ecclesia circa sequelam xp̄i ⁊ vite perfectionē statuit ꝓ maiori vtilitate: ꝙ haberet possessiones in communi, non solum pretia sicut tēpore apostolorum in iudea quinimo predia vnde de hoc laudatur constantinus imperator qui hanc dedit ecclesie licentiam: vt in precedenti. c. futurā. ergo habere possessiones in cōi ⁊ bona immobilia non derogat perfectioni euangelice [plus vtilitatis.] ar. ꝙ semp est considerandū ⁊ eligēdū ꝙ vtilius est ecclesie. siue in acquirendo: siue in alienando res ecclesie. ar. j. .. q. ij. sine exceptione. Hug. [sumptibus]. i. fructibus. Hu. ⁊ Arch. [elegantiora] construe cum illo quod sequiꝶ j. quem ex pretio. rerum matricibus. ar. qđ olim tm̄ in matricibus ecclesijs habebanꝶ predia ⁊ possessiones. Et hinc potest solui illa contrarietas inuenitur quod res ecclesie p̄nt alienari ab epo cum consensu clericorum eiusdem ecclesie. vt. j. ea. q. ij. sine exceptione. alibi qđ requiritur cōsensus prouincialis synodi vt. x. q. ij. casellas. ⁊. j. e. qđ. ij. quicunꝗ. cum alijs similibus. potest ergo dici: ꝙ consensus synodi requirebatur quando tm̄ matrices ecclesie ⁊ pauce habebant predia, tunc enim cum magna diligentia debebāt alienari res ecclesiarum. modo authoritate sunt res ecclesiarum. Et ideo non tanta inquisitio exigitur cum singulis cura suarum ecclesiarū sit commissa. ⁊ sic hodie sufficit consensus epi ⁊ clericorū ecclesie. [ipse res]. ij. pars [locum tenent apostolorum] gl. ⁊ Hug. quo ad dignitatem. di. xxj. in nouo. ⁊ dist. lxvij. quorū vices. monachi vero quo ad renuntiationē propriorū ⁊ cōem vitam. vt. xvj. q. j. ex authoritate ⁊ sacerdos q̄ ad sacerdotale offm̄ ⁊ sacramētoꝝ dispēsationem
6 xj. q. iij. absit. [⁊ futuris.] ar. † qđ ecclesia nunꝙ deficiet. [a] arg.
a xxiiij. qđ. j. pudenda. ⁊ Luce. xxij. Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua. quod doctores exponunt de fide romane ecclesie. facit ad hoc. c. hec est fides. xxiiij. q. j. [dispensatores.] ⁊ ministri bonorū ecclesie dicente apostolo. j. ad Cor. iiij. sic nos existimet homo: vt ministros xp̄i: ⁊ dispensatores ministeriorū dei. ⁊. j. e. q. ij. quisquis [nemo egēs sit] actuum. iiij. nec quisꝙ egens erat inter illos. [ipse enim res]. iij. pars. [ab epo ⁊ suis ministris] tenetur ergo eps per se vel per aliū ꝓuidere cuilibet indigenti clerico. lxx. di. sanctorum. Hu. ⁊ Arch. [ideoꝗ]. iiij. pars. [auellere] sc3 ꝙ res ecclesie non in potestate eporum ad dispensandū clericis ⁊ pauperibus: ⁊ omnibus deo seruientibus hu. ⁊ Arc. [vel damnatione]. i. dānandi sunt tanꝙ heretici: qui dicunt ꝙ habere bona mobilia aut immobilia in communi tollat euangelicam perfectionem.

a ¶ Nūꝙ deficiet. adde Baldum in l. vnica. §. in primo. in fi. C. de cadu. tollen. bar. in. l. hereditates ex die. de heredi. insti. spe. de arbit. §. v. ver. quid si prelat⁹. et de peti. et possess. §. j. ver. sed pone.

1 ☞ Eleemosyna potest fieri de eleemosynis ⁊ de decimis.

Habebat. Ad idē sequiꝶ hoc. c. qđ est beati Aug. super Joā. homil. lviij. vbi exēplo xp̄i ꝓbat: qđ ecclesia pōt hr̄e bona ī cōi oblata sibi a fidelib⁹ ⁊ reseruare illa vt suoꝝ ⁊ aliorū indigētiū necessitatibus prouidere possit. *Diuisio.* Et diuiditur in duas partes. in prima ostēdit, ꝙ xp̄i exēplo ecclesia pōt oblata sibi retinere ⁊ conseruare pro necessitatibus sui ⁊ suoruz. in ij. videtur respondere cuidam obiectioni: que poterat contra predicta insurgere ex illo saluatoris precepto. Matth. vj. non esse cogitandum de crastino. ij. ibi: vt intelligeremus. de ista materia satis dictum est. s̄. c. exēplū. e. q. ideo breuius nos expediem⁹. *Exponit literam.* Lege. ¶ [Habebat dn̄s] Jo. xiij. cōseruās ad opus
1 suū ⁊ pauperū. vnde subditur [⁊ suorum.] Et est ar. † ꝙ de eleemosynis ipsis ⁊ de decimis potest fieri eleemosyna. xvj. q. j. decime tributa. ⁊. xxiij. q. iiij. duo. [tunc ecclesiastice pecunie forma] scilicet exemplaris. quia exemplo xp̄i habētis loculos cepit ecclesia exēplū retinendi necessaria [vt intelligeremus]. ij. pars [de crastino.] ar. ꝙ quandoꝗ aliud debet intelligi prohibitū quā videatur prohiberi. vt. xxij. q. j. in nouo. Non enim prohibetur hic ne quis possit sibi prouidere ⁊ precauere in futurum. *August.* vnde idem Augustinus in lib. de opere monachorum dicit. ideo dn̄s ait. Nolite soliciti esse: quid manducetis ⁊c. non ꝙ ista nō procurēt quātum necessitatis est. vnde honeste poterunt. sed ne propter ista faciant ⁊c. sed nimia solicitudo acquirendi ⁊ prospiciendi prohibetur. Non enim sic debemus esse soliciti, ⁊ cum tāta solicitudine cogitare de necessarijs: vt ꝓpter hoc iustitiam negligamus. Non enim est cogitare de crastino:

si quis humano more ista pcuret.sed si quis propter ista militet vt in operibus suis nō regnū dei:sed istorū acquisitionem intendat.vt dicit Aug.[ne deo propter ista seruiat.]scʒ principaliter in eis finem intentionis nostre ⁊ laborum ponentes.

His omnibus. §.est:in quo magister gratianus concludit principale propositum ex preallegat.c.qđ clericis non licet habere propriuʒ. Sensus huius litere est.Clerici qui ex voto ad hoc se obligauerūt nō lʒ hr̄e ꝓpriū:⁊ si hr̄e p̄sumpserint:nō erūt clerici:scʒ re:⁊ professione:sed solū noīe.vel nō erunt clerici.i.nō remanebunt clerici:sed deponentur:vt exponit hu.eis tamen clericis qui non renuntiauerunt proprijs:nec volunt clericatus : non est tollendus.i.non ob hoc sunt prohibendi a clericatu . scʒ vt non ordinent.Hu.idē Lau.⁊ Arch.ꝙ probat per sequens.c.

1 ☞ Episcopus simplex an possit statuere sine consensu suorū clericorum:quod nullus ordinetur in ecclesia nisi proprijs renuntiet.quod non.nu.2.
Potest tamen cum consensu suorum clericorum.nu.3.
4 Papa potest statuere ꝙ nullus clericus ordinetur in ecclesia nisi renuntiet proprijs.
5 Prelati non debent redargui inconstantie cum maturiori cōsilio mutant qđ fecerunt si viderint expedire.
6 Simulans ⁊ non seruans peccat dupliciter.

1 ſurgit qõ† vtrũ oẽs progeniti liberti tam geniti antequã poſt manumiſſionẽ teneanẽ ad hanc reuerẽtiã eccleſie.Ad hanc varie ſm diuerſos reſpõdetur vt tangit tam hug.ꝙ̃ gloſ.nobis videẽ illa opinio rationabilior:que dicit vt tãgit hu.ꝙ textus preſens intelligaẽ de filijs libertorũ etiã natis poſt manumiſſionem.Tales em̄ re vera ꝓprie liberti ſunt:tñ quaſi liberti.i.obnoxij ecclie vel patrono ſui patris quo ad opas officiales: ſiue obſequiales:ſiue conſiſtant in faciendo:vt ſalutãdo:aſſurgẽdo:ſiue in nõ faciẽdo:ſcʒ nõ accuſando:nõ verberãdo,⁊ huiuſmodi.alias ꝓpter ingratitudinẽ reuocãtur in ſeruitutẽ. vt in ſequẽti ꝓximo.c.⁊.ſ.e.q.epſ. Et hoc ſit in odiũ ingratitu-
2 dinis ⁊ in fauorẽ eccleſie.¶Surgit hic alia qſtio† vtrũ ad talem obnoxietatem teneantur nepos ⁊ ꝓnepos liberti.Rñ.ſm hu.ꝙ ſic.ar.j.e.q.liberti.preterea hic patet qꝛ qua rõne tranſit talis obligatio in filiũ:eadẽ videtur tranſire in nepotẽ. itẽ idẽ colligitur ex eo: qꝛ in omnibus his capitulis dicit ab eis progeniti.i.longe deſcẽdentes.intelligit hug.vſq; ad ſeptimũ gradum.qꝛ in ſeptimo gradu dicitur finiri tota ꝓgenies ⁊ poſteritas cuiuſcũq;.[cõmendati]ab alijs diuinis priuatis. hug.ad defenſionem ⁊ protectionem.vt diſt.lxxxvij.eos libertos.[colligantur].i.defendantur: nec cuiquã donentur a patronis ſcilicet quo ad operas indebitas a principe: ſi epiſcopus habet hoc noñ poteſt facere per ſe.

Queſtio. Rñdet. Queſtio. Rñdet.

NE vero. ꝯ.eſt:in quo magiſter gratianus qꝛ contingit ꝙ cõditio originis propter longinquitatẽ temporis obſcuratur. Et ita poſſet eccleſia amittere ius patronatus ſui in multis libertis.docet hic ꝙ libertus tempore ſue manumiſſionis debeat ſcribere ſuam profeſſionem: qua profitetur ſe libertum eccleſie, ⁊ ab eius obſequijs promittat nunquã diſcedere,⁊ ad hoc inducit duo ſequentia capitula.

Diuiſio. Exponit literam.

LOnginquitate. Hoc.c. ſumptũ eſt ex cõcilio toletano qõ diuidiẽ in tres partes.in prima ponit qõ dictũ eſt.in.ij. ꝙ ſemp in nouitate epoꝝ debeant liberti chartulas ſue profeſſionis publicare ⁊ renouare.in.iij.cõtrafaciẽtes aut cõtẽnentes facere punit mãdando vt tales ad ſeruitutẽ reuocẽtur.ij.ibi:vnde his.iij.ibi: Si aũt.Lege. ¶[Longinquitate vniuerſalis ꝯcilij]nõ determinat de quo dicat.hu.[vt profeſſionẽ].i.ſcripturã cõtinentẽ ꝓfeſſionẽ.xxvij.q.j.oẽs.archid.[vnde].ij. pars [ſacerdos].i.epſ[vel ab eis].i.ab eis ꝓgeniti.vt.ſ.[⁊illi] ſcʒ liberti.[obtineant,⁊ eccleſia]ecce ipſis ⁊ eccleſie prodeſt talis renouatio, ⁊ per cõtrariũ datur intelligi.ꝙ his ⁊ illi nocet ceſſatio a tali renouatione. [Si autẽ].iij.pars[.j.annum] ordinationis.hu.[origini].i. ſeruituti.hug.

Exponit literam.

LIberti. Inducitur conſequenter hoc ca.ad idem propoſitum ex eodem cõcilio. Summa eſt eadem.omnia patent ex precedenti capitulo.Lege.¶[Liberti patrona].i.eccleſia.[nũquã moritur].i.nũquã deficiet.eccleſia enim nũꝗ̃ poteſt nulla eſſe.vt.xxiiij.q.j.pudenda[effectos libertos.]Ecce plane dicitur,quod deſcendentes a liberto eccleſie ſint liberti eccleſie: ſed quo ad eos ſic intelligo.i.more libertorum obnoxios : quo ad operas obſequiales. Hugu.[obſequium].i. reuerentiam patronalem: vel ſaltem illã : que dicitur opera officialis: vel obſequialis.Hug.

Pro remu-

PRo remuneratione. ꝯ.eſt:in quo incipit nona pars huius queſtionis : in quo magiſter Gratianus inducit alios caſus:in qbus licite poſſunt res eccleſie alienari.⁊ ponit quatuor.Primus eſt remunerationis obſequiorum preſtitorum. Secundus eſt miſerationis.Tertius eſt alimonie pauperum. Quartus eſt redẽptionis captiuorũ,⁊ omnes cõprehendũtur ſub caſu pietatis. De primo inducit duo capitula ſequentia.

Diuiſio. Exponit literam.

QUicũq;. Inducit in primis hoc capitulũ ex eodẽ. Summa eſt, ꝙ ſi ꝓ ſuffragio preſtito eccleſie ꝓmiſerit promiſſum implere tenebiẽ. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit qõ dictum eſt. In ſecunda aſſignat rationem ex authoritate apoſtoli.ſecunda ibi:qꝛ ſicut paulus.patet totũ.Lege.¶[Quicũq;] prelati eccleſiarũ.Hu.[ſuffragio]facto:vel auxilio:vel conſilio.Hug.[promiſerint]etiã nudis verbis. Hu.[oportebit ſoluere] licʒ ſtipulatio non interuenerit:obligatur em̄ nuda permiſſione,⁊ ſi non ciuiliter vnde tenetur ad promiſſum perſoluendũ.arg.hic,⁊.j.e.q.v.quia.peccaret enim ſi quis nudũ pactũ nõ obſeruaret:honeſtũ tamen licet nulla ſolẽnitas interueniret. Hug.[oportebit].i.debebũt ſoluere promiſſum.Hu.[ad concilium prouinciale]hoc nõ obſeruatur hodie:ſed obſeruabatur antiquitus.vt.x.q.ij.caſellas.Hu.Arch.[Quia ſicut] ſcða pars.[apoſtolus] prima ad Ti.v.⁊ Luce.x.[dignus]ar.pro magiſtris ⁊ pro omnibus laborãtibus.ar.ſ.e.q.charitatem. Hug.

1 ☞ Prelatus poteſt ſeruũ eccleſie alicui donare propter obſequium preſtitum eccleſie.
2 Papa an poſſit dare eccleſiam vel beneficiũ eccleſiaſticum in remuneratio nem alicui clerico bene merito.
3 Papa an poſſit manumittere ſeruum altaris inuito epiſcopo illius eccleſie.

Diuiſio. Exponit literam. Queſtio. Rñdet. Queſtio. Reſpõdet. Queſtio. Rñdet.

ECcleſiaſticis. Ad idẽ inducit hoc ca.qõ eſt beati Gregorij.
1 Summa eſt in rubro.Vel breuius ſic.† propter obſequium preſtitũ eccleſie põt prelatus ſeruũ eccleſie alicui donare.Et diuiditur hoc capl'm in tres partes.In prima exorditur.In ſecũda narrat donationẽ factam. In tertia mãdat illam roborari authentico ſcripto.ſecũda ibi:qꝛ ergo. tertia ibi:queꝙ̃.Lege. ¶[Eccleſiaſticis remuneratione.]Nã in ea re in qua quis laborat vel loco debet fructum ſui laboris percipere.ar.diſt.lxj.nullus inuitis.⁊.c.quid proderit.⁊.ſ.e.q.
2 charitatẽ.Hu.Archi.[puerũ.]¶Hic ſurgit queſtio.† Utrũ papa vel alius prelatus eccleſie põt ſimiliter dare eccleſiã vel prebendã eccleſiaſticã vel dignitatem in remuneratione alicui clerico benemerito.licet de hac materia ſatis ſit dictũ ſupra in materia de ſimonia:hic tamẽ breuiter dicitur iuxta Hug.ſub cõcluſiõe affirmatiua,ꝙ ſic.nec eſſet ibi ſimonia dũmodo tria concurrant.Primũ eſt ꝙ non precedat pactio.Secundum ꝙ non ſit habitus reſpectus tantũ ad obſequiũ preſtitum. Sed in hoc eſt differentia qꝛ talia ſpecialia non debẽt dari in remuneratione:niſi bonis ⁊ dignis.ſed tẽporalia poſſunt ſic dari: etiã malis ⁊ ſceleratis ex quo meruerũt ſeruiendo ecclie.Hug.[dari] quo ad dominiũ[tradi] quo ad poſſeſſionẽ.Hu.[precipimus huiuſmodi neceſſe] ſic conſtrue.neceſſe fuit eum fulciri authoritate:ac robore hm̃õi [noſtre largitatis].i.donationis authentico ſcripto preſtãte authoritatẽ,⁊ robur huic largitati.i.donationi eam confirmante pro teſtimonio futuri temporis.Hug. ¶Surgit hic queſtio.quare papa nõ ſeruauit formam in canone prefigã : ſcʒ vt duos ſeruos de ſuis eccleſie recompẽſaret.Rñdetur iuxta Hu.primo:qꝛ non donauit illum intuitu ſuo:vel alicuius priuati:ſed intuitu eccleſie:cui ille donatarius multũ ſeruierat.Tum ſecundo qꝛ papa legibus ca-
3 nonicis nõ aſtringitur. ¶Surgit queſtio † vtrũ papa poteſt ſeruũ alterius eccleſie manumittere inuito epiſcopo illius eccleſie.Reſpon.iuxta Hug.ꝙ non ſolũ ſeruum romane eccleſie: ſed etiam ſeruũ cuiuſlibet alterius eccleſie põt pleno iure manumittere:vel donare:etiã inuito ꝑlato illius eccleſie,⁊ ſine recompenſatione aliqua.ar.ſ.e.q. qui manumittitur. ⁊.ix.q.iij. conqueſtus.⁊.c.per principalem.⁊.xvj.q.j.frater noſter.Hug.

1 ☞ Seruitus dicitur pena peccati.
2 Deus ſolus dicitur gubernator ⁊ diſpenſator romane curie.
3 Cardinales qui debeant primo ſubſcribere.

Diuiſio. Exponit literam. Lauren. Archidia.

CUm redemptor. Ad idem ſequitur hoc capitulũ quod eſt beati Gregorij ſcribentis duobus:quos manumiſit. Summa eſt, ꝙ miſerationis intuitu ſerui eccleſiarum libertati donari poſſunt. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. In prima ponit exordium. In ſecunda manumittitur.In tertia mandat inde confici inſtrumẽtum.ſecunda ibi: atque ideo.tertia ibi:hanc autem manumiſſionem.Lege text. ¶[Cum redemptor] redẽptor noſter Chriſtus eſt.de quo ad Gal.iij.Chriſtus nos redemit de maledicto.⁊ Apoca.iij. Redemiſti nos in ſanguine tuo[cõditor] Jo.j.per ipſum omnia facta ſunt.[captiuitate] ipſe enim captiuã duxit captiuitatẽ quando inter cetera dona dedit ſe hominibus [ſeruitutis]ſcʒ peccati:quo quis efficitur ſeruus diaboli. Jo.viij.⁊.xv.q.j.nõ
1 eſt.Hu.[libertati] ad Gal.iiij.[ab initio]ſcʒ mũdi † quia ſeruitus pena peccati eſt.vnde natura omnes fecit liberos:ſed ex culpa facti ſunt ſerui. De iſta materia plura locuti ſumus in principio huius operis di.j.ius naturale.[Jus gentium]approbauit enim ius ciuile ſeruitutẽ:ſcʒ vt ſeruarent captiuos: ⁊ non occidentur ⁊ ſic fierent ſerui. Hu.nota etiam diſtinc.j.c.ius gentium.[in qua nati fuerant]ab initio mũdi in ſuis maioribus:vel in ſua natiuitate:quo ad ius naturale:ex quo nulli naſcuntur ſerui.[Jtaq;]ſecunda pars.[pietatis ciueſq; romanos] pleno iure manumiſſi.[Hanc autem]tertia pars[cũ tribus]vide ꝙ paucorũ ſubſcriptio ⁊ cõſenſus ſufficit in alienatione rei eccleſiaſtice facta a papa quod nõ obtinet in alijs. ipſe enim ſolus poteſt alienare ſi vellet, ⁊ eſſet rata alienatio: licet omnes cardinales diſſentirent.vt.ix.q.iij.cuncta.Hu.dicit Lauren.ꝙ in fauorem libertatis multa cõtra iuris formã ſunt introducta.ff.ad legem fal.l.penales.ꝯ.vlti.vel al's non poteſt papa alienare rem eccleſiaſticam ſine cõſenſu cardinalium:licet quidam contradicunt pleniſſimam ei attribuentes
2 poteſtatẽ:niſi in articulis fidei.ſm Lau.Archi.† Magis nobis placet dictũ Hu.quia ſibi ſoli data eſt gubernatio ⁊ diſpẽſatio romane curie.di.xxiij.in nomine domini [prioribus] ſcʒ
3 primo ſubſcribentibus.arg.† ꝙ preſbyteri cardinales primo debẽt ſubſcribere,⁊ poſtea alij. Hu.vel prioribus quo ad cardinalatum.Qui enim primo fuerunt cardinales:primo debẽt ſubſcribere.hoc bene obſeruaẽ inter cardinales:qui ſunt eiuſdem ordinis.Hugu.[Subſcripſimus.] vide hic dicit gloſſ.ꝙ ſigillum pape non faciat chartam authenticam:niſi aſſit ſubſcriptio.ſed vide de teſtibus.cum a nobis.glo.

Item ſerui. ꝯ.eſt:in quo magiſter Gratianus preter principale propoſitum loquitur de immunitate ſeruorũ ecclie,⁊ forte fuit occaſio huius interpretationis:quia fecerat mentionem de ſeruis eccleſiarũ, ⁊ de immunitate eccleſiarũ:vel ſicut ſupra oſtẽderat ꝙ eccleſiarum poſſeſſiones non erant a laicis fatigande.ita nunc oſtendit,ꝙ etiam nec ſerui eccleſiarũ.ad quod inducit ſequẽs capitulum.

1 ☞ Serui eccleſie an poſſint cogi in aliquo caſu ad operas publicas.
2 Concilium an poſſit conſtituere ſuper ſeruis ſine authoritate principis.

Diuiſio. Exponit literam. Queſtio. Rñdet. Hoſtienſis. Queſtio. Rñdet.

ECcleſiarum ſeruos. Hoc capitulũ ſumptum eſt ex cõcilio toletano. Summa eſt in rubro. Et poteſt diuidi hoc capl'm in tres partes.In prima narrat exceſſum lachrimabilem. In ſecũda implorat fauorem principis ſecularis. In tertia punit talia preſumentem. ſecunda ibi:propter quod.tertia ibi:ſi quis vero. Lege textũ. ¶[Eccleſiarum ſeruos] generaliter loquitur ⁊ de ſeruis eccleſie,⁊ de ſeruis clericorum. Hug.[actoribus] id eſt officialibus:vel adminiſtratoribus[angarijs] iniuſtis exactionibus vel oneribus. Eſt iſte tex.contra principes ⁊ conſules:qui eccleſias ⁊ eorũ ruſticos grauant in tallijs, ⁊ angarijs, ⁊ publicis operibus:ſcilicet in foſſatis cauandis, ⁊ in muris extruen
1 dis.Hug. ¶Surgit hic queſtio † vtrum in aliquo caſu poſſint ſerui eccleſie cogi ad has publicas operas.Reſpondetur vt dicit gloſſ.ꝙ ſic:ſcilicet cum occurrit magna neceſſitas:vt cum ciuitas eſſet obſeſſa:tũc enim non debet pati eccleſia ſuos ruſticos defendi aliquo ꝑuilegio a cuſtodia ⁊ huiuſmodi:imo debet eos ad hoc compellere.extra de immunita.eccleſie.peruenit. ibi vide. Bernardus ⁊ Hoſtienſis [propter quod] ſecunda pars. [omne.domini noſtri] ſcilicet regis : qui intererat cõcilio quem ex humilitate vocat dominum ſuum Hug. hodie ſecus.extra de crimi.falſi.quam graui.vbi appellat reges filios [tales vſus] id eſt abuſus, ⁊ peſſimas conſuetudi-
2 nes. ¶Surgit queſtio nunquid † concilium ſine authoritate principis poterat hoc cõſtituere cum ſerui illi ſubſint iuriſdictioni temporali eccleſie. Reſpondetur iuxta Hugu.ꝙ ſic ⁊ ita conſtituit nec ſacerdotes ſiue patres concilij petunt vt concilij conſtitutionem confirmet. Sed vt iudices ſuos ⁊ actores in quos poteſtatem habebat a talibus preſumptio-

nibus refrenet.vnde ait vt tales ꝛc.Hug.[Si quis vero] tertia pars.[seruum clerici]ꝓpriū ꝛ sic generaliter loquitur de seruis clericoꝝ siue ꝓprijs siue ecclesiasticis.Hug.[a cōmunione ecclesiastica.]ar.ꝙ quis punitur in eo in quo peccat.ar.s.e.q.qui ꝛ humanis. Hug.[cui impedimentum.] ¶Surgit questio:qualiter fecit impedimentum ecclesie qui tales seruos occupat. Respondetur ꝙ multipliciter iuxta Hug.primo qꝛ subtrahuntur ipsi ecclesie opere seruorum. Secundo quia abstrahuntur clerici a seruitio ꝛ officio ecclesie intendendo eis: que serui debebunt facere. Tertio subeundo solicitudinem ꝛ laborem de eis liberandis ꝛ defendendis ab eo qui eos occupauit.Hug.Lau.Archidi.

Questio.
Rñdet.

Item pro alimonia.

§.est:in quo Gratianus subiungit alios casus licite alienationis rerū ecclesie:scilicet in casu alimonie prestande pauperibus tempore necessitatis, ꝛ redemptionis captiuorum : pro quibus inducit sequentia capitula vsque ad.§.item largitate,

1 ☞Casus in quibus licite alienantur res ecclesie.
2 Ecclesia tenetur redimere captiuos vbi timetur periculum mortis,
3 Calix quando debet vendi an sufficiat ꝙ confringatur absq3 eo ꝙ confletur.

Aurum. Hoc est capitulū beati Ambrosij libro de officijs.Summa. Ambro-
1 sius hic intendit ostendere,† ꝙ res ecclesiastice, ꝛ etiam vasa sacra possunt alienari tempore necessitatis. Et ponit quinq3 casus in quibus licite alienantur res ecclesie scilicet pro alimonia pauperū:pro redemptione captiuorum:pro loco religioso edificando:pro cemiterijs ampliandis : pro sepulchris mortuorū extruendis. In his quidē vasa pretiosa ꝛ etiam sacra debēt alienari alij ecclesie in eadem forma:laicis confracta ꝛ conflata. Et potest hoc capitulū diuidi in generali in duas partes. In prima ostēdit exēplo rationibus ꝛ authoritate ꝙ vasa sacra possunt alienari in casibus ꝑdictis. In secunda dat formā alienandi illa.secūda ibi:in his tribus.Lege tex. ¶[Aurum] non vt conseruet tempore necessitatis,s.ea.q.nolo.al's autem ꝛ habere potest ꝛ seruare.vt s.e.q.j.exemplū.ꝛ.c.habebat.Hugu.Crudele plane est aurū in techa rubiginari, ꝛ proximū fame mori:aut carcere cruciari. vnde saluator ait.Matth.vj.Facite vobis amicos de mamona iniquitatis [nihil adiuuat] si seruet cū necesse est vt adiuuet.Hu.[quātū].i.q̄ multū[assyrij].i. Babylonij:qui sub nabuchodonosor rege ceperūt hierusalem ꝛ vasa de templo dn̄i abstulerunt.Hugu.vt patet.iiij.Regū.xxiiij.ꝛ.xxv.[melius] electiue.vt.xxij.q.j.cōsidera.Hug.ꝛ Archi.[conflat vasa]etiā sacrata. Hu.[desunt pauperibus vel ecclesie] ad dandū pauperibus.Hu.[cōtaminat] tractādo manibus pollutis.Hug. Archidi.[asportat].xvj.q.vij.maiores nisi. Archi.[dicturus es]Matth.xxv.[Cur passus es mori] qd qui facit homicida est.distin.lxxxvj.pasce.[ministrasses].i.debuisti ministrare.ad hoc tenetur ꝓlatus,ꝛ peccat si hoc nō facit.di.xlvij.sicut. Hu. ꝛ dist.lxxxvj.nō satis.Hu.[cur tot.]Hic ponit aliū casum licite alienatiōis rerū ecclesie:sc3 propter redēptionē captiuo-
2 rū[hoste occisi]. Hic est ar.† ꝙ ecclesia tenet redimere captiuos vbi timetur periculū mortis.vt.s.e.q.sicut omnino. Hu. Item vbi timetur periculū seu mors anime:vt cū cogerentur adorare idola.xxiij.q.iiij.ipsa pietas. Laur.[vasa].i.corpora. [his non posset] respōsum est conueniēs. Hu.[timui] sic forte se excusabat.i.forsitan dicet quis.ꝙ vasa argētea vel aurea ideo nō vendidi pro redēptione captiuorū:ne ornatus deesset in eccl'ia.Sed hāc responsionē remouet Ambrosius. [Respōdet] scil3 Ambrosius:vel quicūq3 alius prudens qui vult tali prelato negligenti pietatis opera se opponere[ꝙ aurū sacramenta non querūt] de necessitate qꝛ possunt cōfici sacramenta in vasis nō aureis:aut argēteis:quia in quocūq3 vase accedit verbū ad elementū fit sacramentū.vt dicit Augusti.sup Joā. Si arguatur de.c.vt calix.de conse.di.j.vbi dicitur, ꝙ calix si non potest esse de auro:saltē fiat de argēto:vel saltē ex stanno. Rñdetur ꝙ illud qd hic dicitur nō querūt intelligiꝫ quātum ad effectū sacramenti:vel efficaciā sacramēti:vel vt magis placeant deo:qm̄ non minus sunt sacramēta:nec minus sunt efficacia:nec minus deo grata:si conficiantur in alijs vasis q̄ aureis:vel argēteis. Exposcit tamē dignitas ꝛ reuerentia:vt qm̄ fieri potest sacramentum corporis ꝛ sanguinis christi in vasis argēteis vel aureis cōficiatur [que auro non emuntur].i.emi nō debēt.Hu. Absit enim tam sancta auro cōparari qd detestatus est Petrus Simoni mago.Actuū.viij. [Ornatus sacrorū redemptio captiuorū est] quoniam per redemptionem

Diuisio.
Exponit litteram.
Archid.
Lauren.
Opponit
Rñdet.

captiuorū ab infidelibus eripiūtur anime a lapsu erroris,ꝛ verius ornatur eccl'ia lapidibus viuis,q̄ auro ꝛ argēto mortuorū.Sanctius est templū spūssancti,qd fideles sunt:omni vase templi corporalis. Et q̄to pretiosior est anima corpore:tanto magis ea per que anime liberanꝫ a morte sc3 eterna in redemptione captiuorū.[Sanguis]Sanguis christi redemit nos a seruitute peccati.ꝑma Pet.j.Non em̄ auro ꝛ argento redēpti estis:sed ꝑtioso sanguine christi.Igitur ille est pretiosus thesaurus:qui captiuos redemit:quos sanguis christi operatus est:sc3 redemptionem.Apocal.v. Redemisti nos in sanguine tuo [nemo.] Subiūgit Ambro.v.propter que licitū est sacra vasa vendere.Primū est alimonia pauperū.Secundū redemptio captiuorū:que duo simul cōiungit dicēs [nemo pōt dicere].i.obijcere,ꝛ aliquē inde accusare[cur pauper viuit ꝛ captiui ꝛc.] id est quare bona ecclesiastica sunt expēsa in vsus pauperum,ꝛ in redēptione captiuorū cum ad hoc sint ordinata:vt inde pauperes viuant:pro quibus mortuus est christus. Esa. lviij.Frange esurienti panem tuū,ꝛ egenos vagosq3 indue in domū tuā.[nemo potest accusare:qꝛ templū ꝛc.]Ecce tertium id est qꝛ bona ecclesie sint exposita in edificatione tēpli siue loci religiosi.Hug.[nemo.] Ecce quartū [humandis.spatia].i. cemiteria[laxata].i.ampliata.i.qꝛ res ecclesie sunt alienate ꝑ emendo locū ad opus cemiterij:vel dilatandū vt ibi sepelianꝫ corpora. [Nemo pōt dolere].Ecce quintū [dolere] sc3 de hoc: qꝛ bona ecclesiastica sunt expēsa ad cōstruenda sepulchra mortuorū,ꝛ hec duo qꝛ similia sunt ꝛ ad idem cōprehēduntur sub eodē membro.Hu.vnde sequitur.[In his tribus]scda pars. [generibus].i.casibus quinq3 posuit modo dicit tribus:sed duos primos casus nunc ponit sub vno membro cū ad vnum effectiue pertineāt:sc3 ad saluandū vitam hominum. Similiter alios duos:sc3 quartū ꝛ quintum ponit sub eodem membro:cum ad vnum effectū similiter pertineant:sc3 ad corpora mortuorū humanda.tertiū patet.Archidia.[Initiata] consecrata.vt distinc.xxxij.verum.Hu. Archidia.[confringere ꝛ
3 conflare.] ¶Surgit hic questio.† Utrum cum vendi debeat calix:sufficit ꝙ confringatur absq3 eo ꝙ confletur.Respondetur iuxta Hugu.ꝙ non,ꝛ ratio est.Nam in superficie exteriori potius consistit cōsecratio ꝛ vnctio:ne ergo ibi aliquid consecrationis remaneat confringuntur vasa sacrata,ꝛ postea conflantur,ꝛ ita venduntur. Et ita agendū est quādo laicis personis vendunꝫ. Alie vero ecclesie possunt vendi in eadem forma.x.q.ij.hoc ius.vnde sequitur [forma poculi].i.vasis [mystici].i.calicis in quo mysticū poculum.i.sanguis christi conficitur,ꝛ sumitur. Hug.[ne exeat de ecclesia].i.calix in sua forma nō vendatur:nisi ecclesie:nec exit si alteri ecclesie vendatur ne ad vsus nepharios,i.inhonestos:vel mūdanos:vel maleficos transferatur in prima forma, quod enim consecratum est non potest venire.vt.xiiij.q.vj.comperimus. Ideo primū ponit ordinē alienādi.[Nam primo vasa que initiata non essent] id est consecrata [deniq3 comminuta].i.consecrata:postremo conflata,i.illa que in sua forma nullo modo extra ecclesiam debent exire per minutas ꝛc. Concludit in huiusmodi quos supra diximus:scilicet pro pauperibus pascendis:pro captiuis redimendis : pro ecclesijs construendis : pro cemiterijs ampliandis:pro sepulchris extruendis.Hug.

Questio.
Rñdet.

1 ☞Res ecclesie debent distribui pauperibus.
2 Sacerdos quare non debet studere proprijs diuitijs.
3 Causa cessante cessare debet quod propter causam introductum est.
4 Uasa aurea ꝛ argentea ꝙ sint in ecclesia an placeat deo.
5 Res ecclesie seruare ad cautelam futuri licitum est.
6 Peccatum aggrauatur ratione rei in qua peccatur.

Gloria. Ad idem introducitur hoc ca.quod est beati Hieronymi ad Nepotianū. Summa. Hieronymus loquitur ꝛ inuehit contra episcopos auaros erga pauperes ꝛ indigentes:sed superfluos circa se ꝛ suas ꝛ circa ornatum ecclesie. Uel sic.
1 Summa.† ꝙ res ecclesie debent pauperibus distribui.Et diuiditur hoc capitulum in quatuor partes in quibus quatuor documenta notabilissima ponuntur. In prima ponit,quod gloria episcopi sit pauperum curam habere. In secunda inuehit in eos : qui de ornatu templorum curam habent:sed de ornatu virtutum ministrorum dei nullam. In tertia ostendit quam graue sit peccatum defraudare ecclesiam aut bona pauperum subtrahere, In quarta ostendit quam difficile sit cum diuitijs sequi Christum.secunda ibi:multi edificant. tertia ibi : amico. quarta ibi: socrates ille. Lege textum. ¶[Gloria episcopi ꝛc.] Certe gloria episcopi est ꝓuidere necessitatibus

Diuisio.
Exponit litteram.

cessitatibus pauperum.In hoc enim clarescit episcopi dignitas. Est etiam episcopus pater pauperum:qui debet suis filijs prouidere:vt cū sancto Job dicat. Job.xxix.pater eram pauperū.vnde prima ad Ti.iij.dicit apostolus.Oportet epi-
2 scopum hospitalem esse.[ignominia est sacerdotis] ignominiosum plane est sacerdoti studere proprijs diuitijs. Cum qꝛ eius officium est vt mente sit eleuatus ad deum. Turpe ergo est ꝙ sit depressus per auaritiam ad terrena.Cum quia ignominiosum est sacerdoti,ꝙ habeat cor deorsum ad ima:q alios inuitat dicens.Sursum corda habere ad dominum. Cum qꝛ sacerdotibus dicitur.ps̄.ij. Seruite domino in timore,ꝛ exultate ei cum tremore. Non possunt autē seruire deo ꝛ mammone.Luce.xvj.Cum quia cum sacerdos in diuitijs magnificaꝫ ꝛ delicijs affluit ad ignominiam sibi reducitur ꝙ pauper natus famelicus vili cibo nutritus:prout de se dicit Hieronymus. Causa humilitatis natus.dicit in persona auarorum ꝛ diuitum ꝛ delicatissimorum prius tamen pauperum. Hugu. [cibario] id est familiari ꝛ grosso. Hugu.[rugientem] id est famelicum.Hug.[non poteram] quia non habebam. Archidiac.[nunc] ex quo factus sum diues vel prelatus [similam] id est panem albissimum qui fit ex flore farine[multi] secūda pars.[edificant parietes colūnas ecclesie subtrahūt].i.a profundo eleuāt[ministrorū] Christi[nulla dilectio].i.cura[personas]paratas ꝛ virtutibus ornatas[eleuare] in ecclesia[nec nihil aliquis opponat] quia argumentū eius parum valebit. Si quis dicat ꝙ ornatus magnus fuit in templo.hoc em̄ non arguit.Cum quia ille ornatus magnus procedat ex volūtate dei. [Tunc enim hec probabantur a domino].i.placebant ei:quādo sacerdos hostias ꝛc.ꝛ sanguis pecudum erat remissio peccatorū [per significationem].i.significabat illum sanguinem Christi per quē peccata dimittūtur.Hu.Lau.Arch. ad Hebre.ix. Si sanguis hircorum ꝛ taurorū ꝛ puluis aspersus vitule sanctificabat inquinatos:q̄to magis sanguis christi emundabit cōscientias vestras ab operibus mortuis:cum
3 dicit quando sacerdotes. Est ar.† ꝙ causa cessante cessare debet quod propter causam introductū est,ꝛ ꝙ mutatio temporis rerū mutationem inducit.vt.xxiij.q.iiij.si ecclesia.ꝛ.xxxij.
4 q.j.quod autem.¶Surgit hic questio.† Utrum nunc placeat deo ꝙ sint in ecclesia vasa aurea ꝛ argentea. Et vtrum debeāt esse.Et videtur ꝙ non ex presenti caplo.¶In oppositum videtur quoniam multi sancti ꝛ principes catholici cōmendati sunt,ꝙ talibus ornauerint ecclesiam. ¶Respon.sub duabus cōclusionibus.Prima est ꝙ deo placent.Secunda ꝙ in ecclesijs esse debent propter reuerentiā diuini cultus ꝛ excellentiā sacramentorū:licet non sit necesse,ꝙ sint tot quot erant in veteri testamento:qꝛ cum populus ille esset carnalis necesse erat duci per ista mundana ꝛ temporalia ad reuerentiam diuinitatis. De calice autē aureo aut argenteo habendo si haberi potest.de cōsecra.di.j.vt calix.Si vero in aliqua ecclesia habeantur huiusmodi vasa in superabūdantia danda sunt ꝛ vendenda in tempore necessitatis:q̄q̄ est alia responsio quasi diceret sic respondeꝫ quāuis aliter posset responderi:sc3 ꝙ omnia illa precesserūt in figura.prima ad Cor.x.vnde quia precesserunt in figura veniente veritate illius figure ꝛ elapso tempore debuerunt cessare.Significat enim ille ornatus veteris testamēti:ornatū viuentis tabernaculi:sc3 fideliū.ex quibus sicut viuis ex lapidibus constituiꝫ ecclesia Christi.Et iste est qui maxime placet deo.[Scripta sunt propter nos] ad doctrinā nostrā,ꝛ correctionē [in quos fines seculoꝝ].i.qui sumus in vltima etate.vnde Augustinus.xxij.de ciuitate dei ait sic. Joā. dicit prima Jo.ij.nouissima hora est quātū duratura sit ignoramus:dicente veritate. Actuū.j.non est vestrū nosse tempora:vel momenta:que pater posuit in sua potestate. [Nunc vero] quasi diceret.ita erat in veteri testamento:sed nunc aliter est in nouo.vt.xvj.q.vij.ꝛ hoc. Hu.[pauper dominus omniū] ad Hebre.j. Deus omnia subiecit sub pedibus eius:vt scōm Ambro.sit dominus omniū:etiam ꝑm ꝙ homo natus de virgine voluit tamen pauper esse non vtens suo dominatu:quo ad diuitias qui dicebat filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Luce.x.Fuit ergo Christus homo omnium dominus.quia Joan.j.In propria venit.sed fuit pauper quo ad vsum dominandi:vt diceret ps̄.lxxv.Inops ꝛ paup sum ego. [crucē] sic saluator ait.Matth.xvj.Si quis vult post me venire:abneget semetipsum, ꝛ que in mundo sunt contemnendo per humilitatem,ꝛ tollat crucem suam:sc3 penitentie:mortificando membra nostra per penitentiā, ꝛ sustinendo passiones ꝛ contumelias pro Christo,ꝛ opponēdo nos morti pro domo Israel:si necesse fuerit.vt distinc.xliij.sit rector.[amico]tertia pars.[ecclesiam fraudare]id est recipere ꝛ vsurpare res ecclesiasticas[sacrilegium est.] Dicit enim Augusti.sup Joā.ho-

Archid.
Questio.
Opponit i cōtrarium.
Rñdet.
Augu.
Ambro.
Augu.

mil.lx. Qui de ecclesia tollit:sacrilegium cōmittit.ꝛ inde proditori cōparatur.Nota tamen ꝙ vt dicit dominus Ulrichus. non est proprie sacrilegium sed ꝑm similitudinē:scilicet ꝙ ille res auferuntur de sacro id est de ecclesia.vbi licet nō sint localiter:sunt tamen ibi ꝑm dominij potestatem [pauperibus erogandum] id est vsurpare dispensationem rerum ecclesiasticarum [vel pluribus esuriētibus] id est in tempore necessitatis id reseruare [vel cautum est].i.ad cautelam fit:quia pro certo expectatur maior necessitas in sequenti tēpore:nec adhuc tan-
5 ta est indigētia, ꝙ ecclesia non possit reseruare.† ad cautelam enim futuri licitum est reseruare res ecclesiasticas.vt.s.e.q.j. exemplum.ꝛ ca.habebat.ꝛ.q.ij.vobis. Quedam enim cautela est laudabilis:vnde estote prudentes sicut serpētes ꝛc.vt.xvj. q.j.si cupis.Hu.[vel timendum est] id est ex timore ꝛ auaritia retinet:nullam habens iustam causam retinendi:cum omnes videat mori fame.Hug.[subtrahere] fraudulenter,ꝛ malitiose[superat omnium predonū crudelitatem] quia vt dicit Ulrichus in summa sua tempore extreme necessitatis vergit in
6 stragem egenorū cōmunitatis.ar.† ꝙ ratione rei in quā peccatur aggrauatur peccatum.ar.xvij.q.iiij.sicut qui.ꝛ.xxij.q. ij.mouet.[Socrates]quarta pars.[thebanus] sic dictus est: quia in ciuitatem thebarum que est in grecia natus fuit.vnde thebanus a thebis dictus est[auri pondus] tūc socrates nōdum perfecte moralē philosophiā fuerat assecutus. Primo quia pondus auri non proiecisset in mari:sed quod sibi erat impedimentum philosophie fecisset cedere in vtilitatē proximorū dando pauperibus.Hoc prudentia dictat:ad hoc inclinat misericordia,ꝛ liberalitas:amicitia, ꝛ ꝓximi dilectio. Sic docuit christus.Matth.xix.Si vis perfectus esse:vade ꝛ vende omnia que habes , ꝛ da pauperibus. Secundo quia multi cum diuitijs habuerūt virtutes:vt Abraham:Dauid:Job. Et vt dicit Augusti.multi sancti reges ꝛ canonizati in nouo testamento.Tertio quia ꝛ si diuitias habuerūt effectu eas tamen sibi subiecerunt ꝛ contempserunt affectu.vnde fuerunt pauperes spiritu.Matthe.v.vt dicit Augus.de moribus ecclesie. In hoc tamen laudatur socrates,ꝙ maluit abijcere diuitias:quā virtutibus carere[virtutes simul ꝛ diuitias] si ex cupiditate ꝛ amore diuitie teneātur,ꝛ propter eas iustitia deseratur:aliter diuitie cū virtutibus bene possunt haberi. Nā diuitem cum bonis operibus non reprobamus.vt distin.xxx. hec scripsimus.Hu.[nos suffarcinati] hic reprobat Hieronymus clericorū auaritiā.i.onerati. [Sequimur].i.sequi volumus:vel sequi nos credimus, ꝛ simulamus [sub pretextu] id est sub tali pretextu:sc3 vt reseruentur ad eleemosynā faciendam:quasi diceret hoc dicimus:hoc pretendimus:sc3 nos cōgregare diuitias vt inde eleemosynas faciamus [pristinis].i. prius diu habitis[incubantes] eas conseruādo[aliena].i.ecclesiastica [plenus venter].i.prelatus:qui viuit in omnia affluentia rerum ꝛ delicijs. Hug.multi enim prelati sunt:qui de bonis ecclesie vitam ducunt voluptuosam,ꝛ ventre pleno de ieiunijs disputant:de pauperibus loquuntur quibus se compati fingunt:sed facto negant ꝛ mentiuntur.[non hierosolymis fuisse ꝛc.] quasi diceret:nō prelatum esse:vt prelati locum tenere:laudandum est:sed facere opera prelati bona.vt distin. xl.non facile[non loco] nisi enim opera prelati faciat vanum tenet nomen prelati.vt distinctio.lxxxvj.fratrem.ꝛ canis impudicus potius est dicendus:quam prelatus.ij.quest.vij.qui nec.ꝛ dist.lxxxiij.nemo.Hug.

Ulrichus.
Ulrichus.
August.
Augu.

Item largitate.

Adhuc adducit magister Gratianus aliū casum : in quo res ecclesiastica licite potest alienari:sc3 quo ad vsumfructum dando eas clericis sub nomine precarie:pro quo inducit sequens capitulum.

1 ☞Clericus qui episcopi largitate rem ecclesie recepit quo ad vsumfructum : debet sub nomine precarie de ea professionem scribere,ꝛ illam vtiliter colere:alias priuabitur.

Sepe fit. Hoc capitulū sumptum est ex con-
1 cilio toletano.Summa.† Clericus qui epi largitate rem eccl'ie recipit quo ad vsumfructū:debet sub nomine precarie de ea ꝑfessione scribere,ꝛ illam vtiliter colere:al's huius rei concessione priuabitur.Et diuidiꝫ hoc cap'm in tres partes.In prima premittit causam mouentē ad instituendū. In secunda statuit duo. In tertia subiungit transgressoribus penam.secūda ibi:quapropter.tertia ibi:si quis.Lege textum.¶[Sepe proprietati] id est veritati.Sepe enim vera origo rei relabitur a memoria hominum ex tempore , ꝛ sic forte ex longinquitate temporis ignoratur : vnde tale beneficium habuisset initium ; nisi inde

Diuisio.
Exponit litteram.

Archid. scriptura existeret.Hugu.[vel proprietati] id est dominio,qd fuit ab origine.Archi.[quapropter]secūda pars.[sub nomine precario] qꝛ sicut in precaria interuenit solēnitas scripture sic ꝛ hic debet interuenire: ne ex mora tēporis reuocaretur in dubiū:an hec res fuisset ecclesie. Hoc certificaretur per talem scripturam,ꝛ hoc est [scribere professionē].i.facere scripturā: in qua profiteatur se talē rem sic ꝛ sic accepisse ab ecclia. Hug.[ne per retentionē ꝛc.Nonne] ratione pscriptionis que in tali casu currere non pōt:qꝛ in bñficijs prescriptio non currit.xvj.q.iij.clerici.ꝛ.c.si eps.sed ratione ignorātie:quia forte ignoraretur res ecclesie fuisse ecclesie ꝛ sic ecclesia eam nunquā repeteret.Et ita fieret ei preiudiciū [ꝛ quicunqꝫ] secūdo statuit,ꝙ quicūqꝫ in vsu.i.vtatur fructibus eius omnia percipit [laborare].i.tractare:disponere, ꝛ tollere. Hug.[diuini].i.ecclesiastici.Hug.[negligi] qꝛ teneretur ad estimationem deteriorationis.ff.de peti.here.ei qui partem.§.cum predia.ꝛ.s.e.q.iiij.quicunqꝫ.Hug.ꝛ Archid.[Cō si quis]tertia pars.[priuare].id est tale quid fecisse:per quod debet priuari beneficio.argu.xj.q.iij.ipse.ꝛ.iiij.q.v.quisquis.ꝛ tamē estimationem deteriorationis restituet.ar.x.q.ij.hoc ius.

Religionis. §.est:in quo ponit alius casus alienationis licite rerū ecclesiasticarū: scilicet causa religionis ꝛ ad hoc inducit sequentia capitula.

1 Diocesanus an possit sine pape authoritate ecclesiam secularem sibi subditam facere regularem.ꝙ sic.numero.2.
Non tamen de regulari secularem.numero.3.

Si episcopus. Hoc qd ad hoc inducit sumptum est de primo concilio toletano. Summa est in rubro. Et diuidit
Diuisio. hoc caplm in duas partes. In prima concedit,ꝙ episcopus possit de cōsensu capli ꝛ de parochia monasterium dedicare. In secūda concedit,ꝙ etiam possit pro sustentatione religiosorū aliquid monasterio dare:cum tamen sine detrimento ecclesie sue hoc faciat.secūda ibi, ꝙ etiam ꝛ si de rebus.
Questio. 1 Circa hoc.c.quia tangitur in glo.pōt queri † vtrum diocesanus sine authoritate pape possit ecclesiā secularē sibi subditam facere regularē ꝛ econtra.Respondet sub aliquibus con-
Respōdet. Pria ꝯclu. 2 clusionibus.Prima est,† ꝙ eps sine authoritate pape pōt de ecclesia seculari facere regularē.patet conclusio ex isto.c.cum gloss.ꝛ ex.c.ad audientiam.de eccle.edifi. Huius conclusionis est Ber.super pdicta decreta.ꝛ Hostiē. Secunda conclusio.
Scda conclusio. 3 † Episcopus sine authoritate pape nō pōt de ecclesia regulari facere secularē.Ista conclusio colligit ex.c.relatū.extra ne cle. vel mo.ꝛ de reli.domi.inter quatuor.ꝛ.xix.q.iij.§.queritur.ꝛ.c. sequenti.Fallit hoc vbi regulares haberi non possunt:qꝛ tunc in eorū defectum possunt poni ibi seculares: vt in allegato.c. inter quatuor.in fi.vt no.Jo.in hoc.c.licet aliq.scꝫ Ala.Tan-
Alanus. Tancredꝰ. Henricus contra. cre.ꝛ Ber.dicāt.ꝙ eps pōt indistincte de ecclesia regulari facere secularē. Sed vt dicit Henricus male.vnde opinio Joā. approbatur in.c.allegato.que semel.xix.qd.iij.ꝛ.§.precedenti queritur pm Archi.in.c.isto.si episcopus vnam. Et idē tenet
Exponit literam. hic Joā.ꝛ Hu.Lege. [Si episcopus cōcilij].i.collegij:siue capituli.Hug.requirēdus est etiam consensus clericorū illius ecclesie parochialis:qꝛ bñficio canonico adepto non debet priuari sine culpa.vt.xvj.q.vij.inuentū.nec illa ecclesia dum viuūt spoliari vel alijs clericis assignari sine suo cōsensu. Hug.[qd etiam] secūda pars.[de rebus] mobilibus:vel immobilibus. Hu.[substātia].i.sustentatione[aliquid] dummodo nō excedat qnquagesimā partē. vt dicit in sequēti caplo. Hu.[detrimentū]graue.Hu.[donauerit]de cōsensu suorū clericorū.als non esset stabile sed reuocaretur saltē post mortem eius.Hug.

1 Consilium dare in bonis est opus charitatis.

Bone. Inducitur etiam hoc.c.ex eodē cōcilio sumptum.Cuius summa est.Episcopo non vltra quinquagesimā partem rerū ecclesie monasterio quod construxit liceat cōferre:pro ecclesia
Diuisio. vero seculari sola centesima sit contentus.Et diuiditur hoc.c. in duas partes. In prima ponit exordium. In secūda statuit duo:que iam dicta sunt.secunda ibi:quisquis itaqꝫ. Lege tex.
Exponit literam. 1 [Bone.consultum].i.cōsilium ꝛ auxilium. Hugu.† Dare enim in bonis cōsilium est opus charitatis ꝛ eleemosyna spiritualis.[Quisquis] secunda pars.[non amplius]. Nota ꝙ non dicit episcopus semper dari possit tantū monasterio:vel tantum ecclesie seculari: sed dicit ꝙ non amplius quam tantum vel tantum debet cōferre.debet enim quilibet episcopus ecclesie facultates considerare, ꝛ secundum hoc cum consensu clericorum magis vel minus conferre vsqꝫ ad metā prefixam: ita vt graue damnum ecclesie sue nō infligatur [suis] scilicet episcopi,ꝛ ad deum pertinentibus. Hug.[census].i.redditus ecclesie ad se pertinētibus vnam tantummodo.ergo non licebit ei vtranqꝫ facere simul:scilicet vt quinquagesimā partem det monasterio,ꝛ centesimam partem det ecclesie seculari.Hu. [remunerationem].i.gratam donationem.Hug.

Religiosam. Ad idē inducitur hoc capitulū quod est beati Gregorij. Summa satis exponitur in rubro. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes.In prima ponit exordium. In secunda ponit donationis mandatum. In tertia assignat causam siue rationem mandati.secūda ibi: idcirco.tertia ibi:in qua domo.Lege textū. [Religiosam.] Casus est. Quedam abbatissa forte expulsa de suo monasterio cum congregatione sua postulauerat a beato Gregorio: vt quendam locum in quo monasterium construeret sibi concederet.Scribit beatus Gregorius cuidam forte procuratori suo:vt quandam domū cum horto adiacēti ꝛ hospitia que intra sunt ipsam domū ianua concludit perpetuo iure proprietatis possidendā tribuat:vt ibi monasteriū ꝯstruat [capana] nomen proprium vxoris cuiusdam patricij.alia patent. — Diuisio. Exponit literam. Casus.

Questio.iij.

Ecce ostensum. Hic incipit tertia qstio huius cause: in qua ostēdit:de quibus egit ꝛ de quibus acturus sit.Postqꝫ enim superius ostendit quomodo res sine culpa dari possunt, ꝛ cōstare id est stabiles manere his quibus date sunt: nunc queritur quid agendum sit de his rebus: quas clerici acquirunt post ordinationem suam cum tempore ordinationis nihil habuerint. Et diuiditur in duas partes. In prima probat per duo capitula,quod si episcopus nihil habebat cum fuit promotus:tunc in morte sua totum debet dimittere ecclesie. In secūda determinat quid sit de eis que ei communiter cum ecclesia vel sequestranti offeruntur.secunda ibi in.§.sed queritur. Pro prima parte inducit in primis capitulum sequens. — Continuatio. Diuisio.

Placuit. Hoc capitulum est ex concilio.iij. carthagineñ.sumptum. Et diuiditur in tres partes. In prima dicit, ꝙ clericus aliquid suo nomine emens de pecunia ecclesie vel intuitu ecclesie quesita nisi admonitus id restituat ecclesie: vt inuasor rerum ecclesiasticarū aut vt sacrilegus iudicatur. In secunda ꝙ de quesitis intuitu persone vel ex cuius mera liberalitate vel ex successione alicuius cognati potest facere ad beneplacitum suum: dummodo clericali proposito conueniat. In tertia punit illos:qui a proposito clericali exorbitauerint: scilicet exponendo in malos: aut turpes vsus:aut relinquendo bona:quibus non conuenit.secunda ibi:si autem ipsis.tertia ibi,ꝙ si a suo. Lege textum. [Placuit quicūqꝫ clerici] habentes aliquam administrationem in ecclesia.Lau.[Comparant] de rebus ecclesie. Hugu.[nisi admoniti. Si autem] secunda pars.[faciant] siue in vita:siue in morte. Hug.[proposito] scilicet clericali:scilicet ne relinquāt hereticis:vel schismaticis:vel inhonestis personis:furibus:aut cōcubinis suis. vt xxiiij.questio.ij.sane.nec expendant in turpes vsus:nec exerceant turpia:scilicet vsuras:vel negotiationes. Hugu.Archidiac.[Quod si a suo] tertia pars.[a suo] scilicet proposito [exorbitauerint] aliquo predictorum modorum.i.si eo modo vsi fuerint quo non debuerint [honore ꝛc.] — Diuisio. Exponit literam.

Qvicunque. Ad idem sequitur hoc capitulū ex.xj.cōcilio toletano sumptum.Summa,ꝙ clerici de rebus proprijs vel intuitu persone quesitis possunt disponere pro arbitrio sue voluntatis. Si vero intestati sine cognatione discesserint:ecclesia sibi res illas vendicabit. Et ita possunt due partes huius capituli assignari.secunda ibi, ꝙ si hoc. Litera patet.

Ecce ꝙ illa. §.est:in quo incipit secunda pars huius questionis.Postqꝫ ergo ostendit in prima parte,ꝙ clericus ea bona q̄ non ex officio ecclesiastico:sed ex aliqua prestatione vtilitatis lucratus fuit:pōt dare quibus voluerit. Nunc introducit qōnem de his que dantur epo cōiter cū ecclia vel sequestratim remedio animarꝫ:vel tertiam partē:quā accipit a parochialibus ecclesijs possit relinquere cui vellet.de hoc qd iuris sit explicat in caplis sequentibus. Lege textum. [Ecce.pro remedio] cum hoc exprimitur — Exponit literam.

mitur semper presumitur dari ecclesie: nisi exprimatur dari contrarium. Hugu.[de tertia] hoc non habet locum:nisi in episcopo:nec talem tertiam potest concedere priuato quo ad ius sicut nec decimas.Hug.

Pontifices. Capitulum hoc sumptū est ex cōcilio agatheñ.ꝛ ꝯtinet
Diuisio. duo in summa:scdm que diuiditur in duas partes. In prima dicit,ꝙ si prelato ab extraneis relinquat aliquid ꝛ ecclie simul aut separatim epo tale intuitu ecclie intelligitur relictū. Et ideo inter facultates ecclie cōputabitur. In secunda ponit,ꝙ si aliquid relinquit epo:vel ecclesie alteri distribuendū:vel restituendū inter facultates ecclesie nō com-
Exponit literam. putabitur.secunda ibi:sane. Lege text. [Pōtifices].i.epi. Sed idem est de psbytero,ꝛ quolibet clerico. Hu.[summo sacerdotio].i.epatu.xviij.dist.si eps.ꝛ.ij.q.vij.accusatio. Hug.ꝛ
Archid. Archidi.[dimittitur ab extraneis] aut cū ecclesia: vt cū dicit do tibi ꝛ ecclie. Idē de relictis ꝛ donationibus.Hug.[non pro commodo].i.vt esset propriū sacerdotis,ꝛ quo ad vsum,ꝛ quo ad proprietatē.Hu.[probatur].i.presumit a canone.Hec presumptio durabit quousqꝫ appareat cōtrariū.Hu.[sane] scda pars.[p fideicōmissum pfuturū].i.restituendū:nō poterit inuito illo:cui restitui dꝫ.Hug.alia patēt ꝛ clara sunt omnia ꝛc.

1 Episcopus potest dimittere tertiam partē quam de ecclesijs parochialibus recipit vel illi ecclesie a qua illam recepit:vel alteri.

Episcopus. Ad idem propositū inducitur hoc.c.ex concilio tole-
1 tano sumptū.Summa est.† ꝙ eps tertiam partem quā de ecclesijs parochialibus recepit pōt dimittere vel illi ecclesie a qua illam tertiam partem recepit:vel al-
Exponit literam. teri.breue est. Lege. [Eps cuius res].i.illa tertia pars. Archid.[irreuocabile perpetuo] ex quo donatio facta est cū consensu clericorū:intellige tamen quo ad ius episcopi, quod intelligitur deductis expensis fabrice.pm Hug.ꝛ Archidiac.

Questio.iiij.

Qvod autem. §.est: in quo incipit quarta questio huius cause: qua queritur cui debeat prouenire res quesita communiter de rebus ecclesie,et de rebus prelati:an tantum ecclesie:an tantum prelato siue eius heredi: vel communiter eis. Solutio questionis stat in hoc,quod communiter debet prouenire ꝛ communiter inter eos distribui, et hoc pro rata pretij dati. Si enim equaliter dederunt ecclesia ꝛ prelatus in re illa emenda equaliter diuideretur:si plus dedit ecclesia quam prelatus:vel prelatus plus de proprijs quam ecclesia de suis:pro rata pretij data vterqꝫ obtinebit portionem rei empte vel acquisite.

Sacerdotes. Ad hoc inducit hoc ca.ex concilio eodē toletano sum-
Diuisio. ptum. Sūma est cōtinens duo.scdm que diuiditur hoc.c.in duas partes. In prima ponit, ꝙ si platus vel quicūqꝫ habēs administrationē ecclesiasticā emerit aliqd de rebus tantū ecclie dꝫ instrumēta cōficere in nomine ecclie. In scda ponit,ꝙ si de rebus ecclie ꝛ proprijs emerit pro rata pretij dꝫ res diuidi inter ecclesiā,ꝛ heredes prelati.secūda i-
